Universidad de Deusto
Biblioteca

D. FRANCISCI

TOLETI

SOCIETATIS

IESV

Universidad de Deusto
Biblioteca

Est. VF
Plót. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. FRANCISCI

TOLETI,

SOCIETATIS IESV,

COMMENTARIA

vnà cum Quæstionibus

IN TRES LIBROS ARISTOTELIS De Anima;

27945

Nunc recens in lucem edita.

CVM PRIVILEGIO.

EST. 61 PLUT. 1

VENETIIS, APVD IVNTAS.

M D LXXX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX COMMENTARIORVM, ET QVAESTIONVM

In libros Aristotelis de Anima.

IN PRIMVM LIBRVM

Quæstiones Proœmiales.

An de anima possit esse scientia. I. fol. 1
An Physici sit tractare de anima. II. 3
An Liber de anima antecedat Librum de animalibus. Quæstio III. 5
An anima sit subiectum huius libri. Quæstio IIII. 6

Propositiones aliquot fide tenendæ, quibus vera debet esse Philosophia consentanea. fol. eod.

IN LIB. I. CAP. I.

IN Tex. 1. Com. fol. 8
An scientia de Anima alias vincat nobilitate & certitudine. Quæstio V. f. eod.
In Tex. 2. Com. 9
In tex. 3. com. 10
In tex. 4. com. eodem
In tex. 5. com. 11
In tex. 6. com. eodem
In tex. 7. com. eodem
In tex. 8. com. 12
In tex. 9. com. eodem
In tex. 10. com. eodem
In tex. 11. com. eodem
An accidentia faciant ad cognitionē substantiæ. Quæst. VI. 13
In Tex. 12. Com. 15
In tex. 13. com. Cum quinque dubijs. f. eod.
In tex. 14. com. 17
In tex. 15. com. eodem
In tex. 16. com. eodem
In tex. 17. com. 18
In tex. 18. com. eodem
An Dialecticus definiat per formam. Quæstio VII. fol. 18.
An Physicus definiat per materiam. Quæstio VIII. fol. 19.

CAP. II.

In Tex. 19. Com. f. 20
In tex. 20. com. eodem
In tex. 21. com. 21
In tex. 22. com. f. eod.
In tex. 23. com. eodem
In tex. 24. com. eodem
In tex. 25. com. 22
In tex. 26. com. eodem
In tex. 27. com. eodem
In tex. 28. com. 23
In tex. 29. com. eodem
In tex. 30. com. eodem
In tex. 31. com. eodem
In tex. 32. com. eodem
In tex. 33. com. eodem
In tex. 34. com. 24
In tex. 35. com. eodem

CAP. III.

In Tex. 36. Com. f. 24
In tex. 37. com. eodem
In tex. 38. com. Cum duobus dubijs. f. eod.
In tex. 39. com. eodem
In tex. 40. com. eodem
In tex. 41. com. 25
In tex. 42. com. eodem
In tex. 43. com. eodem
In tex. 44. com. eodem
In tex. 45. com. Vbi disputatur de Platonis opinione de anima. 25
In tex. 46. com. 26
In tex. 48. com. eodem
In tex. 49. com. 28
In tex. 50. com. eodem
In tex. 51. com. eodem

In tex. 52. com. f. iod.
In tex. 53 com. f. eod.
An anima rationalis per se moueri possit. Quæstio IX. fol. 28

CAP. IIII.

In Tex. 54. Com. f. 30
in tex. 55. com. eod.
in tex. 56. com. 31
in tex. 57. com. eod.
in tex. 58. com. eod.
in tex. 59 com. eod.
in tex. 60. com. eod.
in tex. 61. com. eod.
in tex. 62. com. eod.
in tex. 63. com. eod.
in tex. 64. com. 32
in tex. 65. com. eod.
in tex. 66. com. Cum tribus dubijs. 32
in tex. 67. com. 33
in tex. 68. com. eod.
in tex. 69. com. eod.
in tex. 70. com. eod.
in tex. 71. com. 34

CAP. V.

In Tex. 72. com. 34
in tex. 73. com. eod.
in tex. 74. com. eod.
in tex. 75. com. eod.
in tex. 76. com. eod.
in tex. 77. com. eod.
in tex. 78. com. eod.
in tex. 79. com. eod.
in tex. 80. com. 35
in tex. 81. com. eod.
in tex. 82. com. eod.
in tex. 83. com. eod.
in tex. 84. com. eod.
in tex. 85. com. eod.
in tex. 86. com. eod.
in tex. 87. com. eod.
in tex. 88. com. eod.
in tex. 89. com. eod.
in tex. 90. com. eod.
in tex. 91. com. eod.
in tex. 92. com. eod.
in tex. 93. com. 133
in tex. 94. com. eod.
in tex 95. com. 37

Finis libri Primi.

IN LIB. SECVNDVM DE ANIMA.

CAP. I.

IN Tex. 1. Com. 37
in tex. 2. com. eodem
in tex. 3. com. eodem
in tex. 4. com. 38
in tex. 5. com. 39
in tex. 6. com. eodem
in tex. 7. com. eodem
in tex. 8. com. 40
in tex 9. com. eodem
in tex. 10. com. eodem
in tex. 11. com. eodem
An anima sit substantia. Quæst. I. fol. 40
An definitio animæ sit vniuoca.
Quæstio II. fol. 42

CAP. II.

In Tex. 12. Com. fol. 50
in tex. 13. com. 51
in tex. 14 com. eodem
in tex. 15. com. eodem
in tex. 16. com. eodem
in tex. 17. com. eodem
in tex. 18. com. eodem
in tex. 19. com. eodem
in tex. 20. com. eodem
in tex. 21. com. 25
in tex. 22 com. eodem
in tex 23. com. eodem
in tex. 24. com. eodem
in tex. 25. com. eodem
in tex 26. com. eodem
An demonstratio definitionis animæ sit à priori. Quæst. III. fol. 52
An anima sit in toto corpore, an verò in aliqua tantum eius parte.
Quæst. IIII. 54
An anima sit indiuisibilis. Quæst. V. f. 55

CAP. III.

In Tex 27. Com. 58
in tex. 28. com. 59
in tex. 29. com. eodem
in tex. 30. com. eodem
in tex. 31. com. 32
in tex. 32. com. eodem
An sint tantum tria animarum genera.
Quæst. VI. fol. 60
An in vno viuente sint plures animę.
Quæst. VII. fol. 62

CAP.

CAP. IIII.

In tex. 33. com. f. 65
In tex. 34. com. eod.
In tex. 35. com. 66
In tex. 36. com. eod.
In tex. 37. com. eod.
In tex. 38. com. eod.
In tex 40. com. eod.
in tex. 41. com. eod.
in tex. 42. com. eod.
in tex 43. com. eod.
in tex. 44. com. eod.
in tex. 45. com. eod.
in tex. 46. com. eod.
in tex. 47. com. eod.
in tex. 48. com. eod.
in tex. 49. com. eod.
in tex. 50. com. eod.
An potentia, & actus per obiecta distinguantur, & definiatur. Quæst. VIII. 68
An potentiæ animæ realiter inter se & ab anima distinguantur. Quæst. IX. f. 70
An potentiæ vegetatiuæ inter se realiter distinguantur. Quæst. X. 73
An generare simile, sit naturaliter & per sectius opus viuentis inter omnia opera vegetatiuæ. Quæst. XI. fol. 74

CAP. V.

in tex. 51. com. 75
in tex. 52. com. 76
in tex. 53. com. eodem
in tex. 54. com. eodem
in tex. 55. com. eodem
in tex. 56. com. eodem
in tex. 57. com. eodem
in tex. 58. com. eodem
in tex. 59. com. eodem
in tex. 60. com. eodem
in tex. 61. com. eodem
in tex. 62. com. eodem
An sensus sit potentia passiua.
Quæst. XII. VI.

CAP. VI.

in Tex. 63. Com. eod.
in tex. 64. com. eod.
in tex. 65. com. eod.
An sensus erret circa sensibile proprium. Com. Quæst. XIII. fol. 80
An sensibile cõe propriam sensibilis impri mat speciem. Quæst. XIIII. fol. 81
An sensibilia communia sensibus exterioribus percip iantur. Quæst. XV. 82

CAP. VII.

In Tex. 66. Com. fol. 82
in tex 67. com. eodem
in tex 68. com. eodem
in tex. 69. com. eodem
in tex 70. com. eodem
in te. 71. com. eodem
in tex 72. com. 85
in tex. 73 com. eodem
in tex. 74. com. eodem
in tex. 75. com. eodem
in tex. 76. com. eodem
An oculus sit sensorium visus.
Quæst. XVI. 85
An color sit motiuus perspicui in actu. vbi de natura coloris, quid sit, &c.
Quæst. XVII. fol. 88
An lumen sit corpus. Quæstio XVIII. fol. 88.

CAP. VIII.

in tex. 77. com. fol. 91
in tex. 78. com. eodem
in tex. 79. com. eodem
in tex 80. com. eodem
in tex. 81. com. eodem
in tex. 82. ccm. eodem
in tex. 83. com. eodem
in tex. 84 com. eodem
in tex. 85. com. 93
in tex. 86. com. eodem
in tex 87. com. eodem
in tex. 88. com. eodem
in tex. 89. com. 94
in tex. 90. com. eodem
in tex. 91. com. eodem
An sonus sit qualitas præter motum.
Quæst. XIX. fol. 94
An sonus sit in corpore sonante, an in corpore intercepto, aere vel aqua.
Quæst. XX. 95
An sonus sit realiter in medio vsque ad auditum. Quæst. XXI. fol. 95
An Echo sit idem numero cum sono priori. Quæst. XXII. fol. 96
De vocis natura, causis, & significatione.
Quæst. XXIII. fol. 97

CAP. IX.

in tex. 92. com. eodem
in tex. 93. com. eodem
in tex. 94. com eodem
in tex. 95. com. eodem
in tex. 96 com. eodem
in tex. 97. com. eodem

in

In tex. 98. com. eodem
In tex. 99 com. eodem
In tex. 100. com. eodem
An homo tactu vincat animalia omnia, non tñ olfactu. Quæst. XXIIII. fo. 98
An odorum scientia bene per sapores tradatur. Vbi & de natura odorum.
Quæst. XXV. fol. 100.
An sensorium olfactus sit processus mãmillaris. Quæst. XXVI. fol. 101
An odor sit realiter in medio.
Quæst XXVII. fol. 101
CAP. X.
In Tex. 101. Com. fol. 102
In tex. 102. com. eodem
In tex. 103. com. eodem
In tex. 104. com. 103
In tex. 105. com. eodem
An gustu differat à tactu.
Quæstio XXVIII. fol. 103
An dulce & amarum sint extremi sapores. Vbi de natura saporis, ac de eius speciebus agitur. Quæst. XXIX. fol. 104
CAP. XI.
In Tex. 106 Com. fol. 105
In tex. 107. com. eodem
In tex. 108 com. eodem
In tex. 109 com. eodem
In tex. 110 com. eodem
In tex. 111 cum. eodem
In tex. 112. com. eodem
In tex. 113. com. eodem
In tex. 114 com. 106
In tex. 115. com. eodem
In tex. 116. com. eodem
In tex. 117. com. eodem
In tex. 118. com. eodem
In tex. 119. com. eodem
In tex. 120. comr eodem
An caro sit tactus sensorium.
Quæst. XXX. fol. 106.
An in tactu sit medium extrinsecus necessarium. Quæst. XXXI. fol. 108
An tactus sint plures. Quæst. XXXII. fol. 109.
CAP. XII.
In Tex. 121. Com. fol. 110.
In tex. 122. com. 111
In tex. 123. com. eodem
In tex. 124. com. eodem
In tex. 125. com. eodem
In tex. 126. com. eodem
In tex. 127. com. eodem
An sint species. Quæst. XXXIII. f. 111
An species sint diuisibiles. Vbi de earu tota natura agitur. Quæst. XXXIII. f. 112

Finis libri Secundi.

IN LIBRVM TERTIVM DE ANIMA.

CAP. I.

IN Tex. 128 Com. f. 116
In Tex. 129. Com. 117
In tex. 130 com. eodem
In tex. 131. com. eodem
In tex. 132. com. eodem
In tex. 133 com. eodem
In tex. 134. com. eodem
In tex. 135 com. eodem
An tantùm sint quinque sensus exteriores. Quæst. I. fol. 117.
An sensus exteriores indigeant medio. Quæst. II. fol. 118

CAP. II.

In Tex. 136. Com. f. 120
In tex. 137 com. eodem
In tex. 138. com. eodem
In tex. 139. com. eodem
In tex. 140. com. eodem
In tex 141. com. eodem
In tex 142. com. eodem
In tex. 143. com. eodem
In tex. 144. com eodem
In tex. 145. com. eodem
In tex. 146. com. eodem
In tex 147 com. eodem
In tex. 148. com. eodem
In tex. 149 com. eodem
An sensus exteriores percipiant suam sensationem. Quæst. III. fol. 122
An vehemens sensibile destruat sensum. Quæst. IIII. fol. 125
An sensus communis sit in corde. Quæst. V. fol. 124.

CAP. III.

In tex. 150. com. f. 126
In tex. 151. com. 126
In tex. 153. & 154. Com. 127
In tex. 155. com. 127
In tex. 156. com 127
In tex. 157 com. 127
In tex. 158. com. 127
In tex. 159. com. 127
In tex. 160. com. 128
In tex. 161. com. 128
In tex. 162. com. 128
An phantasia seu imaginatio distinguatur à sensu communi. Vbi & de numero sensuum internorum, ipsorum organis, & operationibus. Quæst. VI. f. 28
An in parte sensitiua sit aliquid rationis.
Quæst. VII. fol. 130.
An formicæ, & apes habeant imaginationem. Vbi & de imaginationis gradibus, ac perfectione. Quæst. VIII. f. 131

CAP. IIII.

In tex. 1. Com. f. 132
In tex. 2. com 133
In tex. 3. com. eodem
In tex. 4 com. eodem
In tex 5. com. eodem
In tex. 6. com. eodem
In tex 7 com. 134
In tex. 8. com. eodem
An intellectus secundum se sit pura potentia. Quæst. IX. f. 134.
An intellectus possibilis sit potentia animæ vel quod in idem recidit) An Intellectus possibilis sit informans, an substantia separata. Quæst. X. f. 136
An intellectus seipsum intelligat.
Quæst. XI. f. 138
In tex. 9. Com. eodem
In tex. 10. com. 141
In tex. 11. com. eodem
In tex. 12. com. eodem
In tex. 13. com. eodem
In tex. 14. com. eodem
In tex. 15. com. eodem
In tex. 16. com. 142
An singulare sensibile Intellectu percipi possit. Quæst. XII. f. 142

CAP. V.

In tex. 17. Com. f. 142
In tex. 18. com. eodem
In tex. 19 com. 144
In tex. 20 com. eodem
An sit Intellectus agens. Quæst. XIII. fol. 144
An Intellectus agens sit substantia separata. Quæst. XIIII. f. 147
An rationalis anima sit immortalis secundum Arist. Quæst. XV. f. 148
An secundum philosophiam anima rationalis sit immortalis. Quæst. XVI. f. 152
An Anima rationalis producatur à virtute seminali: seu (quod in idem recidit) An educatur de potentiæ materiæ.
Quæst. XVII. fol. 160
An animæ intellectiuæ sint inter se æquales. Quæst. XVIII. fol. 161

CAP. VI.

In tex. 21. Com. f. 163
In tex. 22. com. eodem
In tex. 23. com. 164
In tex. 24. com. eodem
In tex. 25. com. eodem
In tex. 26. com.

CAP. VII.

In tex. 27. com. f. 164
An cõpositio Intellectus sit vnicus ipsius actus. Quæst. XIX. fol. 164
An Quid est, sit obiectum primum Intellectus. Quæst. XX. fol. 165
In tex. 28. Com. 167
In tex 29 com. eodem
In tex. 30. com. eodem
In tex. 31. com. eodem
In tex. 32 com. eodem
In tex. 33. com. eodem
In tex. 34. com. 168
In tex. 35. com. eodem
In tex. 36. com. eodem
An sint species intelligibiles necessariæ.
Quæst. XXI. fol. 168
An intelligere sit pati formaliter.
Quæst. XXI. fol. 170
An Intellectus in corpore percipiat Intelligentias. Quæst. XXIII. fol. 171

CAP. VIII.

In tex. 37. Com. f. 171
In tex. 38. com. eodem
In tex 39. com. 173

CAP. IX.

In tex. 40. Com. f. 173
In tex. 41. com. eodem
In tex. 42. com. eodem
In tex. 43. com. 174
In tex. 44. com. eodem
In tex. 45. com. eodem
In tex. 46. com. eodem
In tex. 47. com. eodem
An sit bona diuisio potentiarum, in rationalem, & irrationalem. Quæst. XXIIII. fol. 174

CAP. X.

In tex. 48. com. f. 175
In tex. 49. com. 176

In

In Tex. 50. Com. f. eod.
In tex. 51. com. f. eod.
In tex. 52. com. f. eod.
In tex. 53. com. f. eod.
In tex. 54. com. f. eod.
In tex. 55. com. f. eod.
Quod sit instrumentū motus animalium. Vbi etiam tria alia dubia de potentijs motiuis tractantur. Quæstio XXV. fol. 177

CAP. XI.

In Tex. 56. Com. f. 178
In tex. 57. com. f. eod.
In tex. 58. com. f. 179

An appetitus sit potentia animæ. Vbi quid & quotuplex appetitus, ac de eius passionibus. Quæstio XXVI. fol. 179
An sit alius Appetitus præter naturalem, & sensitiuum. Quæst. XXVII. fol. 180

CAP. XII.

In Tex. 59. Com. f. 181
In tex. 60. com. f. eod.
In tex. 61. com. f. 182
In tex. 62. 63. com. f. eod.
In tex. 64. com. f. eod.
In tex. 65. com. f. eod.

CAP. XIII.

In tex. 66. com. f. 183
In tex. 67. com. f. eod.
In tex. 68. com. f. eod.

FINIS LIBRI TERTII DE ANIMA.

Laus Deo, & Domino nostro Iesu Christo; & Virgini Sacratissimæ Mariæ, eius matri gloriosissimæ.
Amen.

IESVS MARIA.

D. FRANCISCI TOLETI SOCIETATIS IESV COMMENTARIA,

Vnà cum Quæstionibus,

IN ARISTOTELIS LIBROS *De Anima*.

QVÆSTIONES PROOEMIALES.

An de anima possit esse scientia. Quæst. I.

CVm in omnibus alijs Philosophiæ partibus exponēdis, aliqua, quę ipsam rem tractādam magis illustrant, merito præmitti soleant: multo potiori profectò iure hæc eadem in tractatione de Anima, quæ non solum dignitate, & certitudine, sed etiam vtilitate, necessitate, iucunditate, ac ipsi difficultate (id quod tot magnorum Philosophorum commentaria indicant) omnes Philosophiæ partes superat, præstare diligentissime debebimus.

De quibus primo agendum est.

Quatuor igitur nobis in præsentia discutiēda sunt. Primum, an de anima possit esse scientia: quam postquam esse ostenderimus, discutiemus cuius artificis sit talem tradere scientiem, an Physici, an Metaphysici, an cuiusuis alterius: ꝙ si Physici munus id est, tertio tractabitur, in qua Physicæ parte, & loco hæc tractatio sit collocanda: & tum quartò, quod sit huius tractationis obiectum, & materia. postea ad Aristotelem veniemus.

NOn hoc disputamus, vt inter Peripateticos aliqua elucidetur controuersia: omnes enim cōueniunt scientiam esse de anima: at vt id explicetur magis, in disputationē adducimus. Videtur igitur non posse de anima esse scientiam.

Primò: anima non est sensibilis per se, nec per accidens: ergo non est scibilis. Cō sequentia est nota: quia noster Intellectus, nihil intelligit, nisi quod aliqua via sub sensum cadit, vt dicitur primo Poster. cap. 14. Antecedens probatur. primo, cùm sit substantia, non est per se sensibilis: sensus enim primò accidētium est. Quòd autem non sit per accidens, ostendo: quia id est per accidens sensibile, quod subijcitur accidentibus: at anima cùm non sit compositum, sed compositi pars, non subijcitur ipsis: non ergo vllo modo sensibilis.

Primæ rationis ad partem negatiuam.

Secundò: si de anima esset scientia, sequeretur, quòd idem esset [illegible], & scitū:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam ipsa cognosceret, & de ipsa esset cognitio: at hoc non hominibus, sed Intelligentijs videtur conuenire: vt sint cognita & cognoscentia; ergo non est scientia de anima.

Tertia. Tertiò, anima est quædam forma substantialis: sed de alijs formis non est scientia per se: non enim de formis elementorũ est alia scientia, quàm de elementis, nec de mistorum formis, quàm de mistis: ergo nec de anima.

Quarta. Tandem quartò, Scientia est de aliquo toto, & subiecto: at anima non est subiectum, sed subiecti pars: non ergo est de ipsa scientia.

Primum fundamẽtum quæ sit via indagandi formã substãtialem. Hæc sunt argumenta, pro quorum solutione, & rei huius maiori explicatione, sunt aliqua prius notanda. Sitque primum fundamentum Physico viam maximè cõmunem indagandi formas substantiales esse per operationes, proprietates, affectiones proprias compositorum, quę sensibus percipiuntur: eom enim ista à forma dimanent, optimè & certo in ipsius cognitionem dirigunt intellectum: vnde Philosophi per operationes, & proprietates formę, naturam comperiunt, vt dicitur in hoc libr. text. 15. & per diuersitatem operationum, diuersitates etiam formarum cognoscunt.

Triplex via p quã anima cognoscãt videlicet, motus, cognitio, figura. Sunt igitur tria, quæ nobis animam esse indicant. Per ea enim, quę sensui in compositis percipiuntur, anima latens cognoscitur: ista autem sunt, motus, cognitio, figura. Circa motionem nota, tripliciter composita sensibilia se habere ad motionem: quædam enim mouent quidem, non se, sed alia: vt ignis calefacit non se, sed aquam: alia mouentur, sed non à se, sed ab alio, vt graue descendit, at ab alio motum; quædam vero simul coniungunt vtrumque, & mouẽt, & mouentur à se, ita vt operentur in se, & à se, ut animal dum progreditur; non enim ab alio externo mouetur, aliudue mouet, sed ipsum: similiter planta dum augetur. Cum igitur hæc composita tales sortiantur operationes diuersas ab alijs, ac tales non nisi à formis fluant, profectò talium formæ, alterius sunt rationis ab alijs, & huiusmodi vocatur anima. vnde non aliud sibi vult anima, quam forma, & principium primum, quo composita substantia & in se, & à se operatur primò. Hæc igitur via esse animam compertum est.

Scãa via quomodo cognoscetur anima ex cognitione. Altera via est cognitio: quibusdã enim cognitionem inesse per motum, qui cognitionem sequitur, comperimus; cum autem hæc cognitio nõ procedat nisi à formali ter enim omnia materialia cognoscerent, quod falsum esse experimur, profectò tale formarum genus diuersum ab alijs esse certum est: hocque animam vocant. De his autem duabus vijs animam cognoscendi meminit Aristoteles 1. Animæ tex. 19. vbi dicit, omnes Philosophos maximè per motum, & cognitionem, animam inquisisse.

Tertia via quomodo cognoscetur ex figura formę substãtialis. Tertia via est, figura ista exterior sensibilis. hæc enim vt alibi diximus, est, quæ maximæ formam substantialem comitatur, ac indicat, adeo vt aliqui Philosophi decepti fuerit arbitrantes non aliam esse rei formam substantialem, quam figuram exteriorem, id quod vulgus recipit: at reuera non est ipsa substantialis forma, sed ipsius comes & signum certum. Pro diuersitate enim naturarum distinxit naturæ auctor varias figuras. vnde primo Metaphys. capit. 1. ob hoc laudatur visus quod huiusmodi sit perceptiuus. Dicit n. Aristote. quod visus plures rerum differentias manifestat, quas sane præcipue percipit per figurarum diuersitatem.

Qõ anima ex figura cognoscat. Cum igitur per figuram liceat colligere formam, profectò in quibusdam maximas figurarum distinctiones inueniemus. Nam plantæ, animalia, ac herbæ, diuersis partium figuris ornantur, cum omnia sint heterogenea, reliqua vero vniformem sortiuntur figuram. Vnde colligi potest alterius esse generis illas formas, atq; ad alias ordinari operationes, talesque animæ vocantur. His igitur præcipue vijs anima à Philosophis esse statuitur.

2. Fundũ Tria necessaria ad vt aliquid sit scientia. Sit secundum fundamentum. Vt de aliquo scientia fit, tria esse necessaria Logicus affirmat (loquor autem de demonstratiua scientia.) Primum est, quòd sit aliquod vniuersale. Non est enim scientia singularium, quæ corruptibilia sunt, vt dicitur 9. Metaphys. cap 15. Alterum est, quòd passiones ei insint, ac proprietates: has enim scientia inquirit, vt dicitur 4. Metaphy. cap. 1. Tertium, vt sint causę, & principia, per quę de subiecto passiones ostenduntur. Hæc tria in

scientia esse, docet Aristo. 11. Meta. cap. 6. & 1. Post. cap. 23.

1. Fundam. duplex esse status, in corpore, & extra corpus separata. Sit tertium fundamentum, quòd anima intellectiua duplicem habet statum: Alter est, cùm in corpore, ac cum ipso coniuncta habet operationes. Alter est, quo à corpore separata existit. constat enim ratione naturali ipsam immortalem esse, ac sine corpore posse existere separatã; & de hoc statu dubium esse possit, an possit animæ esse scientia.

Prima cõclusio, animam esse. Nota quadruplex q̃stionis genus. His sic suppositis sit prima conclusio. Animam esse, à posteriori, & quodam modo à priori ostendi potest. Nota, quòd cum de re quatuor sint cognitiones & scientiæ, An sit, & quid sit, quæ simplices dicuntur: duæ cõpositæ, Qualis, & propter quid sit, conclusio dicit, de anima haberi primam scientiã simplicẽ, & à priori, & à posteriori.

Quo demonstranda quæst. an sit. Vt autem hoc intelligas, scito quæstionem, an sit, esse reducendam ad quæstionem compositam, vt demonstrari possit: reducitur autem sumpta significatione nominis ipsius, quod esse dubitatur. V.g. volo probare vacuum non esse, sumam, quid per vacuum intelligatur; & erit quæstio cõposita, scilicet, locum carentem corpore. Erit igitur quæstio, an sit locus carens corpore; quòd si nullum locum corpore carere probatur, probabitur non esse vacuum. Similiter volo determinare, an tonitruum sit reducam ad complexum per nominis significationem: Tonitruum n. est extinctio ignis in nube: si ergo ostenditur ignis extingui in nube, probatur tonitruũ esse Ita dico similiter de anima; oportet enim ad significationem nominis reducere per animam enim intelligimus formam, internum principium actiuũ operationis in suo cõposito. hoc igitur demonstrari potest.

Probatur cõclusio. Primò per ipsum compositum, à posteriori. Cum enim sit composita, quæ à se, & in se operantur, erit tale principium. Potest etiam quodammodo à priori probari. dico, Quodammodo: quia non est simpliciter demonstratio per materiam in qua: per organicum autẽ corpus, quod est materia talis formæ, probatur esse formam operatiuam per talia instrumenta: hæc est anima.

Secunda cõcl. quid sit anima sciri põt p definitionem. Secunda conclusio, scientia de anima definitiua habetur. Hæc cõclusio nota est. non solùm enim animam esse scimus, sed quid ipsa sit definitione cognoscimus. vtrumque enim per ipsius affectiones, & passiones consequimur, vt postea late ostẽdetur.

Tertia cõclusio. De anima habetur scientia per demonstrationem. Nam passiones ipsius definitione de ipsa ostendimus.

Tertia cõclusio, de anima habetur scientia per demonstrationem. Dubium, quomodo per passiones ad est & contra cognoscamus. Dubium esse posset, quomodo si per passiones animæ indagamus quid est ipsius, postea per quid est, easdem demonstrare poterimus. Dico duo: (& hæc doctrina est etiam Philopon. 1. animæ text. 11.) Alterum est, quòd per aliquas notas ipsum quid est, inuestigamus: postea per ipsum alias passiones occultiores ostendimus. Aterum, quòd etiam easdem iterum demõstramus per ipsum quid est, quia antea non cognoscebat, nisi singulariter: postea vero per ipsum quid est cognoscitur vniuersale. de hoc tamen vide 1. Post. cap. 10. vbi late id ostendimus.

Solutio.

4. Concl. Aię etiam separatæ habet scientia. Quarta conclusio. De anima rationali separata etiam scientiam habemus: quia per ea quæ habuit in corpore, aliqua licet philosophari ex his quæ habet separata. ipsam enim per se esse, & per se intelligere probamus: & ita etiam velle quæ intellexit, atque adeo habere intellectus, ac voluntatis operationes, & sic etiam liberum arbitriũ habere, & ita prudenter posse agere, & bene & male, fortiter, cõstanter &c. & præmium pro rectè factis, vel pœnam pro male factis dum viueret, recipere, & similia alia non pauca, quamuis aliqua, quę in separatione habet, non euidenter constant, quia longè à sensibus distant. vnde Aristoteles secundò Cœli. text. 17. non ita perfectè cœlum cognosci dicit, quia eminus est, non loco quidem, sed per accidentia, quæ parum ex illo sentimus. Sic accidentia animæ separatæ ad nos non perueniunt, cum nullam operationem exerceat tunc separata circa corpus, quam oculis videamus, quod intelligentia facit non ergo aliter, quam per præcedens corpus licet de ipsa intelligere, & scientiã accipere. Negare autem prorsus de anima rationali separata esse cognitionem hominis, aut scientiam, est non considerantis ex sensibilibus insensibilia posse cognosci, & animam non sic esse abstractam, quin in corpore præfuerit.

Solutio. Oportet ad argumenta respondere. Ad primum

rationum in contrarium. Ad 1. Prima solutio.

primum, quamuis negari debeat consequentia: non enim oportet esse sensibile per se, licet per accidens, vt sit de aliquo scientia, sed quòd aliquid illius præfuerit sub sensu, Vnde Dei est scientia, & intelligentiarum, quæ non sunt sensibiles vllo modo: at per effectus sensibiles cognoscuntur, id est, per hoc eleuatur Intellectus ad ipsas substantias cognoscendas, vt dicit Albertus in præsenti capit. 1. & sic posset de anima dici.

2. solutio.

Tamen dico, quòd antecedens etiam falsum est. anima enim est per accidens sensibilis, quia etiam accidentibus & passionibus subsstat, licet non per se sed cum composito: vnde anima habet rationes principij talium affectionum aliquo modo subiecti.

Ad 2.

Ad secundum neganda est sequela simpliciter. Anima enim dupliciter potest se intelligere, vno modo in particulari, vt si supra seipsam reflectitur, ac se intelligit, & sic angelus se cognoscit & anima rationalis, licet imperfecte dum est in corpore. Altero modo in vniuersali: dum cognoscit enim aiam in communi, cognoscit etiam se sub illo communi: & hoc probat tãtum argumentum. & non est vllum inconueniens, quo modo Dialectici dicunt, quòd idem terminus significat se. nam ista vox Terminus, significat etiam se, quia est terminus & definitio: hoc pacto seipsam definit.

Ad 3.

Ad tertium negãda est minor: est enim scientia de formis, sed quia non habent multam difficultatem, per se coniungitur ipsarum consideratio cum consideratione compositorum; at anima innumeras habet per se difficultates discutiendas, præter composita. Idcirco ipsius est consideratio peculiaris.

Ad 4.

Ad quartum solutio est nota: quamuis enim anima respectu compositi animati sit pars, at si per se cõsideretur, genus quodam est, species sub se habens. Sunt enim plura animarum genera, & species, vt in ipso processu hoc magis compertum erit. & hoc satis de prima quæstione.

An Physici sit tractare de Anima. Quæstio II.

Præcipua est difficultas hæc ac multum necessaria ad ea quæ dicenda sunt postea. Videtur primum, quòd non sit physici tractare de anima. Primo Aristotele. 2. Physi. text. 3. 4. 5. docet tria, circa quę versatur Physicus: naturam, ens naturale, ens secũdum naturam: quod idem docuit, quamuis alijs verbis 1. Cœl. tex. 1. At anima non est natura, nec ens naturale, nec ens secundum naturam: ergo non pertinet ad Physicum. Quòd non sit ens secundum naturam nõtum est: non enim est operatio, aut effectio aliqua, quæ dicuntur entia secundum naturam. Similiter non est ens naturale, quia non est composita substantia. Quòd vero non sit natura, patet saltem de intellectiua, & sensitiua, q̃a non sunt principia motus; non enim intelligere vel sentire sunt motus, qualis in definitione naturæ ponitur; non ergo natura sunt. Accedat etiam Simplicius qui illo loco existimat, nullo modo animam esse naturam.

Prima rõ in cõtrarium.

Secundo: physicus agit de formis generabilibus, & corruptibilibus, vt dicitur primo Physic. text. 83. at anima saltem rationalis incorruptibilis est, vt dicitur 1. de Anima text. 65. & ingenerabilis, vt dicitur 2. Gen. animal. capit. 3. non enim educitur de potentia materiæ: ergo non est negotij physici.

2. Ratio.

Tertiò talis anima est separata à materia: at de formis à materia inseparabilibus solum agit Physicus, vt dicitur 6. Metaph. tex. 2. ergo non pertinet ad physicum. Maior est Aristotelis 1. de Part. cap. 1. vbi hoc argumento vtitur ad hoc idem probandũ, puta, quòd Physicus non de omni anima tractat.

3. Ratio.

Et facit aliud argumentum, quod potest esse quartum. Si de omni anima ageret Physicus, vtique ageret de omni eius potentia: ageret ergo de intellectu: sed de hoc non potest, quia ageret de obiecto ipsius, scilicet de omni intelligibili: sicut qui de sensu tractat, etiam de sensibili considerat: at illud ad Metaphysicum spectat, qui de omni ente tractat: nam intelligibile est ens: ergo non est Physici tractare de anima.

4. Ratio.

Quintò, omnis forma sensibilis, & physica aliquam operationem communicat materiæ, & compositro: at intelligere solius est animę non commune corpori: ergo talis anima non est physici negotij.

Hęc sunt argumenta difficiliora in hac parte.

Prima opinio Simpl. & Themist.

Tres autem existunt philosophorum sententiæ. Prima est Simplicij prologo Physicorum, & Themistij ibidem, qui dicunt animæ cõsiderationem esse mathematicam. Non intelligas, quòd velint dicere esse Geometriæ, aut Musici tractare de anima: sed quòd anima habet abstractionem ad modum mathematicarum, scilicet mediam inter Physicũ, & Metaphysicam: abstractio enim mathematica est accidentium: at anima est substantia: obid non est Gemetræ, vel alterius horum tractare de anima, sed est quædam media scientia. Nam Metaphysica agit de formis omnino separatis, Physica de formis omnino i materia: at anima partim est separata, partim in materia; separatata quidem quo ad intellectiuam, in materia quidem quo ad sensitiuam, & vegetatiuam.

Nota.

Nota.

Vnde aduerte, quòd isti Philosophi tractationem de anima in communi ponunt mediam, velut Mathematicam.

Secta opi. D. Th. & Auerro.

Altera sententia est D. Tho. & Auerrois 2. Phys. com. 26 & primo De partibus ca. 1. vbi dicit, quòd Physicus tractat de omni anima & intellectiua, & de natura cuiusque in particulari. Dicit etiã, quòd anima intellectiua est vltimum, & supremũ, quod cõsiderat Philosophus incluſiuè: est enim anima rationalis media inter Intelligentias, & formas corporales. Huius sententiæ est Alex. 1. Meteor. com. 1. & Philop. in prologo de anima, & Auicenna, & Albertus, & communis est sententia, & eam sequitur Iandunus q. 2.

Tertia opinio.

Tertia sententia est quorundam aliorum, qui dicunt animam intellectiuam dupliciter considerari posse. Vno modo quo ad esse, secundùm quod est in corpore, & sic ad Physicum spectat. Altero modo quo ad quid est, & sic ad Metaphysicũ. Sicut Intelligentiarum consideratio quoad esse, pertinet ad Physicum: quo ad quid est, ad Metaphysicum. hæ sunt sententiæ circa hanc difficultatem.

Primum fundamẽtum Triplex animæ genꝰ, ex operationibus, desumptum.

Pro horum exacta dilucidatione sit primum fundamentum. Triplex esse genus animæ. est enim anima vegetatiua, sensitiua, & intellectiua. Prima in plantis, secunda in animalibus, tertia in homine: quarum animarum multiplicitas ex operationibus diuersis sumpta est: nam ab augmentatione sumitur vegetatiua: quæ. n. se augent, vegetatiuam animam dicuntur habere: sensitiua à cognitione hac sensuũ: at Intellectiua ab intellectione: tamẽ, quia talis operatio non percipitur ita facilè, ideo sumitur ab his externis operationibꝰ ipsam iudicantibus, vt ab ordine operationum, à politia, à gubernatione, quæ indicant altius quoddam principium inesse homini præter sensum.

Ordo istarum animarum.

Hæ igitur tres sic se habent, quòd vbi est intellectiua, sunt sensitiua, & vegetatiua: vbi sensitiua, ibi semper est vegetatiua, nõ cõtrà: quia in plantis vegetatiua inuenitur. Nec modò disputo, an in homine & animali illæ animæ plures sint re vel virtute. hoc enim dicetur posterius.

2. Fundamentum in quo cõueniant, & in quo differant illæ tres animæ.

Sit secundum fundamentum, istæ tres animæ in vno conueniunt, in altero differunt. Conueniunt quidem, quia omnes sunt formę informantes materiam, & cũ ea vnum per se facientes: quod etiam de mente Aristotelis esse probabo inferius. Vt enim reliquæ formæ cum proprijs materijs propria composita per se faciunt, ita & istæ. Differẽtia tamen est in operationibus. nã sẽsitiua, & vegetatiua omnes operationes suas communicat corpori, ita vt non sint ipsæ solę, quæ operantur, sed compositum immediate, quod expressè docet Aristoteles de Som. & vigil. cap. 1. vbi dicit sentire non esse animæ, nec corporis, sed totius compositi coniunctum: idẽ & 1. de anima tex. 66.

Nota de anima intellectiua operationibus separatis.

At intellectiua non omnem operationem communicat, sed aliquas sibi reseruat, & has sola exercet, & in se habet: vt intelligere, & velle, quæ in sola anima subiectantur, & ab ipsa sunt: quod expresse docet Aristoteles 2. Gener. animal. cap. 3. vbi Intellectum dicit habere operationem, in qua non communicat corpus. Ex quo fit, qnòd anima rationalis dici solet separata & immaterialis ab operatione, quã sola facit sine materia quæ fit concausa & hoc fundamentum est firmissimum non solùm

solùm in Aristotele, sed in veritate quam præ omnibus ante oculos habere debemus.

1. Fund. Dup'ex a nimæ intellectio in corpore exitês physica à corpe pẽdẽs, & cõtẽplatua non depẽdens.

Sit tertiùm fundamentum valde obseruandum pro multis etiam quæ dicenda sunt postea (ex cuius inconsideratione, vt ipsorum pace dicam, aliqui in Aristotele decepti sunt) quæ sunt apud Aristotelem intellectiones animæ in corpore existentis: Altera physica, altera contemplatiua. Physica est, quia intelligit res à sensibus abstractas, tam Physicas, quàm mathematicas: ob id intellectio concreta dicitur, in qua anima dependet à sensu ab ipso enim abstrahit quæ intelligenda sunt, contemplatiua verò est, qua intelligit à materia remotas, puta, substantias separatas, & immateriales, & in hac nullo modo à sensu dependet, sed postea per se intelligit, licèt imperfectè: id quod etiam aliqui Philosophi & Theologi admittunt.

Probatur in Antio. primo.

Quòd autem illa sit sententia Aristotelis, profectò manifestò probatur; primò cum dixisset 3. de anima text. 35. intellectum intelligere in phantasmate, & à sensu abstrahere: subdit in tex. 36 dubium esse an intellectus in corpore existens, intelligat intelligentias: quod postea speculandum reliquit, vbi alium esse modum intelligendi docet; id enim dubium postea solui 6. Metaph. tex. 22. vbi animam dicit esse in potentia ad intelligendas substãtias immateriales, & non quidem in potentia exercitatis; quasi dicat, non dicitur sic posse intelligere, vt cæcus, qui nunquam ad actum veniet, sed sicut dormiens, qui ad actum venier.

Secundò.

Et 2. Metaphy. cap. 1. dicit intellectum nostrum se habere ad speculandas Intelligentias, sicut oculum noctuæ ad lumẽ Solis: at noctua lumẽ per se percipit, licèt debilitetur.

Tertiò.

Propterea 1. de partibus, cap. 1. dicit, si physica tractaret de intellecta, tractaret de omni ente. hæc consequentia nulla esset, nisi Intellectus intelligeret immaterialia per se. si enim hæc confusè intelligeret, in ordine ad sensibilia; tunc sequitur ex illa consequentia solùm hoc, quod Physicus ageret de sensibilibus: quod nullus negat. Hanc diuisionem intellectionis multùm obserua in via ipsius Aristotelis.

2. Concl.

His suppositis, sit prima conclusio. Physici est tractare de anima sensitiua, & vegetatiua. Hæc conclusio probatur manifestè ex Aristotele lib. 1. de part. animalium cap. 1. dicit, Physici est tractare de anima, licèt non de omni, sed de illa, quæ à materia dependet. huiusmodi autem sunt vegetatiua, & sensitiua, quæ ex potentia materiæ educuntur, vt dicitur 2. de Gene. anim. cap. 3. idem etiam docet 6. Metaph. tex. 2.

Probatur ex Arist.

Ratione.

Ratio autem conclusionis hæc est. Physici est tractare de formis in materia sensibili existentibus, generabilibus, & corruptibilibus, vt dicitur 1. Phyc. tex. 83. at tales sunt animæ sensitiuæ, & vegetatiuæ, vt ex locis citatis patet, & postea probabitur: ergo Physici est de ipsis dicere.

2. Concl.

Secunda conclusio. Physicus agit de anima rationali, si secundùm suam substantiam consideretur.

Nota primo.

Pro huius probatione notãdum est primò, varios in hac re esse dicendi modos. Aliqui enim dicunt, quòd secundùm substantiam pertinet ad Physicum, sed secundùm potentiã intellectiuam, & secundùm operationem intellectiuam pertinet ad Metaphysicum. At verò hi non satisfaciunt dubitationi: nam qualis substantia & essentia rei est, talis est eius potentia, & talis operatio; & ad quam scientiam spectat essentia rei, spectat & operatio; quæ sanè in omnibus apparet scientijs.

Ideò aliqui distinguunt gradus diuersos in anima rationali, non quidem realiter, sed sola ratione; quia continet in se gradum vegetatiuum, & sensitiuum, & rationalem. Dicunt ergo, hi secũdùm gradũ vegetatiuum sensituũ pertinere ad Physicum: secundum verò gradum rationalẽ, pertinere ad Metaphysicum. Sed his obijcitur, quòd etiam secundùm gradum rationalem informat corpus; nam facit non solùm animal, sed hominem, hoc est, animal rationale, atque ideo etiam secũdùm illum gradum rationalem informat, & est forma, & pertinet ad Physicum. Sed aduertendum; alios diligẽtius adhuc distinguere rationale, & alium gradum propriè intellectiuum, vt angeli. Nam rationale propriè est cum discursu, & vnum post aliud, & ex sensu accipiendo, seù ex phantasmatibus; at intellectiuũ propriè, vt angeli, est sine discursu, & omnia simul, & non

non ex sensu abstrahendo. Dicunt ergo, animã attingere infimum illum gradum angeli supra rationalem gradum, quę scilicet in supremo & perfectissimo suo actu intelligit, & contemplatur simul eam in illo actu non vtens phantasmate: & talem gradum animæ supremum dicunt esse intellectiuum ab inferiori rationali distinctum non re, sed ratione, & animam sub illa ratione non informare: nam facit quidem hominem esse animal rationale, sed non esse animal intellectiuum, si proprie loquamur: nam hic esset angelus. Et ita dicunt secundùm hunc vltimum gradum pertinere ad Metaphysicum, secundum alios tres gradus pertinere ad Physicum.

No. 1 differẽtiam, & conuenientiam animę rõnalis cum intelligẽtijs & aliis formis.

Sed tamen melius, & securius dicendum erit, esse vnum simplicem gradũ medium animæ rationalis, in virtute continentem omnia: est enim anima rationalis in sua substantia & natura media inter intelligentias, & formas materiales. cum intelligentijs quidem conuenit, quod per se potest existere absque corpore: at ab ipsis differt, quòd intelligentia est completa substantia per se in specie, non apta facere vnum cum materia: & anima est substãtia incompleta ex se apta vnum cum materia per se facere: & in hoc cum formis corruptibilibus conuenit: differt tamen ab eis, quòd per se potest existere. vnde media est substantia animæ, & in confinio corporalium, & spiritualium posita, sicut illa, quæ vocantur Zoophyta, quæ sunt media inter animalia sensitiua & plantas, ve luti spongia.

2. opinio

Nota 3. Animam definiri debere per corpus

Ex hoc fit vnum, quòd anima in sui natura siue sit sine corpore, siue cum illo, respicit corpus, ac per ipsum definiri debet, est enim talis naturę.

Ratio cõclusionis qua & Auer. reprobatur.

Hinc sumitur argumentũ manifestum. esse physicæ considerationis, quia per materiam definiri habet ipsius substantia, aliter esset angelus. Vnde melius ita dicitur, quam vt alij, qui asserunt, secundum quid ad Metaphysicum pertinere. non enim aduertunt animæ substantiam esse incompletam terminandam per corpus. & quamuis hoc Auerroes dixerit, esse nempe incõpletam substantiam, tamen contradictio est notanda in suis dictis, à qua non potest liberari. Ipse enim ponit animam intellectiuam substantiam separatam non informantem, quod si ità est, iam est completæ naturæ, sicut intelligentia: ergo non pertinebit ad Physicum considerare quid est ipsius, vt ipse docet: sicut nec pertinet considerare quid est Angelus, sed solùm ipsius esse, vt ipse sæpe clamat. Est Auicennæ. 1. Physi. com. 83. & 2. Physi. com. 26. & 8. Physi com. 3. & 12. Metaph. com. 5 Tenenda igitur est conclusio certissima, esse Physicam formam, sed omnium vltimam & supremam.

Imò verò quamuis in anima rationali gradus illi distinguerentur, & vltimus esset metaphysicus, ille proprie intellectiuus esset simpliciter, anima dicenda physicæ considerationis, & non metaphysicæ, qua duplici de causa. Primo, quia totus homo compositus quem vnà cum corpore componit est simpliciter & proprie physicæ considerationis, & ad eandem scientiam pertinet agere de toto, & de partibus eius. Secundò, quia vere informat, & est vere forma, vt diximus, non Angelus: & habet effectum vere formalem, scilicet dare esse. Tertio, quia vnitur corpori etiam vt dispositionum, & causarum naturalium: & licet non attingant causæ naturales eius essentiam, tamen attingunt eius vnionem ad corpus. Quarto, quia vere vult esse in corpore; & quamuis esse possit per se, tamen tunc est imperfecta, & desiderat corpus, vt ei vniatur: & melius est in corpore, quam extra, imo & melius intelligit in corpore, quam extra, non quidem in hoc corruptibili, sed in corpore glorioso, tamen re ipsa in corpore.

Tertia cõclusio.

Tertia conclusio. Idem dicendum est, de operationibus animæ, omnes videlicet etiam separatas pertinere ad Physicum. Quamuis enim habeat aliquas operationes separatas, & alias coniunctas cum corpore, tamen omnes procedunt ab vno illo gradu animæ medio, qui est physicæ considerationis: nam sicut à Sole multæ procedunt operationes, & à causa vniuersali multi & varij fiunt effectus, & ab vna eius virtute. V. g. à lumine; quia est vna re, sed multiplex virtute. sic ab illo gradu animæ medio virtute multiplici multæ fiunt operationes, quędam communes cum brutis, quędam communes cum Angelis: cum ergo principium, à quo procedunt, sit physicum, etiam omnes illæ physicæ erunt

consideta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

consideratione, & à Physico meritò consi derabuntur.

Et melius ita dicitur, quàm si dicamus aliquas animæ operationes pertinere ad Physicum, aliàs ad Metaphysicum: vel q ipsa anima intellectiua quantum ad opera tionem, & intellectionem physicam, perti neat ad physicum: quantũ tamen ad aliam ad Metaphysicum. Fateor tamen quòd sic etiam probabiliter diceretur de operationibus; nam operatio prior dependet à sen su, & ad sensum dicit ordinem, atque ideo proprie est physica.

Posterior operatio non pendet à sensu: & sic posses intelligere, quoties Aristoteles dicit nõ pertinere ad physicum tractare de omni anima: intellige illum de intel lectiua quantum ad hanc cõtemplatiuam operationem respectu cuius solet dici ab Aristotele Mens, & Intellectus. His sic explicatis, ad argumenta respondetur.

Ad 1. Ad primum respondeo primo contra Simplic. animam esse naturam, quòd expresse dicit Aristoteles 1. de par. cap. 1. vbi bis eam naturam vocat, & 8. Physic. text. 24. dicit animalia seipsa mouere secũdum naturam: constat autem, quòd ab anima mouentur: quod ibi etiam Simplicius fatetur.

Nota animam esse naturã et in Arist.

2. Solutio Respondeo secundo ad argumentum, q vt aliqua forma dicatur natura, non est opus, vt respectu omnium suarum operationum dicatur natura. V.g. forma ignis, natura dicitur, sed non respectu calefactionis, sed respectu motus localis; quia natura est principium motus interni. Ita anima nostra dicitur, non quidem respectu sensationis, vel intellectionis, sed respectu augmentationis, & nutritionis, & motus localis, quæ exercentur à sensitiua, & ratio nali.

Ad 2. Ad secundum dico, quòd de sensitiua, & vegetatiua non procedit argumentum: sunt enim incorruptibiles: at de intellectiua non etiam procedit, quia licet non sit generabilis, nec corruptibilis, habet se ad modum generabilium, quia dicit ordinẽ ad materiam quam informat, & vna cum corpore subsistat accidentibus sensibilibus, & alterationibus, sicut reliquę: &, hoc sufficit ad physicam considerationem, & ita 2. Physic. text. 26. dicitur, quòd Physicus se extendit ad animam rationalem, quæ licet separabilis sit, in materia tamen est. Respondeo igitur ad tex. Aristo. quòd vocat formas generabiles, & alterabiles. Adnota. uerte autem quòd formæ dicũtur generabiles & alterabiles, per accidens tamen, vt dictum est.

Ad 3. Ad tertium respondeo, quòd anima rationalis separata adhuc in substantia sua habet ordinem ad materiam, & sic physica forma est. At quia est, vt diximus, gradus medius eminenter in se multa continens: est quidem forma, sed separabilis; & ideo etiam inter separatas potuit ab Aristotele computari.

Secundo dicimus habere operationem separatam, non omnem, sed contemplatiuam: & sic etiam dici potest ad Physicum non pertinere. Vel etiam tertio, vt alij dicũt, illum vltimum gradum intellectiuum esse separatum, & non pertinere ad Physicum.

Ad 4. Prima solutio. Ad quartum aliqui dicunt, argumentum Arist. esse probabile, & non concludere. Nam aliter per illud probaretur, quòd Metaphysicus saltem, qui tractat de Intellectu, tractaret de omni ente: quod friuolum est dicere. Dico tamen, argumentum Arist. esse optimum, & concludere: loquitur enim de obiecto adæquato potentiæ: & ita est, quòd cum obiectum Intellectus sit ens; qui tractat de Intellectu, tractabit de ente.

Secunda solutio verior.

Nota duplex obiectum Intellectus Tamen nota, quòd Intellectus habet duo obiecta, secundum duas intellectiones. Secundum enim physicam, habet ens sensibile, non enim omne ens intelligit, sed quod sensibus potest venari. At secundum contemplatiuam habet Intelligentias. secundum vtraque omnia, sicut Physicus considerans priorem, tractat de obiecto, id est, de ente sensibili; ita Metaphysicus considerans posteriorem, tractat de Intelligentijs: quòd si vnus consideraret vtrũque, consideraret omnia: quod friuolum est: & sic patet solutio argumenti,

Ad 5. Ad quintum respondeo, quòd anima intellectiua communicat corpori motum, sensum, vegetationem: & hoc sat est. Non enim opus est, vt forma omnes suas operationes communicet. Dico etiam, q communicat intelligere, quomodo communicari potest: quia pendet intellectio à sensu non cointelligente, sed ministrante ea, quæ

quæ intelligenda sunt: quod alij vocant dependere à corpore, non vt à subiecto, sed vt ab obiecto. de hoc tamen postea exactè dicetur.

An liber de Anima antecedat librum de Animalibus. Quæst. III.

Nota 1. Sex corporum genera circa q̃ versatur Physica. ROstquam scientiam de anima Physicam esse diximus, consequẽs est disputare, in qua Physicæ parte sit collocãda. Quod, vt facile intelligas, scito Physicum versari circa corpora naturalia, ipsorumque passiones, & principia, vt dicitur 1. Cœli text. 1. Sunt autem huiusmodi corporum genera sex, puta, cœli, elementa, mixta imperfecta, (vt glacies, venti, cometæ) & mixta perfecta inanimata, (vt metalla & lapides) sunt etiam plantæ, & tandem animalia. hæc omnia ad Physicum spectant.

Nota 2. diuisio physicæ I octo partes. Tota ergo Physica diuiditur communi diuisione in octo: partes: in prima tradun tur principia & passiones communia omnibus corporibus, vt materia, forma, omtus locus, tempus: & hoc faciunt libri Physicorum, qui locum primum obtinent in vniuersa Physica. Postea tractatur de Cœlo, quia passio omnium prima, scilicet motus localis, ei inest: & quòd corpus simplex est: traditur etiam de elementis, qua parte cum cœlo conueniunt, id est ratione motus localis. Et quia corpora simplicia sunt non ex alijs corporibus conflata, & sic secundum locum tenent libri de cœlo, qui de simplici corpore mobili secundum locum sunt, vt ibi dicit Simplicius. Postea sequitur aliud corpus, scilicet Elementum secundùm se, id est, vt generabile, & mutabile est, & aliorum mutationum causa: & hoc fit in libris de Generatione, vbi de ipsa generatione, & de elementis, quæ ipsius sunt causa, traditur: & sic tenent locũ tertium. Postea in quarto loco est liber Metheororum, in quo de mixtis imperfectis agitur. In quinto de Mineralibus liber est, quem ab Aristotele non habemus, postea sequitur de animatis. Fit autem quædam per se consideratio de anima, ob magnas ac multas ipsius difficultates separata ab animalibus & plantis, & est in sexto loco. Septimum obtinent animalia. Octauum plantæ. hæ sunt omnes Physicæ partes.

Nota 3. Ordo partium Physic. De ordine tamen discrepant Doctores, omnes quidem conueniũt in ordine quinque partium priorum. Difficultas tantum est in duobus. Alterum est, an liber de Anima sit in loco sexto ante tractationem animalium & plantarum, an post. Alterũ est, an liber de plantis antecedat iibrum de animalibus, an sequatur. Circa primum est opinio Auerrois 1. Metheororum cõ. 1. vbi vltimum locum post animata dat ipsi animæ. Idem Philop. in hoc prologo, & Alex. not. in 1. Metheor. vbi communiter citatur: hic enim nihil dicit, sed in libro suo 1. de anima cap. 2.

1. Opinio, circa primã quæst.

Rationes pro hac sententia hæ possunt sunt esse. Prima: Notiora nobis sunt tradẽda prius: at composita sunt nobis notiora suis principijs: ea ergo sunt prius tradenda: & sic antecedet liber de animalibus.

1. Ratio & hac opin.

Secundò: Si anima antecedet considera tionem animatorũ, sequitur quòd deberet etiam antecedere libros de cęlo: nam cęlũ est animatum, vt dixisse videtur Arist. lib. 2. cœli text. 1. illud tamen nullus admittit.

2. Ratio.

Tertio, & hoc est argumentum Auerrois. Materia debet præcedere considerationem formæ, cum illa sit prior: at partes, & organa sunt materia ipsius animæ: ergo debent præcedere animæ consideratio nem.

3. Ratio.

Quartò, consideratio orbium in 12. Metaphysic. præcedit considerationem Intelligentiarum: ergo etiam consideratio ipsorum corporum animatorum erit ante animæ considerationem.

4. Ratio.

Quintum est argumentum. Anima definitur per corpus organicum: ergo pendet ex cognitione ipsius corporis: ergo huius consideratio prior est, quę traditur in libro animalium & plantarum.

5. Ratio.

Adde Aristot. De longit. & breuit. vitæ vbi dicit, quòd traditis illis passionibus, erit absoluta doctrina animalium, quasi animalia iam sint tractata ante parua naturalia: ergo ante animam: nam liber de anima coniunctus est cum paruis naturalibus. Hæc sunt argumenta pro ista sententia.

6. Ratio

Oppositam sententiam tenent magni Philosophi, quòd liber de anima sextum obtineat locum ante libros de animalibus inter quos est Auicenna, qui ob hanc

1. opinio.

causam librum de Aia inscripsit sextũ naturalium. Idem Albertus Magnus in præsenti, & 1. Physic. tracta. 1. cap. 4 & q. 1. de homine, & lib. 1. animalium capit. 1. Idem S. Thom. in præsenti & prologo Physic. & Aegid. prolog. Physic. & Apollinaris, & denique omnes Latini.

1. Quæst. an liber de plantis antecedat librum de animalibus.
1. Opin.
2. Opin.

Circa alteram difficultatem adhuc est difficultas: nam Auerroes 1. Meteoror. librum plantarum existimat antecedere librum de animalibus. Idem Albertus 1. Physic. tract. 1. cap 4. At Philoponus, & Alexã. 1. Meteororum, librum de animalibus putat antecedere, vltimum locum habere plantas.

Ratio prima opin.

Ratio pro Auerroe hęc esse potest: quia Simpliciores sunt plantæ quæ tamẽ vegetatiuæ sunt; simpliciora autem tradenda prius sunt. Hæ sunt opiniones Philosophorum.

1. Concl. contra Auer.

Pro huius autem determinatione sit prima conclusio: Liber de anima anteponendus est libris de animalibus, & plantis: & sic sextum obtinet locum. Hæc conclusio

Probatur primo.

probatur primò, ordine doctrinæ. Principia & causa sunt prius tradenda: sed anima est principium animatorum: ergo ipsius consideratio prius est tradenda. Consequentia est certa. Maior est Arist. 1. Physic. tex. 1. Minor est etiam ipsius in præsenti prologo tex. 2. vbi animam principium animalium, id est animatorum dicit. Hoc argumentum est Alberti.

2. Secundum est S. Tho. in præsenti: communia sunt prius tradenda, vt dicit, & probat Arist. 1. de part. c. 1. at anima est omnibus animatis communis: ergo prius est tradenda.

3. Tertium sit argumentum. Liber de anima continuatur cum libro paruorum naturalium, vt patet de sensu text. 1. at liber paruorum naturalium antecedit libros de animalibus: ergo etiã liber de anima. Consequentia est certa. Minor probatur. Passiones communes sunt tradendæ prius quàm particulares, vt notum est: at liber ille paruorum naturalium est de passionibus cõmunibus, tum omnibus animalibus, tum omnibus viuentibus: ergo antecedit. Illud autem ex cap. 1. De sensu patet, vbi tales passiones Aristoteles proponit, ac communes vocat.

2. Concl. Secunda conclusio: Liber de anima, & paruorum naturalium vna pars est Philosophiæ. Hoc patet ex ipsa explicatione & contextu: nam passiones animæ dupliciter considerantur, Vno modo, vt ab ipsa sunt, vt à principio: & sic cõsiderantur in libris de anima. Altero modo, vt per corp⁹ exercentur: & sic in paruis naturalibus, vbi de organis ipsis differitur, & de corpore vt tales recipit passiones.

Probatur primo.

2.

Et ita in præsenti textu tertio proponit vtrunq; se tractaturum, & de passionibus animę secundùm se, id est, respectu ipsius, & de passionibus communibus cum animalibus, id est, de ipsis, vt animali per animam insunt: cui textui respondet cap. 1. de sens. vbi dicit, Postquam de anima secundùm se dictum est, oportere tradere de communibus cum animali. quod si non placet vnicum librum & partem facere, scias tamen esse considerandam talem tractationem cum lib. de anima.

3. Concl.

Tertia conclusio, Probabilius puto ordine doctrinę, antecedere libros de animalibus, vltimumque tenere locum librum plantatum: hoc non secundum naturam, nam sic plantę debent præcedere; sed quia doctrina de plãtis traditur per analogiam quandam, & proportionem ad animalia: nam officia partium plantarum cognoscũtur per officia partium animalium, & per ista traduntur.

Probatur primo.

1.

Adde etiam, quòd inuenimus exemplũ in Aristotele: Libro enim de anima prius egit de odoratu, quàm de gustu: at libro de de sensu c. 5. ordinem vertit, prius de corporibus, quàm de odoribus agit, & hoc quia de odoribus loquebatur per similitudinem ad sapores: illi enim sunt difficiliores. Hæc verò mihi videntur circa horum librorum ordinem.

Ad 1.

Superest, vt ad argumenta respondeamus. Ad primum admitto composita esse notiora nobis: sed neganda est maior: Ordo enim doctrinæ non semper conformatur ordini nostræ cognitionis, sed aliquando ordini naturæ. Vnde in effectibus, & causis tradendis, potius sequitur ordinem naturæ: à causis enim incipit scientia, & sic Aristoteles prius nos materiam & formam docuit, quàm de vllo naturali composito dicere.

Ad 2.

Ad secundum, negatur cœlum habere animam. nam Intelligentia non cœli forma,

ma, cùm sit in se completa substantia: sed dicitur ad similitudinem animatum, quia motum habet à principio existente, seu potius assistente illi, sed hoc improprie dicitur.

Ad 3.

Ad tertium dico, q⁹ partes non sunt materia animæ: non enim pars animalis sumitur absque anima: q⁹ si ipsa sola materia, & organizatio consideretur, dico potius esse instrumenta animæ: at cognitio instrumenti pendet ex cognitione principalis efficientis, & finis: huiusmodi autem est anima. 1. de par. animal. c. 5.

Ad 4.

Ad quartum dico, q⁹ orbis non comparatur animali. Animal enim totum est ex anima ipsa & corpore: at orbis, mobilis ratione habet.

Prima.

Propterea illic non traditur scientia orbium, sicut de animalibus in libro ipsorũ, sed solùm quædam cõfusa cognitio quam de animalibus tradere non est opus: quia quilibet scit illam, vel facile supponi potest, vt illic fit de orbibus.

Ad 5.

Ad quintum dico, quòd animata dupliciter cognosci possunt. Vno modo distinctè quo ad oẽs partes, & causas, & passiones: & hoc pertinet ad ipsorum considerationem, quam dicimus tradi in suo libro, & sequi librum de Anima. Altero modo confuse secundum aliquam cognitionem, quæ facilè haberi per se potest: & sic antecedit, & ponitur in definitione. Et nota hanc solutionem.

Ad 6.

Ad locum Aristotelis dico, q⁹ sic intelligitur, q⁹ sit absoluta contemplatio animalium, id est, earum passionum, quas anima libus communes proposuerat in principio De sens.

An anima sit subiectum huius libri. Quæstio IIII.

Rones ad partẽ negatiuam. Prima.

Subiectum, seu obiectum, quod alij materiam scientiæ vocant, id est, circa quod talis scientia versatur, eius naturã, & passiones inquirẽdo; est autem cõtrouersia, an tale sit anima, huius tractationis, an potius animatum corpus: & videtur potius esse hoc, quàm aia. Primò. Id est subiectum, cui illius passiones, quæ in scientia considerantur, insunt: sed corpori animato, non animæ, tales insunt: nam videre, audire, irasci, & reliquæ toti composito competunt: ergo id est subiectum.

Secundo. Subiectum partis alicuius scientiæ totalis, debet esse species subiecti ipsius scientię totalis: ergo subiectum scientiæ de anima erit species entis mobilis, quod est subiectum totius Physicę: sed corpus animatum, & non anima, vt notum est, species est entis mobilis: ergo id est subiectum.

2.

Tertiò. Corpus animatum, cum sit commune animalibus, & plantis, debet tradi ante animalia, & plantas; non est autem alia pars, nisi in hoc libro: ergo est subiectum.

3.

Quartò. Subiectum præsupponitur in scientia quid sit; at de anima id non fit, imò definitur: ergo non est anima subiectum.

4.

In hac quæstione sunt tres sententiæ. Prima est Pauli Veneti com. 3. quam Ianduni q. 3. tribuit Alberto Magno: sed nõ ita est. Hic dicit duplex esse subiectum in re. Vnum, quod, puta, illud cui passiones insunt, & de quo prædicantur: & hoc est compositum, vt homo respectu risibilitatis. Alterum est, quo, id est principium, ratione cuius insunt, id quod est forma. Ita dicit in scientia esse hoc duplex subiectum & quo, & quod. vt enim est quo insunt, ita est quo considerantur inesse: & cui insunt, ita cui considerantur inesse. Dicit ergo, q⁹ in tractatione de anima est hoc duplex subiectum: anima est subiectum, quo; corpus animatum, quod.

Prima opinio.

Altera sententia est Apollinaris. q. 3. quæ dicit, vnicum esse librum, seu tractationem, scientiam de anima, & paruorum naturalium, & totius esse corpus animatum subiectum: quamuis huius partis de anima, sola sit anima subiectum, totum tamen cõiungi debet, & vnicum dari subiectum corpus animatum.

2. Opin.

Tertia sententia est Alberti Magni in præsenti, & S. Tho. & Aegidij, & Ianduni. q. 3. & communis aliorum, quòd anima sit subiectum, & non corpus animatum.

3. Opin.

Pro huius dilucidatione, sit prima conclusio. Anima est subiectum huius tractationis, & non corpus animatum. Probatur primò authoritate. Cap. enim de sens. in principio dicit, de anima secundum se

1. Concl.

Probatur primo ex Arist.

dictum esse. Vide igitur quo pacto solius animæ, & non corporis animati esse consideratione hanc?

Præterea ex titulo inscriptione: dicitur enim de anima, atque etiam ex his, quæ proponit se dicturum de anima, & ex toto contextu: vbi patet, non esse dubium secundum Aristotelem, animam esse subiectum.

Secundò probatur ratione. Probatur secundo. Illud est subiectum in scientia, cuius definitio ponitur in illa, & spēs, ac passiones considerantur: at anima definitur hic; ipsius species tractantur, scilicet vegetatiua, sensitiua, & intellectiua: passiones etiam, id est, potentiæ, quæ ab ipsa proceduntur: ergo anima est subiectum.

Tertiò. Præterea tertiò. Si corpus animatum esset subiectum, tunc ista scientia esset generica, solùm quòd ageret de quodam viuentium genere: sic autem non esset dignissima, vt dicit Aristoteles: quia perfectior est cognitio specierum; non est igitur animatum corpus, sed animæ, subiectum.

Secunda cōclusio. Probatur primo. Secunda conclusio. Paruorum naturalium subiectum est etiam anima. Primò, quia est idem liber continuus. Præterea, quia passiones illic consideratæ non sunt, vt composito inhærent absolutè, sed vt ab anima procedunt, & in compositum deriuantur; & sic omnia illa in ordine ad animam tractantur.

Ad 1. Ad primum igitur dico, quòd illæ passiones absolutè prædicantur de composito, tamen de anima etiam prædicantur, hoc modo; quia ipsa est illatum principiſi. nam passiones per corpus exercentur, ab anima tamen prouenium. & hoc modo tales passiones hic tractantur, atque ideo anima est subiectum.

Ad 2. Ad secundum neganda est illa maior. Non enim id est necessarium. nam in scientia non semper de speciebus agitur, sed aliquādo de principijs & causis: & sic in præsenti traditur de anima, quæ animatorum est principium.

Ad 3. Ad tertium respondeo, quòd verum est oportuisse prius tradere de animato: tamē quia nihil habet aliud ferè, quàm quod in libro de anima traditum est, & in paruis naturalibus, idcirco non est alia pars considerationis distincta, sed solùm oportet applicare animato, quæ dicta sunt de anima, quę est subiectum huius considerationis.

Ad 4. Ad quartum dico, quòd scientia supponit de subiecto quid nominis, nō quid rei, imò scientiæ est definire suum subiectum, quamuis non demonstrare ipsum quid, vt in Poster. lib.

PROPOSITIONES

aliquot fide tenendæ, quibus vera debet esse philosophia consentanea.

QVIA MVLTA de anima disputanda sunt, in quibus non licet Catholico dubitare, disputantur autē vt philosopho rū errores, & sophismata vitentur, & reijciantur, ac vera philosophia constet: placuit antequam quicquam disputaretur, ea ofa vt fundamenta certa proponere, vt postea securius, & expeditius procedamus. Nec hoc est à nobis hoc loco pręter rationem factum: nam Concilio Lateranēsi tertio congregato sub Leone X. anno 1513. sess. 8. impositum est præceptoribus philosophiæ, vt erroneas philosophorum rationes, in his quæ contra fidem sunt, soluant pro viribus, ac veram & Christianam philosophiam proponāt. Redigemus ergo ea, quę in presenti occurrent ad aliquod canones seu propositiones, quæ sequuntur, idq; addita breuissima probatione, qua constet esse fidei. De eisdē postea suis locis fusius disputaturi.

Prima propositio. Anima rationalis & intellectiua non est vna numero in omnibus hominibus, sed est & fuit & erit pluri ficata secundum indiuiduorum hominum pluralitatē, ita vt singulæ sint in singulis. Prima propositio. Anima rationalis & intellectiua non ē vna numero in omnibus hoibus. error.

Hęc est de fide determinata in illo Concilio Lateranense 3 sessione octaua. Oppositum habuit Auerroes, qui vnicum Intellectum numero assistentem omnibus hominibus posuit, contra quam amentiam scripserunt multi viri docti, & inter hos præsertim Albert. in libello de vnitate intellectus, vbi soluit triginta argumenta huius erroris, & totidem pro veritate ponit: scripsit etiam S. Tho. 2. Contra gentes, a 73. & similiter Aegidius, & alij, & nos etiam infra disputabimus.

Secunda propositio. I vnoquoque hoie vna est alia, & nō plures. error. Secunda propositio, in vnoquoque homine vna est anima: non plures. Augusti. 10. super Genes. ad literam cap. 14. refert ex sententia Minichæorum duas animas in homine; alteram sensitiuam, alteram intellectiuam. & cap. 12. refert idem, ex quodam nomine. Didimo quod idem habuit Philon Iudęus in opusculo inscripto, Quòd deterius potiori insidietur.

Oppositum docet Augustinus de Eccle siasticis dogma cap. enim. 15. inquit: Nec duas animas esse in homine: vnam animalem, qua animetur corpus, & immissa sit sanguini alteram spiritualem, quę rationi ministret; sed dicimus vnam & eandē esse animam in homine, quæ corpus sua tione disponat: hæc Augustinus. Idem dicit omnino libro De spiritu & anima c. 9. & lib. de fide & symbolo, atque alijs locis. & Damasce. 2. De fide orthodoxa c. 12. & est expressa huius determinatio. 8. synodo generali act. 10. can. 11. cuius verba sunt: Apparet quosdam id temporis in tantum impietatis venisse, vt duas in homine animas impudenter dogmatizent: quos omnes, & similia sentientes, cùm Vetus, & Nouum Testamentum, & omnes Ecclesię patres vnam animam rationalem in homine asseuereut, sancta & vniuersalis Synodus anathematizat. hæc sunt verba. Et quāuis aliquis effugere posset asserens, nō intelligi canonē hunc de anima sensitiua & rōnali, sed intelligi de pluralitate animarum vtentium ratione, quod aliqui catholici, inter quos est ~~Scotus &~~ Paulus Venetus tenēt esse animam vegetatiuam & sensitiuam in hominem distinctas à rationali, nec tñ videatur illos esse damnatos in illo canonē: tñ hoc fateor, eam esse non ita tutam & certam canonis interpretationem & restrictionem, cùm in genere loquatur, & Sanctorum aliorum testimonia glossam non pati, cùm sint manifesta. Et præterea de Christi, redēptoris nostri, anima sensitiua quid de ea in morte actū esset, an mortua fuerint, an in sepulchro māserit, an cum anima rationali ad limbum descenderit non facilè responderi si-

ne aliqua impietate poterit. Quare arbitror hanc sententiam esse periculosam & temerariam, de qua tamē postea plura suo loco dicemus.

Tertia propositio. Anima rationalis secundùm se, & suam substātiam, est corporis forma, materiamq; informat, & cum ipsa vnum per se facit.

Oppositum huius sensit Plato, vt referunt Arist. 2. animæ tex. 11. & Themist. 2. animæ cap. 2. qui putauit animam assiste re sicut nautam in naui. idem Philoponus 2. animæ cap. 1. in fine. & Gregor. Nissen. 2. de anima cap. 5. vbi reprehendit Aristotelem, tanquam sententiam esse formam.

Sed iam post Gregorium id est damnatum in Concilio Viennensi, scilicet vnde desumpta fuit Clementia, de summa Trinitate & fide catholica. cap. vnico, & postea approbauit Leo X. Idem concil. Later. sess. 8. vbi illam esse vere formā informantem secundùm Fidem statuitur.

Quarta propositio Alia rationalis à solo Deo ē creata. Primus error. Quarta propositio. Anima rationalis à solo Deo est creata. Scias ergo reliquas formas à Deo produci, medijs causis particularibus; at animam intellectiuam à solo Deo produci atque ideo creari.

Fuerūt in oppositum duo errores prior Tertuliani, vt refert Augustinus libro de hęresibus, Ad Quot vult Deum, ca. 86. qui putauit animas esse ex traduce id est animam vnius produci ab anima alterius, vt anima filij ab anima patris.

Secundus error. Posterior fuit aliorum dicentium fuisse factas ab angelis: Hunc errorem tenuerūt Hermias, & Seleucus, Galatæ, vnde orta fuit hæresis Messalianorum, vt dicitur 7. Histor. Tripar. cap. 11.

Dubium aliqñ an esset de fide. At circa errorem Tertuliani, quē & habuit Apollinaris Allexandrinus, vt dicitur 5. Histo. Tripar. ca. 44. fuit dubius Augustinus an secundùm fidem esset tenendum, animam à solo Deo creari. nam in illo libro de hæresi, cap. 81. inquit, non propter illud fuisse proclamatum hæreticum Tertulianum. Et in epistola. de origine animę ad Hyeroni. credit animas rationales non esse ex semine, sed à solo Deo creari: dubitat tamen an id sit fide tenendum, & respondet quibusdam locis scripturę, quibus videbat id fide probari.

Præterea Eucherius Episcopus Lugdu. posterior. Aug. circiter centum annos, super

per illa verba Geneſis; Aedificauit dominus Deus coſtã.&c. dicit illud eſſe difficile determinatu: quia nihil eſt a ſanctis viris, aut ſcripturarũ authoritate certò pronunciatum.

Tantum esse finitã et creatã, & probatur ꝓpoſitio.

At S.Tho.2. Contra gentes cap.86. dicit illam opinionem Tertull.eſſe errorem: & in 9. de potentia.q.3,art.9.dicit, Diligenter conſideranti apparebit id eſſe damnatum.Leo n.I.epiſtola 91.dicit animas a nullo incorporari, niſi a ſolo Deo ipſarum creatore. Vbi conuincitur etiam error poſterior aſſerẽtium Ab Angelis eſſe factas: conuincitur etiam hoc ex illis verbis Symboli; Factorem omnium: viſibilium,& inuiſibilium.Nam ſi anima rationalis eſt ſpiritualis, vt eſt,& iam dicemus, neceſſe eſt, ſic creata, & nulla naturali virtute producta: ſed de hac re poſtea ſuo loco diligentius. nunc ſatis eſt fidei veritatem digito commonſtraſſe.

5 Propõ. Alia ronalis eſt ſpiritus, & non corpus, nec ex corporibus conflata.

Quinta propoſitio. Anima rationalis eſt ſpiritus,nec eſt corpus,nec ex corporibus conflata. Hoc fuiſſe Platonis videtur, qui vt,refert Ariſt.1.animæ tex.45.dixit ex elementis eſſe compoſitam,idem dixerũt Cleãtes,& Chryſippus,quos referunt Grego.2.animæ,c.2.& Tertull.libro de anima.huius etiam erroris fuit Apollinaris, de quo ſupra.

error. Probatur ꝓpoſitio.

Hoc tamen eſt aduerſus ſcripturas. Luc.23.In manus tuas commendo ſpiritum meum. Ad Galat.5.Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.

Reſpõdetur obiectioni.

Nec obſtat 7.Synod.generalis, actio.5. vbi citatur cuiuſdam patris teſtimonium dicentis, animas, & angelos ex aere, vel ignea materia eſſe conflatos: quod tamen concilium non reprobauit. Nam id non definitur à Concilio, ſed ſolùm inter alia multa patrum teſtimonia citatur ad comprobationem vſus imaginum: non enim ibi quidquam de hac materia tractabatur, ſed ſolum de cultu imaginum. Ille autem ſanctus pater erat opinionis Platonicæ.& diſputans cum Iudæo,ex ea opinione licèt falſa volebat defendere angelorum imagines.Concilium autem citauit non vt in eo approbaret illum,ſed vt oſtendat illum patrem in vſu imaginũ rectè ſecum ſenſiſſe.

At vero tam de angelis, quam de anima definita hæc iam veritas profectò videtur in Lateranenſi Concilio 1.ſub Innocentio III.vbi dicitur: Deus ab initio vtranque de nihilo condidit creaturam corporalem,& ſpiritualem: angelicam,ſcilicet,& mundanam.Deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu & corpore cõſtitutam: hæc ibi,& habetur Extra de ſumma Trinitate,& fide catholica, can.firmiter credimus .id quod aſſeritur in ipſa definitione fidei, vt nõ facile quis ea verba poſſit effugere,& nonnulli parum caute putarunt.

6.Propõ. Alia non ẽ Dei ſubſtãtia,nec ex dei ſubſtantia. error.

Sexta. Anima non eſt Dei ſubſtantia, nec ex Dei ſubſtantia.

Irenæus lib.1.aduerſus hæreſes cap.24. refert Carpocratem fuiſſe huius hæreſis authorem,quòd anima ſit ex Dei ſubſtantia;quam receperunt hęretici dicti Gnoſtici,& poſtea Manichæi,& idẽ videtur ſentire Philon Iudæus libro allegato, cuius verba ſunt. Quomodo credibile videtur tam exiguam mentem humanam membranula cerebri, aut corde, haud amplis ſpatijs incluſam,tantam cœli,mundique magnitudinem capere, niſi illius diuinæ, fœliciſque animæ portiuncula eſſet indiuiſibilis?

Probatur ꝓpoſitio.

Aduerſus hanc hæreſim eſt Concil.Bracar.1.cap.5.Si quis,inquit,animas,aut Angelos credit ex Dei ſubſtantia extitiſſe,ſicut Manichæus,& Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.Idem determinauit Leo Primus,epiſtola 91.c.5.

7. Propõ. Alia non fuit creata ante corpus, ſed ſimul à Deo creatur,& corpori infunditur.

Septima, Anima non fuit creata ante corpus,ſed ſimul à Deo creatur,& corpori infunditur.

Oppoſitum erroris fuit Orige.lib.1.Periarchon,cap.7.credens animas fuiſſe ante corpora creatas.Cœlius Rodigi.lib.10. capit.16.id refert ex ſententia Platonis,& Macrob. Iſtius erroris meminit Hieron. epiſtola ad Pachmachium.Damnatus eſt autem error hic à Leone Primo epiſtola 71.contra errores Priſcillianiſtarum.

Probatur ꝓpoſitio 8.Propõ. Alia ronalis nõ corrumpitur corrupto corpore ſed manet in æt ernũ duratura.

Octaua. Anima rationalis non corrumpitur corrupto corpore, ſed manet in æternum duratura.

Huic oppoſita fuit hæreſis Saducæorum, quos impugnat Dominus, Matth. 22.& ſunt plurima loca Scripturæ contra hunc errorem, ex quibus ſufficiant duo. Matth.22. Nolite timere eos, qui occidũt corpus, animam autem occidere non poſſunt.& Sap.3.Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, viſi ſunt oculis inſipientium mori;

error. Probatur ꝓpoſitio. 9.Propõ. Alę manẽtes poſt corpora nõ ſubintrant alia corpora, nec tranſmigrãt de vno in aliud.

mori:illi autem ſunt in pace.& eſt definitum id citato illo Lateranenſi Concilio 3. ſeſſ.8.

Nona. Animæ manentes poſt corpora non ſubintrãt alia corpora, nec tranſmigrant de vno in aliud.

Herodotus dicit tranſmigrationem animarum fuiſſe placitum Philoſophorum Aegyptiorum, ac inde ſumpſiſſe Græcos. Lactã libr.7.refert Phythagorã inter hos. Idem receperunt quidam hęretici dicti Albanenſes, & Albigenſes, contra quos eſt Athan.lib.6. de beatitudine filij Dei, vbi docet illud eſſe contra fidem.

error. Probatur ꝓpoſitio. 10.Propõ. Oẽs rationes naturales contra aliq; immortalitatẽ, & alias veritates Fidei ſut ſophiſticę, vanæ,& ſolubiles. error.

Decima. Oẽs rationes naturales, quæ contra animę immortalitatem,& alias veritates Fidei à Philoſophis factæ fuerunt, ſunt ſophiſticæ,& vanæ,& ſolubiles.

Nec enim Philoſophia vera repugnat veritati diuinæ.

Hæc eſt contra aliquos, qui abſque vlla conſideratione dicunt,ſecundùm philoſophiam eſſe animam mortalem,& in alijs huiuſmodi hoc inepto & impio vtuntur loquendi modo,quos damnat Concil.Lateran.3 allegatum ſub Leone X.ſeſſ. 8.& determinat,quæ fidei repugnant, non eſſe ſecundùm Philoſophiam veram. Verum enim non contradicit vero. Eſt autem fides ſupra naturam, non autem contra ipſam:& iubet Conciliũ ea ſolui, & veritatem pro verbis quantum fieri poſſet perſuadere,& docere. Hæc ſunt quæ maximè præ oculis ſunt habenda, & tanquam certiſſima tenenda, poſtea accedemus paulatim proprijs in locis ad diſputationem.

IN PRIMVM ARIST. LIBRVM DE ANIMA.

Caput primum.

Bonorum & honorabilium notitiam. Tex. I.

Tria quo in hoc ꝓlogo facit Ariſt.

PROLOGVS hic maximè ſcientiam de anima commendat. eſt.n. ex his, quos Ariſtot.edidit, ſcitu digniſſimus. Tria in ipſo facit. Primum, dignitatem ac vtilitatem ſcientiæ huius ponit,in quo beneuolos facit lectores:Secundũ, proceden di modum, in quo facit docíles: Tertium difficultatem ſciẽtiæ multis quęſtionibus propoſitis oſtẽdit, in quo attentos reddit.

Primo de nobilitate ſcientia de Aia.

In hoc igitur primo textu nobilitatem ponit ſcientiæ huius tali concluſione. Hiſtoria de anima alija eſt melior & honorabilior ob ſubiecti excellẽtiam, & ob ſcientię certitudinem. Hanc ſic probat: Omnis ſcientia aliàs nobilitate materię, aut certitudine cognitionis ſuperans, eſt illis melior,ac honorabilior; at ſcientia de anima eſt alias ſuperans in vtroque: ergo illis eſt melior & honorabilior.

Nota 1.

Aduerte,quod dicit, hiſtoriam animæ, non quia ſummatim,& non exactè de anima tractet, vt volunt aliqui: ſed hiſtoriam ſumit pro ſcientia, vt notant Simplicius & Philoponus: dicitur enim hiſtoriographos ſolere dici ſcientes,& ſapientes.

Nota 2.

Ante argumenti maiorẽ, ſupponit fundamentum, ſcilicet notitiam eſſe bonã & honorabilẽ: per notitiã, cognitionẽ verã intellectus intelligit, vt Simplicius notat.

Nota 3.

Aduerte autem, quòd cognitiõ dicitur bona,quòd ſit ſolùm bonorum:nam malorum cognitio etiam eſt bona, eſt enim Intellectus perfectio quæcunque vera cognitio ideo bona dicitur, quamuis obiectum ſit non bonum,vel malum.Nõ enim Intellectus eſt ſicut voluntas. velle enim malum, & peccatum, malũ eſt: at ipſum cognoſcere bonũ eſt ad multa q; prodeſt, vt Philoponus notat.

Aduer-

Nota. 4. Aduerte etiam literam. sensus enim est. Cùm opinemur scientiam esse ponendam inter bona & honorabilia, ac eo magis quo excedit plus materiæ dignitate, & certitudine: ab ista vtraque scientia animæ in primis est ponenda. Cætera quę dubia sunt in textu in quæstione sequenti examinantur.

An scientia animæ alias vincat nobilitate, & certitudine. Quæst. V.

QVod in hac parte difficultatem facit illud est. Videtur enim, quòd non sit ista scientia aliis nobilior & certior. Primò, quia in 8. Physico. agitur de primo motore, qui tamen nobilior est, quam anima.

Rō prima ad partē negatiuā. 1.

Præterea in libro de Cœlo agitur de cę lo, quod cum sit ingenerabile videtur nobilius anima quæ pars est compositi generabilis.

2. Præterea in libris de animalibus, & plā tis videtur subiectum esse nobilius: nam totum nobilius est parte, & sic animatum nobilius est anima.

4. Præterea 4. Mathematica videtur omnes excedere in certitudine, vt dicitur 2. Metaphysic. text. 16. non ergo ista est alijs certior.

3. Præterea 5. Metaphysica omnes excedit nobilitate: Quomodo ergo scientia hæc alijs est certior & dignior?

Duplex I hac quęs. difficultas.

In hac re multum differunt Interpretes: sed vt distinctè percipias quid quisque velit, scito esse duplicem difficultatem. Altera est de comparatione hac, an scientia de anima comparetur alijs partibus Philosophiæ naturalis solum, an omnibus scientijs. Altera est, quomodo sit certior sciētia ista vel alijs scientijs quod difficilius est, vel alijs Philosophiæ partibus.

Opinio. I nes circa primā difficultatē. Prima opinio. 1. Opin.

Circa priorem, aliqui existimant solùm fieri comparationē ad alias Philosophiæ partes: & hoc tenēt magni viri, inter quos sunt S. Thom. Simplicius, Philoponus, Aegidius, Tignasius. Alij fieri comparationem inter omnes scientias, hi sunt Auerroes, Albe. Pau. Caietanus vterque, & alij multi.

Opinio. I nes circa secūdam difficultatem. Prima opin.

Circa posteriorem verò, quomodo sit certior, est multiplex opinio. Prima est, quòd scientia de anima nō sit certior Mathemathica, nec nobilior Metaphysica, si vnumquodque per se sumatur: tamen, simul in vtroque excedat vtranque, id est honorabilior est Metaphysica: quia quamuis Metaphysica habeat obiectum nobilius, tamen nō habet modum & certitudinem, Similiter Mathematica habet certitudinem, non tamen obiectum nobile: at scientia animæ vtrumque habet, & certitudinem, in qua vincit Metaphysicam & obiectum, in quo vincit Mathematicam, Hæc est opinio Burlei, & Caietani Cardinalis.

2. Opin. Secunda opinio est Thomistarum, qui hanc scientiam alijs omnibus certiorem vocant: quia tractat de re, à qua omnes alię habent certitudinem, scilicet, de anima. nam certitudo in animæ assensu consistit.

3. Opin. Tertia sententia est Philoponi, qui animæ scientiam dicit certiorem: quia est de obiecto immaterialiori, quàm sint reliquę Philosophiæ partes: quam certitudinis speciem ponit Arist. 1. Post. cap. 25.

4. Opin. Quarta opinio est Simplicij, & S. Tho. & Aegidij, ꝙ scientia ista sit certior, quia agit de re nobis certiori & notiori, quantum ad esse. Quid enim cuique certius, q̄ ꝙ viuat, ꝙ operetur, ꝙ animam habeat, cum in se quisque hoc experiatur.

Nota. Hæ tres vltimæ sententiæ loquuntur de certitudine ex parte obiecti, at reliquę, quę sequuntur, de certitudine in demonstratione & modo cognitionis, quæ proprie est certitudo.

5. opin. Quinta sententia est Alberti Magni & Pauli Veneti, & Linconiensis 1. Post. cap. 23. Dicunt enim animæ demonstrationes esse ex se notiores, quàm mathematicas. Est autem intelligenda sic opinio: Demonstrationes mathematicæ non habent robur, nisi ex lumine intellectus, quo cognoscuntur principia per se nota, quibus ipsæ innituntur: lumē hoc reddit testimonium veritatis principiorum: at multò magis reddet testimonium suorummet principiorum, nisi esset defectus ex parte nostra: & sic demonstrationes de anima ex se sunt certiores, vt pote magis confirmatæ lumine ipso intellectus, quantum est ex se: ob id dicunt scientiam de anima esse certiorem in demonstrando omnibus alijs, quantum est ex natura rei.

Sexta

6. Opin. Sexta sentētia est Caietani Thien. qui dicit demōstrationes animæ à posteriori esse omnibus aliis etiam mathematicis certiores: quia procedunt ex nobis notissimis, & expertis; at effectus, & passiones mathematicæ sunt non sensatę, quamuis quo ad demonstrationes à priori, mathematica sit certior. Hæc sunt quæ habentur ab Interpretibus in hac quæstione.

In quorum dilucidationem sit primū fundamentum. Bonum dupliciter diuidi tur. Primò, in delectabile, vtile, & honestum, vt patet 1. Ethic. cap. 8. Delectabile est, quod appetitui delectationē ingerit, ac propter eam est expetibile; Vtile est, quod ob aliud appetitur: Honestū, quod propter se, quales sunt virtutes, & sciētię: quamuis ista non simpliciter appetātur, sed propter Deum; tamen propter se dicuntur, quia nō in aliud bonum inferius fine vltimo: est autem distinctio hæc formalis. Nihil enim vni bono illa tria inesse prohibet, tamen ipsorum ratio semper diuersa est.

Primum fundm. Duplex boni diuisio. Prima, bonum delectabile, vtile, & honestū.

Secunda diuisio boni, laudabile, & honorabile.

Diuiditur secundò bonum. 1. Ethicor. cap. 12. in laudabile, & honorabile. Laus nihil est aliud, quàm testimonium exterius ore exhibitum excellentiæ alicuius. Honor verò reuerentiæ exhibitio. Vnde laudabile bonum est, cui tale testimoniū exhibetur: honorabile verò, cui honor redditur.

Nota. Honesto vtrunq; inest, & honorabile, & laudabile: vtili verò tātùm laudabile. vnde vtilia sunt laudanda, honesta & laudanda, & honoranda. Dicitur autem bonum laudabile, vel honorabile, quia facit subiectum tale. Homines igitur studiosos, & doctos honoramus, & laudamus: at vestem bonam, & artificē tantùm laudamus; illud honestum, hoc autem vtile est.

2. Fūdm. Ex quibus scia dicatur certa; nobilis, & mirabilis.

Sit secundum fundamentum. Scientia dicitur certa, nobilis, & mirabilis, tamē diuersis causis. Certa enim dicitur ex modo procedendi, vt si acquisita est per causam, vel per experientiam, vel alia valida via. Nobilis dicitur ex obiecto: quia tractat de ente nobili.

Nota 1. Potestq; esse, quòd sit vna nobilior altera, & minus certa. Exemplū est Philoponi: Astrologia nobilior est, quàm Geometria; quia illa tractat de substantia, vt dicitur 12. Metaph. tex. 44. at hæc de accidenti: est tamen minus certa, quia non semper de monstratione procedit.

Nota. Absolutè tamen, melior scientia dicit quæ melior est, quàm quæ certior: quod docet Aristoteles 1. de part. ca. 5. Res, inquit, superiores, tametsi leuiter attingere possimus, tamen ob eius cognoscendi generis excellentiam amplius oblectamur, quàm si hæc omnia nobis iuncta teneremus.

Scientia autem mirabilis dicitur eo, quòd causas secretiores, & abstrusiores hēt, vt notat Alber. Miramur enim cuius causam inuestigare difficilimum videtur. Hæc omnia tria, vni scientiæ inesse nihil prohibet, semper tamen ratione diuersa.

3. Fūdm. Scia practicæ, & speculatiuæ finis; in quo cōueniunt, & differunt.

Sit tertium fundamentum. Sciētia practica primo inclinat ad cognitionem. Artifex enim domus per artem cognoscit domum, sicut etiam habitus speculatiuus inclinat ad cognitionem. Sed differunt. Nam cognitio practica ordinatur ad opus, cognitio speculatiua in solā cognitionem. per practicum enim habitū cognoscimus, vt operemur; per speculatiuum cognoscimus, vt cognoscamus. Ipsa enim cognitio est actus, & simul finis habitus speculatiui: practici vero opus, vt dicitur 2. Metaph. cap. 1.

1. Concl. His constitutis sit prima cōclusio. Sciētia speculatiua est bonum honorabile, & laudabile.

Explicatur & probatur. Aduertendum, quòd cognitio & habitus potest dupliciter comparari. Vno modo ad obiectum & rem, quę cognoscitur, & sic dicitur vera cognitio, & verus habitus, quia ita est in re, sicut in cognitione. Altero modo ad ipsum subiectum, ideſt, potentiam, & animā, in qua est; & sic dicitur bona, quia est ipsius perfectio. Dicitur etiam honorabilis: quia est bonum eius, quæ propter se sunt expetenda, vti diximus in fundamento primo: ac consequenter laudabile est, quamuis bonum honestū magis sit honorabile, quàm laudabile.

2. Concl. Secunda conclusio. Scientia practica simpliciter est laudabilis, aliquo tamen modo honorabilis dici potest.

1. pars probatur. 2. pba. Primum patet; quia est bonum vtile, ob id laudabile est. Posterius patet: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

per ipsam cognoscimus,& in hoc cũ specu latiua cõuenit: aliquo igitur modo honorabilis est,vt differat ab alijs vtilibus, quæ cognitionem non habent:hæc enim tãtùm laudabilia sunt. Adde etiam quòd dicit Sapiens,Honora medicum.

3. Cõclu. Tertia conclusio.Mihi probabilior est sententia S.Tho.& Græcorum, q̃ scientia de anima si comparetur ad reliquas solũ Philosophiæ partes,& eis sit certior, & dignior.

Explicatur & probatur. Quamuis igitur maior,sit vniuersalis, vt scientia sit honorabilior altera, vel propter certitudinem,vel propter obiectum: tamen conclusio, qua infertur scientiam hanc esse primam, intelligenda est inter omnes Philosophiæ partes: nõ enim cõmodè intelligitur,quomodò mathematicas certitudine antecellat. Nam propria certitudo ex modo demõstrationis sumitur; constat autem hanc esse maiorem in Mathematica.

Nec ego nego secundum aliquã certitudinem excellere,puta obiecti certitudine,vel ita vt Themistius dicit; tamen nõ videtur propria talis certitudo.

4. Cõclu. Quarta conclusio. Scientia de anima certior dicitur aliis partibus Philosophiæ in demonstrando.

Probatur cõclusio. Quia cùm physicæ demonstrationes sint ab effectibus,tullius naturæ rei effectus plures, ac notiores sunt,quam aiæ: sunt enim interna,& propria experientia noti,de quorum existentia dubitare non contingit:ob id in tali genere demõstrationes certiores sunt.

Ad primam. Ad primũ igitur argumentum de primo motore, respondet Caietanus Thie. quòd in scientia debet cõsiderari formale obiectum,in Physicorum autem 8.agitur de Deo sub hoc formali,vt motor est; de anima hic,vt viuificat, & principium est ipsius esse:nobilius autem est viuificare quàm mouere.

Eiusdem vlara exposito. Sed hæc responsio sub ijs verbis parũ suspecta videri posset. Dico igitur, quòd Deus non cõsideratur illic secũdùm substantiam suam,sed secũdum motum:anima autem secundùm substantiam consideratur,ob id dicitur scientia nobilior alijs omnibus partibus Philosophiæ considerantibus rei naturam.

Ad secundum. Ad secundùm respondeo,quòd anima nobilior est cœlo,saltem intellectiua,est enim cœlum inanimatum.

Ad tertium. Ad tertium respondeo, quòd animal est quidẽ nobilius anima, quia includit perfectionem animæ,& aliud,idest corpus:tũ si sumatur anima per se,& animal quantum ad id,quòd propter animã habet,vt in scientia de animalibus fit,tunc nobilior est anima animali.

Ad alia. Ad alia patet solutio ex cõclusionibus propositis.

Videtur autẽ,& ad veritatem omnem. Tex. II.

De vtilitate scientiæ de anima. Proposita scientiæ dignitate, proponit vtilitatem. Dicit autem esse vtilem ad omnẽ veritatem:i.ad omnem scientiã, non tamen æqualiter,sed maximè ad cognitionem naturæ.Probat hoc: quia aia est principium animalium,quę naturam habent, nec absque animæ cognitione possunt cognosci.

Nota. Communis expositio omnium est, vt per naturam intelligat scientiam naturalem:& tunc est sensus,quòd cognitio animæ maximè sit vtilis ad Physicam; quia tractat Physica de animalibus præcipue, quorum anima est principium.

Aduertẽdum autem,quòd dicit, Quasi principiuum,non quòd dubitet,vel diminuãt, sed affirmat aãm esse principium.

Nota. Dubium quomodo sit vtilis ad omnes scientias. Solutio. Vtilitas ei' ad totalẽ Philosophã. Dices:Quomodo scientia hęc de anima vtilis est ad omnes scientias? Respondeo,quod est vtilis ad omnes in particulari & in vniuersali. Primo in particulari est vtilis ad moralem tripliciter. Vno mõ quia moralis agit de virtutibus, & vitijs: hæc autem sunt in animæ potentijs:quędam enim in voluntate,quędam in intellectu,quædã in irascibili,quædã in cõcupiscibili,nec absq; his potentijs cognosci,& secerni valent.indiget ergo moralis cognitione hac, in qua tales potẽtiæ inquiruntur. qd expresse fatetur Arist. 1. Ethic.c.13.& 1.Magnorũ Moraliũ,c.35.

2. Præterea secundo vtilis est ad materiã proximam.nam virtutes, & habitus phiciunt animæ operationes:cognitione igitur opus est ipsarum operationum, quæ hic traduntur.

Tertiò,

Tertiò, vtilis est ex parte finis vltimi; nam moralis constituit finem in contemplatione:at contemplatio quid,& quomodo sit,hæc docet scientia.

Vtilitas ad Meta. Ad Metaphysicam est etiã vtilis : quia anima intellectiua est media natura inter formas oino intellectuales, & inter materiales. docemur ergo in hac scientia elenare iam Intellectum aliquo modo supra naturam corpoream, & intellectualẽ incipimus attingere, quã Metaphysicus cõsiderat: & ob hoc vtilis est ad Metaphysicam hęc scientia,atque hanc vtilitatem docet Simplic. & hoc significat etiam Auer.dum dicit,quòd Metaphysicus accipit substantiã sui subiecti,ab hac scientia.

Docet etiam hæc scientia Intellectus quid sit,& intelligere, & alia quæ substãtijs seperatis insunt,alio tamen modo.

Vtilitas ad mathematicas disciplinas. Est etiam vtilis ad Mathematicũ: quia docemur abstrahere, & quid sit, & quomodo sit:qua abstractione vtitur Mathematicus.

Vtilitas eius ad Dialect. Vtilis etiam est ad Dialecticum, quia hic circa operationum Intellectus modos versatur.

Vtilitas ad omnes scientias in cõi. Est etiam vtilis ad omnes in communi, quia tractat de principio effectiuo aliarum scientiarum, quod benè docet Albertus de homine.qõ. 1.Vnde notandum est,quòd in scientia sunt duo:& obiectũ, & cognitio.vtriusq; anima est principiũ. Primo obiectorum est principium: nam anima per suas operationes facit habitus,virtutes,vitia,& scientias, de quibus agit moralis,sicut etiam facit opera artis: aliarum autem scientiarum facit obiecta, quo ad modum.non enim est scientia,nisi de obiecto, sub abstractione; & anima est quæ abstrahit;& sic facit aliarum scientiarum obiecta.

Facit etiam cognitionẽ: nam per sensus facit Physicam. Physica enim à sensu incipit.Per imaginationem facit Mathematicam;vt enim Physica à sensu,ita Mathematica ab imaginatione pendet.Per speculationem, & contemplationem, Metaphysicam: Per practicam,cognitionem moralem. vtilis ergo est ad omnẽ veritatem.

Textus expositio Nota. Circa expositionem textus aliud notãdum,quòd quamuis sit communis exposition,cum dicitur scientia hæc vtilis ad na

turam,vt intelligatur ad Physicam;tamẽ videtur profectò alia mens Arist. Est aũt expositio notatu digna. Dico igitẽ, quòd natura hic sumitur,pro ea, quæ 2.Physi. definita est erat enim duplex natura: Altera materia,altera forma: Vtraque autẽ in inanimatis est principium passiuum motus primum. Non est autem vlla natura,quę sit actiuum principium motus interni,nisi animatorum forma,quę est anima.Ideo cognitio naturæ manca est;nisi cognoscatur anima:nõ enim in alijs est, nisi natura passiua.Restabat igitur natura actiua : ob id dicit,quòd maximè ista scientia est vtilis ad scientiam de natura: quod clarè dixit primo De par.cap.1.dicens animam pertinere ad Physicum. & probatur: quia Physicus considerat naturam,& præcipua natura est forma,& inter has, anima.

Hinc,fit quòd sub illo verbo, Veritatem, includitur Physica, vt ista scientia dicatur vtilis ad Physicam : quia præcipua pars physicæ, quæ de animatis est, sine hac haberi non potest.

Et post additur, quòd est vtilis ad cognitionem naturæ,& probat. Quia anima est principium animantium:quasi dicat,animantia,quæ præcipua natura mouentur,non alia forma, q̃ anima mouent tur: & sic ipsa præcipua est naturæ pars.

Anima ẽ principiũ animatorũ in triplici genere cau sæ. Nota ex Philopono,quòd anima in triplici genere causæ dicitur principiũ animatorum. Est enim formalis causa esse, & substantiæ ipsorum, cùm sit forma: est effectiua motuum: & est finalis organorum & instrumentorum : in animam enim, vt in finem, organizatio corporis tota ordinata est, vt docet Aristoteles 1. de Partib.cap.5.

Quęrimus autem contemplari. Tex. III.

De quibus rebus sit actus Arist. de anima natura,& eius passionibus. Propositis vtilitate,& nobilitate huius scientiæ, proponit,quæ dicturus est, vt lectores faciat dociles. Hæc autem sunt duo. Primum natura ipsius animæ: alterum passiones,quæ sunt in duplici differentia:quædam enim videntur propriæ ipsius animæ, quædam communes ipsis animalibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

malibus, per animam.

Text' ex positio.

Nota literam: dicit, quòd quærimus cõtemplari, & cognoscere naturam, & substantiam animæ. per contemplari, Philoponus intelligit in communi. & incontu se cognoscere, quod S. Tho. vocat per effectus, & signa cognoscere: at per cognoscere, intelligit distinctè cognoscere, & scire: vtraq; enim ista cognitio traditur: per substantiam animæ, intelligo animæ entitatem ipsam: per naturã, quid est: vt Sit sensus, Intendimus scire ipsam, & qd est ipsius: cognitio substantiæ respondet cognitioni essentiæ; cognitio naturæ cognitioni definitiæ, & scientiæ.

Dubium, quid per proprias, & cõmunes passiones animæ intelligendum sit. Prima Auer. solutio.

Dubium occurrit, quid per proprias, quid per cõmunes animę passiones oporteat intelligere. Auerroes adhibet huius duas expositiones. Altera est, quam ipse postertius refert, ꝙ passiones animalium sunt in duplici differentia. Quædam incipiunt ab anima, & terminantur in corpore, vt sentire, appetere, recordari: hæc n. ab anima procedunt in corpus, & in organũ. Quædam cõtra, incipiunt a corpore, & terminantur in animam: vt dormire, initium est à corpore, à quo vapores eleuantur, qui postea opprimunt sensum. similiter mors, & senectus, ac iuuentus: has posteriores vocat cõmunes; priores verò proprias.

Reiicitur prima Auer. solutio.

Quamuis ista expositio, quantum ad doctrinam ex parte sit vera, tamen ad mẽtem Aristotelis nihil minus facere videtur, quòd Aristoteles nõ vocat passiones proprias, nisi quæ animæ soli insunt; nec cõmunes, nisi quæ animæ, & corpori simul, ab anima tamen prouenium, vt ipsa litera manifestat.

Secunda Alber. solutio. Nota 1.

Est autem altera expositio, quam sequitur Albertus, & S. Tho. & alii: & idem quoque Auer. In cuius gratiam, nota, ꝙ potentiæ animæ sunt in duplici differentia. Quædam subiectãtur non in sola anima licet ab illa vt a principio procedant, sed in toto composito, quales sunt potentiæ sensitiuæ, & vegetatiuæ omnes: hæ enim in cõiũcta parte ex materia & forma insunt. Quædam in sola subiectantur anima, vt Intellectus, volũtas, ac memoria. Cum autem operationes sequantur potentias, sit etiam, vt ipsæ se habeant similiter dupliciter. Quædam sunt in coniũcto, vt videre, audire, & reliquæ, quarũ potentiæ sunt in coniuncto: quædam in sola ipsa anima, vt intelligere, & velle.

Nota 2.

Nota ramẽ vlterius, quòd quamuis intelligere sit in sola anima, tamen pendet à copore, non sicut sentire, sed quia ab his, quæ sunt in corpore, & sensu, sumit species, quibus debet intelligere. Sensus autẽ pendent a corpore, vt dixi, tanquã a concausa: nam sensus in coniuncto est. Philosophi itaque explicantes has depẽdentias, dicunt, quòd sensus pendet a corpore, vt à subiecto, Intellectus vero, vt ab obiecto.

Soluit. dubij.

Hoc supposito dicunt hi Doctores, ꝙ propria passio vocatur quæ soli animæ inhæret, communis verò, quæ coniuncto ex anima, & corpore: Intelligere ergo est proprium: reliqua, scilicet, sentire, & vegetari, communia sunt.

Reiicitur hæc solutionis.

Hæc expositio est conueniens textui: sed in vno non placet mihi, quia intelligere pendens à corpore vocat propriũ: quod tamen est expresse contra Aristotelem, inferius text. 12. vbi dicit, si intelligere est imaginatio, id est, pendet a corpore, vt a subiecto, sicut sensus; vel non est sine imaginatione, id est, pẽdet, vt ab obiecto; ꝙ illud non est sine corpore, id est, non est proprium, quamuis sit simile proprio. Ideo dico quòd in isto textu nõ dixit, qualdam passiones proprias, sed videri proprias.

Altera solutio.

Quapropter dico cum Simplicio, ꝙ secundum Aristotelem, intelligere est proprium, non illud, quo à phantasia pẽdet, sed illud, quo nullo modo pẽdet à sensu, quale est intelligere contemplatiuum, de quo supra diximus. Et nota hic Simplicium fatentem tale intelligere secundũ Aristotelem.

Omniquaq; aũt, & omnino. Tex. IIII.

De difficultate scientiæ

Difficultatem scientiæ tertio loco proponit, in quo attentos facit. Difficultas autem in his duobus consistit, in quibus scientia hæc versatur, puta, circa animæ substantiam, & circa ipsius passiones: ob id dicitur, quòd omniquaq; est difficilis scientia de anima.

Quinq; difficiles de animę passionibus.

Hanc difficultatẽ manifestat proponẽdo quæstiones difficiles, ex quarum resolutione pendet scientia de anima. Hæ autem quæstiones sunt in duplici differẽtia. Quædam ex parte substantiæ: quædã ex parte passionum animæ. Quæ autem sunt ex parte substantiæ: quædam sunt ex parte modi inuestigandi naturam, ac substantiam animæ: quædam ex parte ipsius naturæ, scilicet, generis, & differentiarum ipsius.

Prima difficul. multiplex in methodo huius scientiæ.

Est igitur prima omnium difficultas ex parte modi; puta, an sit vna methodus inuestigandi definitionem animæ, sicut est vna methodus ꝙ passionibus, scilicet demõstrationis an sint plures. Quòd si vna est, difficultas, est scire, quæ sit ista, an demonstratio, an syllogismus, an inductio, an compositio, & diuisio, vel aliqua alia. quòd si plures sunt ita, vt singulæ pro singulis rebus diuersis seruiant, difficilius adhuc est cognoscere, quę methodus, cui rei sit necessaria, & quæ pro anima ipsa.

Hanc difficultatem dico nõ solum esse pro scientia de anima, sed etiam est cõmunis in cognitione cuiusque rei, scire, inquam, methodum indagãdi definitionem illius.

Nota 1.

Hic aduertendum est, quòd cùm Aristoteles dicit, esse demonstrationem pro omnibus passionibus, significatur, quòd methodus demonstrationis est ad passiones indagandas in quacunq; re. Est enim demonstratio commune instrumentum, quod applicatur cuique rei ad ostendendas passiones. Nec intelligas cum Paulo Veneto, vnica demonstratione numero, & vnico medio oẽs rei passiones demonstrari, scilicet per diffinitionem subiecti, seu per passionẽ primam: talis enim sensus est longè alienus ab Aristotele.

Nota 2.

Aduerte vlterius, quòd nulla est methodus ad ostendendũ definitionẽ de definito, scilicet, qua verè ostẽdatur esse definitionem a priori, vt dicitur 2. Poste. est tamen methodus ipsam componendi, & construendi, scilicet compositio, & diuisio, vt illic dictum est.

Si autem non est vna quædam. Tex. V.

Progreditur in ipsa explicatione difficultatis Inuenien dis definitionib. ac principijs.

Continuus est textus hic cũ præcedẽti, & ibi simul est expositus. Dicit enim, ꝙ si non est vna certa methodus pro indagandis oĩum definitionibus, sed variæ pro variis rebus: tunc maior erit difficultas: quia non solum oportebit cognoscere methodum pro re, sed distinguere ipsam ab aliis methodis.

Statim conuertit se ad difficultates ex parte naturæ. Dicit, quòd etiam inuenta methodo, adhuc errare contingit in materia: nam diuersę res, vt nutriri, & continua, diuersa principia habẽt, similiter & alia: ob id difficile est cuiusque rei inuenire propria genera, & differentias.

Primum autẽ fortassis necessarium. Tex. VI.

Secunda difficultas ex genere ipsius animæ, ꝙ sit.

Hic secunda ordine difficultas cõstituitur, & est ista ex parte rei, scilicet generis ipsius animæ, an sit substantia, an quantitas, an qualitas, an aliquid aliud horũ.

Duplex expositio tex.

Aduertas autẽ illud verbũ, Fortassis, quod varie exponitur. Alber. Magnus, dicit, ob id dici, qa anima nõ habet genus cùm sit indirectè in prædicamẽto. Aegi. verò dicit, ob id dici, quia anima nõ hẽt propriam definitionem, sed definitur per additamentum, scilicet per corpus: sicut etiam accidens definitur per additamentum, scilicet per subiectum. Dicitur autẽ definitio per additamentum, cum definitur res per aliquid sibi extrinsecũ, quod non est pars essentiæ ipsius, licet ab eo essentialiter pendeat.

Reiicitur vtraq; expositio.

Vtraque expositio non videtur ad mẽtem Arist. quamuis doctrina vera sit. Illud tamen Alberti non est oĩno verum: nam anima genus habet, quamuis nõ in recta linea substantiæ: forma enim substãtialis genus est ipsius, & anima genus est ad sensitiuam, & vegetatiuam.

Tertia expositio ver.

Dico igitur, quòd sensus Aristotelis, iste videtur esse. cum dixisset, difficultates esse ex parte methodi; adhuc post methodum etiam ex parte rei, dicit quò fortasse ista

Universidad de Deusto Biblioteca

sc ista methodus nõ est sine diuisione, id est, ad definitionẽ indagandam fortasse opus est diuidere genera: & sic ex diuisio ne facta sumit difficultatem. Dicit autẽ, fortasse, non quòd dubitet opus esse diuisione; sed quia id non probat, sed ex Logica supponit.

Adhuc autem vtrũ eorum quæ in potentia.

Tertia difficultas scientię de anima.

TErtiam proponit difficultatẽ. cùm enim sint in quoque genere actus, & potentia, dubiũ est, dato quòd animæ genus habeatur, an sit actus, an potentia in illo genere.

Prima expositio Philop.

Hæc quæstio variè exponitur. Philopo. per actum, substantiam spiritualem, per potentiam, substãtiam corpoream intelligit: & tunc sensus est, an anima sit substantia spiritualis, an corpus.

Reiicitur prima expositio.

Hæc expositio non mihi placet; non enim in his libris vnquam per actũ, spiritualem substantiam, per potẽtiam, corpus intelligit Arist. nec talem quæstionẽ soluit.

2. Expositio.

Alij dicunt, quòd quæque res dicitur dupliciter. Vno modo in actu, altero modo in potentia. In actu dicitur, cum hẽt esse in se extra suas causas, vt homo, rosa, ignis, postquam producta sunt. In potentia vero, cùm nondum in se habent esse, sed in suis causis: vt rosa, quæ nondũ producta est, sed causam hẽt, quæ possit producere, dicitur esse in potentia. Dicunt igitur hũc esse Aristotelis sensum, an anima sit actu, vel potentia.

Reiicitur 2. Expositio.

Hæc expositio est lõgius distans à sensu Aristotelis; nam dubitare illud, est dubitare, an anima existat, nec ne; at hoc non dubitat; quia notum est animã esse; & talis quæstio non est difficilis; sed supposito, quòd sit, dubium esset, an sit actus vel potentia.

3. Expositio verior Simpl.

Dico igitur cũ Simplicio, qui videtur optimè intellexisse hunc locum, qui quidem per actum intelligit formam, per potentiam materiam: & sensus est, an aia sit talis substantia, qualis est forma, vel ea, quæ est materia. Et ego confirmo expositionem hanc ex locis, vbi soluitur ab Arist. puta 2. de Anima tex. 2. & tex. 25. vbi dicit, ipsam animam esse formã, non materiam, ac præterea esse actum, & nõ potentiam. Et expositio hæc est notanda. ac ideo dicit Aristot. non parum differre actum, & potentiam: differunt enim, vt materia, & forma.

Cõsiderandum autẽ, & si partibus. Tex. VII.

Quarta difficultas scientię de anima.

QVarta ꝓponit difficultas, quæ variè exponitur. nam varietas rei variũ parit sẽsum verborũ. Aduerte igitur, ꝙ aia quadrupliciter diuidi põt. Primò in partes definitionis, ex quibus ipsius constat natura. Secundò in potentias suas, diuidi tur enim subiectum in potentias suas. Tertiò diuidi potest ĩ partes materiales, scilicet quantitatiuas, quas habet: quia est forma materiæ quantæ. Quartò potest diuidi in species suas, quæ dicuntur partes potentiales.

Nota, animam ꝙ drupliciter dividi.

Textus multiplex expositio 1. Expositio.

Ex his patet, ꝙ quæstio omnibus his modis verè potest intelligi. quis tamẽ sit ad mentem Aristotelis, in præsenti varia est expositio. S. Tho. intelligit de potẽtia; vt sit sensus; an anima, sit substantia simplex, an composita.

Reiicitur 1. expositio.

Sed ista expositio non videtur conueniens, quia si loquitur de compositione physica ex materia & forma: superior q̃stio fuit de hoc, dum dixit, an actus, vel potentia; si verò de cõpositione generis, & differentiæ, tunc qõ est Metaphysica.

2. Expositio Philopo.

Altera expositio est, & hęc est Philoponi, quòd loquatur de diuisione in potentias, vt sit sensus, an anima habeat plures potentias, vel non.

3. Expositio dicta.

Tertia est eiusdem Philoponi, ꝙ loquatur de diuisione in species, vel in partes inferiores: & tunc est sensus, an aia sit vna numero in omnibus animatis, an plures, ita vt singulæ in singulis: & hanc expositionem ipse magis approbat.

4. Expositio Auer.

Quarta est expositio Auerr. ꝙ loquatur de pluralitate in vnico animato: vt sit sensus, an vna sit tantùm anima in animato. V. g. in homine vno, an plures, ita vt sint diuisæ secundùm partes diuersas corpo-

corporis, vt posuit Plato, qui dixit animã rationalem esse in cerebro, sensitiuam in corde, vegetatiuam in iecore.

5. Expositio omnium optima Simpli.

Quinto expositio, quę mihi magis placet, est Simpl. & Caieta. Thie. ꝙ sit sermo de partibus quãtitatiuis in materia, vt sit sensus, an aia sit extensa, & diuisibilis ad diuisionem materiæ, an indiuisibilis, ita vt, licèt in materia sit, non tamen ad materiæ extensionem diuisibilis sit, quia est tota in qualibet parte, sicut de anima rõnali, & secundum multos, de anima pfectorũ animaliũ. Hæc expositio vĩ multũ commoda sensui, & verbis Aristotelis.

Et vtrum sit similis speciei omnis anima.

5. & 6. difficultas scientia de anima.

VInta difficultas est, in qua supposito tanquam noto, plures esse animas, petitur, an sint eiusdem speciei, an non: quòd si nõ sunt eiusdem speciei, omnes, est sexta difficultas, an differant specie tantùm, an potius genere.

Nota.

In quo apparet Antiquorum negligentia, qui non de alia anima locuti sunt, quam de humana, cùm tamen aliæ sint genere diuersæ. at ipsi nec hoc inquisierunt, nec dubitarunt; ideirco in præsenti hoc dubitatur: nam secundùm horum sententiam, non alia anima videtur esse, quàm hominis.

Cauendũ autem est, vt nõ lateat. Tex. VIII.

7. Difficultas scientiæ de anima.

SEptima difficultas est, quã scire maximè curare debemus: an definitio animæ sit vna genere, sicut est definitio animalis: an non sic, sed quãque per se animam definire oporteat, & sit definitio specifica, vt si definiretur homo per se, leo per se, capra per se.

Textus expõ.

Sensus est, an omnes animæ sic conueniant sub hoc nomine, Animæ, vt vnica possint definiri definitione; an non, ideſt an sint vniuocè anima vel æquiuocè.

Præoccupatio obiectionis.

At quia dixerat animal definiri, ne quis intelligeret ipsum ponere animal separatum vniuersale, vt Plato posuit ideam, subdit, nõ sic esse vniuersale: nam huiusmodi vniuersalia non sunt separata: aut si sunt, posterius sunt, ideſt per abstractionem Intellectus ab ipsis particularibus, & hic est sensus horum verborum, Vniuersale aut nihil est, aut posterius est, ideſt dẽ de quocunque communi prædicato, non enim est separatum, nisi per opus Intellectus: atque hæc est huius loci expositio communis & bona.

Nota.

Aliqui solent hic de vniuersalibus agere: nos tamen in Porphyrio de eis diximus aliqua, & libro 7. Metaph. dicemus latius.

Altera expositio textus.

Posset horum verborum alia expositio dari, vt sit sensus, An definitio animæ sit danda in genere, velut cuiusdam vniuersalis, an in particulari, & singularum specierum. Reddit autem rationem, qua videtur probare, quòd potius sit danda ipsarum specierum particularium: quia vniuersalium, & generũ definitio aut nihil est, ideſt, non est alia, quam specierũ; aut si aliquid diuersitatis habet, est post definitiones particularium.

Not. duobus modis genus considerari potest.

In cuius declarationem aduerte, quòd animal, & quocunque aliud genus dupliciter potest considerari. Vno modo secũdùm illum gradum naturæ, quem dicit: vt animal secundùm naturam sensitiuã præscindendo differentias specificas: & sic prius definitur, q̃ homo, & est pars quidditatis ipsius hominis & equi, & aliorum. Definitur autem priùs quia ponitur ĩ definitione hominis, & est prior natura talis gradus, & simplicior est; nam species addit differentiam. Nec hoc modo dicitur vniuersale actu in prędicando, seu actu prædicabile.

Altero mõ potest cõsiderari, vt quoddam commune prædicatum cõtinens in vniuersali, & cõfuso, omnes species, & ipsarum differentias: & sic dicitur vniuersale in prædicando: & hoc modo est genus logicum, & sic nõ definitur, nisi post species, aut simul cum eis: quia nõ est aliud quàm omnes simul species in confuso sũptæ, aut certè per earum comparationẽ vel ab eis abstractum.

Hoc modo Aristoteles dixit 2. Post. difficilius est definire genus; & hic dicit definitionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitionem ipsius esse post definitionē speciei rum, aut non esse aliud, quàm illarū definitiones simul sumptæ, ideſt, omniū differentiarum aggregatio sub genere superiori. Hanc generis distinctionem tangit Aegidius & bene. hic locus potest sic commodè etiam exponi, & vtraque expositio est bona.

Amplius autē si non multæ. Tex. IX.

2. Difficultas scientiæ de anima.

QUarta difficultas proponitur, si in vnoquoq; nō sit nisi vna anima secundùm substantiā, tamen ipsius multæ sint potentiæ: quæri potest, an prius sit tractanda substantia animæ, postea potentiæ; vel contrà.

3. Difficultas. 1. Expositio tex.

Nona difficultas est ipsarum potentiarum, quæ iuxta Auerroem & Philoponum, hunc facit sensum, qui a quibus potentiis distinguantur, nunquid sensus ab imaginatione, vel imaginatio ab intellectu, & nutritiua ab augmentatiua, & sic de aliis.

2. Expositio.

At mihi videt alius posse esse sensus, vt nō de distinctione, sed de separatione fiat sermo secundū diuersa subiecta. V. g. quæ potētiæ possunt in aliquo esse subiecto absque alio, an vegetatiue absque sensitiuis, & hæc absque intellectiuis, vel cōtrà: & hoc consonat literæ.

Et vtrū partes oportet quærere. Tex. X.

10. Difficultas.

DEcima difficultas est, an ī in quisitione ipsarū potētiarum sit incipiēdū ab ipsis potētiis, an ab ipsarum operationibus.

11. Diffic.

Vndecima est, an in ipsis adhuc operationibus sit incipiēdum ab eis, vel ab earum obiectis, quæ vocat opposita.

Nota quatuor cōsiderāda in scientia de anima.

Quatuor enim sunt considerāda: Substantia animæ ipsius, potentiæ, harū operationes, operationum subiecta: & de ordine doctrinæ inter ista, sunt huiusmodi quæstiones.

Videtur autē nō solùm ipsum quid est. Tex. XI.

Textus continuatio. Prima.

DIfficile est textū hunc cū antecedentibus cōtinuare. S. Tho. ita cōtinuat, vt posīq propositæ sunt difficultates ex parte modi inuestigādi definitionem animæ, & ex parte substantiæ ipsius, nūc velit proponere difficultatem ex parte passionum; ac dicit eas esse difficiles, quia indigemus cognoscere, qd rei, ad ipsas demonstrandas.

Hæc expositio est probabilis, sed non videtur literæ conuenire multum: non enim passiones animæ sunt ex his, quæ pendent ex quid rei, imo per ipsas indagamus quid sit anima tanquam per nota nobis.

2. Aliter exponit Auer. & Caiet. Thie. vt cum superius dubitaret, an ab anima, an ab ipsius operationibus incipiendum esset, quæ sunt ipsius accidētia, & effectus, reddat nunc rationē dubii, scilicet quòd aliquādo substantia est notior accidentibus, aliquando contrà. Ideò dubium est, quomodo in præsenti ista se habeāt. Hęc est etiam probabilis expositio, & conueniens: sed mihi placet alia, quæ est Philoponi, & Simplicij, vt velit aliquam viam indagandi definitionem dare, quòd superius dubitaret; & via hæc est ab accidentibus ipsius animæ. Idcirco proponit, q non solùm per quid est, cognoscuntur passiones, & harum esse, vt in mathematicis fieri solet: per definitionem enim lineæ, & recti, & aliorū, cognoscimus triāgulū habere angulos æquales rectis duobus: sed etiam per accidētia, ipsum quid est, cognoscimus, ac ad ipsum inuestigandum multum conducunt. & hoc in Physicis solet euenire.

3. Vtrū Quæ sit inuestigandi definitio.

Cū enim habemus reddere secundū imaginationē.

Quō dēstratiue ducat cognitiō quid & q

DVo, quæ dixerat, ostendit, Primò, quòd accidentia conducant ad qd est. Hoc declarat, & velut quadam experientia probat, dicit, quòd cùm claram cognitionem sensitiuam, quam vocat imaginationem, habemus accidentium rei, aut omnium, aut plurimorum, tunc facilè possumus percipere quid illius rei. Probat iterum hoc, in quo simul probat alterum, quod dixerat, id est, per quid rei cognoscī accidentia: quia quid rei, & definitio est principium in omni demōstratione à priori: ob id optimè per ipsam cognoscuntur accidentia, vt per causam: & similiter per accidentia inuestigatur ipsa, vt per effectus.

Not quæ sit bona definitio. quæ non

Ex quo infertur vnum, quòd definitio, per quam accidentia non cognoscuntur statim aut facili labore, illa talis sit vana, & dialectica.

Cur definitio dicatur vana. & dialectica. 1.

Dices: Quare definitio, dialectica, & vana dicitur? Omissis aliorum expositionibus, dico duo. Primum, quòd per dialecticam definitionem, potest intelligi illa, quæ inter disputantes gratia disputationis supponitur, non quòd illa verè sit, sed tantùm ex suppositione: ob id vana vocatur.

2.

Dico etiam secundo, & meliùs, quòd est duplex Dialecticus. Alter, qui formā dat sciendi, vt qui de syllogismo, de demonstratione, de propositione, de alijsq; huiusmodi tractat: & talis nullam rem considerat, sed omnia considerandi dat methodum.

Alter est, qui versatur in materia probabili, qui Topicus dicitur, & per probabilia circa omnia versatur, quòd latè declarauimus 1. Post. in prologo. Hic definit res per communia accidentia, & quæ omnibus ad sensum patent. Vocat enim hominem, animal mansuetum, erecta facie, &c. & talis definitio hic dicitur dialectica, & vana: quia rei naturam non explicat, nec per ipsam passiones rei occultæ queunt percipi.

An accidentia faciant ad cognitionē substantiæ. Quæstio VI.

Quæstionis difficultas.

MVLTA facilem, ac difficilem habent cognitionem; lumen enim, colorem, tempus, ac motum esse, cognoscere faciles est: quid autem horum sit vnum quodque, difficile. Hoc in præsenti dubio euenit. Per accidentia enim, & effectus, cognosci substantiam, omnes fatentur, & experiuntur: at quomodo accidentium cognitio, substantiæ cognitionem inducat, id est valde difficile determinare.

1. Arg. ad partē negatiuam.

Vt autem hoc examinetur, sit primum argumentum contra id, quod hoc textu dicit Arist. Si accidentia faciunt substantiæ cognitionem, & contrà, substantia ipsorum accidētium; iam profectò erit circulus in cognitionibus, qui nullo modo esse potest.

2. Arg.

Præterea secundò, nullum posterius cognitione notificat prius: sed accidens est posterius cognitione substantiæ: ergo non potest notificare substātiam. Minor patet ex Aristotele. 7 Metaph. text. 4. vbi dicit substantiam esse priorem accidenti cognitione.

3. Arg.

Præterea tertiò, si accidentia faciunt ad cognitionem substantiæ, tunc vel loquimur de cognitione quid est accidentium, vel de cognitione, si est. Non de cognitione quid: nam sic accidentia pendent à substantiæ cognitione, quæ in ipsorum ponuntur definitione. Nec de alia cognitione: quia experimur multorum accidentia cognosci in esse, & taliū substantias, & materias ignoramus.

4. Arg.

Præterea quartò. Magis distat intellectus à sensu, quàm sensus à sensu: sed cognitio vnius sensus, puta, visus, nihil facit ad auditionem: ergo nec ad Intellectum. non igitur cognitio accidentium, quæ fit sensu, facit ad cognitionem substantiæ, quæ fit intellectu.

5. Arg.

Præterea quintò: quia magis distat accidēs à substantia, quàm substantia à substantia: sed cognitio vnius substantiæ puta, lapidis, nihil facit ad cognitionem alterius, puta equi: ergo nec cognitio accidentis ad cognitionem substantiæ.

6. Arg.

Præterea sextò, quia imperfectius non producit perfectius: ergo nec cognitio, et species accidentis, facient cognitionem, & speciem substantiæ. Hæc sunt argumēta ad partem negatiuam.

Duplex in hac qō ne difficultas.

Circa quæstionem duplex est difficultas. Altera, quæ accidentia faciant ad cognitionem substantiæ. Altera, quomodo accidentia faciant ad cognitionem substantiæ.

Opinio.

Circa primā est duplex opinio. Prior

nes circa primam difficultatem.

1. Opinio.

2. Opinio

Opiniones circa secundam difficultatem.

1. Opinio.

Tignosij super tex. 11. & Apollina. q. 7. & aliorum quorundam, tam propria, quàm cõia facere ad cognitionẽ substantię rei.

Posterior est Philoponi, & aliorum cõmunis, quòd sola propria, et de his Aristotelem locutum esse dicunt.

Præcipua difficultas est illa secunda circa modum, in qua multæ existunt Philosophorum sententiæ. prima est Tignosij loco allegato, quæ dicit, accidentia, cum sint effectus substantiæ, esse quandam ad nuem similitudinem substantiæ; Intellectus autem recipiens huiusmodi accidentium species, & ipsa cognoscẽs prius, ita tim formar, & elicit conceptum substantiæ, eo modo quo Aestimatiua bruti ex specie lupi sensati, statim elicit cognitionem inimicitiæ non sensatæ. Ita se habet Intellectus in formanda cognitione substãtiæ. Et aduerte, quòd loquimur de cognitione simplici, per quã simplici conceptu res cognoscitur, & in prima intellectus ọpatione. Hæc est sententia prima.

Nota.

2. Opin.

Altera est Ianduni. q. 10. qui fere idem dicit, tamen alia via. Notat enim vnum, quòd intellectus noster quantum ad ea, quæ intelligit ex se, est sicut in materia prima respectu formarum naturalis. Materia enim prima ex se non habet vllam formam, sed est in pura potentia, & disponitur prius per accidentia ad recipiendã formam substantialem; ita Intellectus ex se nullam habet rei alicuius cognitionẽ, disponitur tamen per cognitionem accidentium ad substantiæ cognitionem. Dicit autem, quòd accidentium species in Intellectu, virtute luminis Intellectus agentis, ducit in substantiæ cognitionem: & in hoc videtur differre hæc opinio à priori, vtraque tamen conuenit, quòd Intellectus percipiat prius accidentia, quã substantiam.

3. Opin.

Tertia sententia est Apollinaris, q. 7. quæ dicit, quòd Intellectus prius percipit simul accidens cum substantia, id est, totum concretum, vt album, cãlidum, dulce, & reliqua, sicut sensu percepta sunt, in vniuersali tamen; postea verò discursu, & ratione separat substantiam ab accidẽti, & format vtrunque conceptum: non autem statim fit substantiæ conceptus, vt illi putant, sed antecedenti discursu, & hæc opinio magis postea à nobis declarabit.

in conclusionibus.

4. Opin.

Quarta sententia est quorundam Thomistarum, inter quos est Sonzi. 7. Meta. q. 14. qui putant Intellectum primo cognoscere substantiam hoc modo, q. sensibilium species recipiuntur in phãtasia, ac ipsa singularia sensibilia representant, ac abis sensibilium accidentium speciebus virtute Intellectus agentis abstrahit̃ species substantiæ, per quam Intellectus intelligit substantiam.

5. Odd.

Vltima sententia est aliorũ, quorũ memini Caie. Thie. quòd Cogitatiua hominis, quæ est quædam virtus sensitiua, cognoscitiua singularium propositionum, distinguit singulare substantiæ à singulari accidentis, & vtraq; cognoscit. Singulare autem substantiæ distinctũ in cogitatiua imprimit speciem sui in Intellectu vniuersãlem, ac cognitionem facit substantiæ in intellectu. Hæ sunt opiniones Philosophorum in hac quæstione 1.

1. Fun. Duplex sensus horũ verborum, cognitionem facit

Pro huius dilucidatione, sit primũ fundamentum, quòd duplex est sensus horũ verborum, Accidentium cognitio facit ad substantię cognitionem. Alter est, vt per substantiam intelligamus ipsum prædicamentũ substantiæ: & id, quod diffingitur, est accidens. Et erit sensus, quòd ꝑ cognitionem accidentis venimus in conceptionem subiectæ substantiæ.

Alter est, vt per substantiam intelligamus naturam cuiusq;, quæ per definitionẽ explicatur, vt sit sensus; Per passiones, & effectus rei inuestigatur qd est, & definitio ipsius.

Aduertendũ maxime, quòd iste posterior sensus est, quem Aristoteles intẽdit, vt est communis omnium interpretatio, & præsertim Simplicii, qui illud verbũ, Substantia, dicit communiter sumi pro quacunque natura: at alij mouentes de his quæstiones, sumpserunt in priori sensu, sed (pace illorum dixerimus) lõgẽ ab Aristotele deuiarunt: at nos, & Aris. & ipsorum gratia vtrunque determinabimus.

2. Fun. Duplex substantiæ cõcep

Sit secundum fundamentum: ꝙ conceptus substantiæ ipsius, iuxta priorem sensum, est duplex. Alter absolutus, alter connotatiuus: Absolutus est, quo intelligitur substantia pura, & secundùm se absque respectu ad accidens aliquod. At cõnotatiuus est, quo intelligitur substantia

tia cum ordine ad accidens vel effectum. V.g. intelligere hominem secundùm solam substantiam tantùm est absolutus conceptus: at intelligere substantiam sub hoc, quod est principium discurrendi, est conceptus connotatiuus. Loquor autem de conceptu simplici, qui est in apprehensione.

Iterum cõceptus talis simplex, aut est proprius, aut communis, Proprius, quo conceptu illi soli conuenienti rem intelligimus, vt cognoscere hominẽ sub conceptu hominis. Communis est cõceptus superior respectu inferioris, vt cognosce re hominem in conceptu animalis, vel substantiæ: in superiori enim virtualiter includitur inferior.

3. Fundamen. Intellectus potest dupliciter considerari.

Sit tertium fundamentum, quòd Intellectus, seu potẽtia nostra intellectiua, potest dupliciter considerari. Vno modo secundùm se solã: & sic habet pro obiecto ens quodcũque etiam immateriale. Altero modo secundùm modum suæ intellectionis, puta, quòd à phantasmate sensibili pendet, à quo intelligẽdi species abstrahit: & sic pro obiecto habet ens sensibile: quia nihil intelligit ratione huiusmodi, nisi quod aliqua via ordinẽ habeat ad sensum, etiam immaterialia sub ordine ad sensibilia percipit.

4. Cõclu.

His suppositis, sit prima cõclusio. Primus conceptus, via originis simplex Intellectus nostri substantialis est, sed nec propriè est substantiæ, nec accidentis.

Declaratur cõclu.

Hæc conclusio declaratur. Aduerte enim, q. in re substantia non est separata ab accidenti, nec è contra: sed simul sunt per modum vnius: non enim separantur nisi in cognitione vnius absque altero: totum hoc ex substantia, & accidenti sensibus obijcitur. Non enim visus videt albedinem, sed album: nec tãgimus calorem sed calidum; & sic etiam totum hoc in singulari phantasma representat. Sicut igitur in sensu recipitur & cognoscitur totũ simul absque abstractione accidentis a substãtia: ita etiam percipitur in Intellectu, sed in vniuersali, in sensu autem in singulari. V.g. sensus videt hoc album, illud, & illud album totum simul; intellectus primò conceptum format albi in communi etiã coniuncti; & hoc est quod dicit conclusio, quòd talis conceptus non est distinctus substantiæ, nec accidentis: tamẽ quia tale ens se habet per modum substantiæ, quia est per se substans, & talis modus substantiæ est notus; ob id cõceptus dicitur substantialis, quia per modum substantiæ percipitur.

Quemadmodum igitur quod obijcitur sensui, fuit totum: ita species recepta in sensu totum illud repræsentat, & species Intellectus à phantasmate abstracta totum repræsentat in vniuersali. Et ita est conclusionis declaratio, & (puto) hoc voluit Apollinaris dicere.

Probatur coclu. 1.

Conclusio autem probatur ex ipsa declaratione; quia cùm Intellectus incipiat è sensu, & hic totum simul percipiat, Intellectus & totum percipiet. Et probo argumẽto fortiori; quia Intellectus circa phantasmata versatur primò abstrahendo vniuersali abstractione: ergo totum debet prius cognoscere in vniuersali, quòd sensus in singulis, naturam substantiam per se intelligeret; & apprehenderet. Est alia abstractio distincta ab vniuersali, quæ non fit per intellectum agentem circa phantasmata. vt declarat in 2. conclusione

Et hoc argumentum concludit, meo iudicio contra omnes dicentes, accidens per se aut substantiam per se prius intelligi, cùm sensus totum simul cognoscat, & prima operatio Intellectus sit tantùm in vniuersali intelligere quòd sensus in singulari, vel ipsummet singulare, vt multi dicunt, vt post dicetur.

2. Cõclu.

Secunda conclusio, conceptus distinctus substantiæ ab accidenti vel contrà, non nisi discursu, & ratiocinatione præcedente haberi potest. Explicatur hoc. vt substantiam tanquam distinctum ens ab accidenti vel contrà, apprehendat, opus est discursu Intellectus supposito conceptu illo priori totius coniuncti: fit enim hoc modo. toto coniũcto ex substãtia, & accidenti, prius indistinctè percepto, Intellectus aliorsũ cognitione informata, ac in vna re, vnum recedere, alterum manere percipit, vni immanẽti aliud succedere, aliqua semper alijs aduenire, nunquam per se esse. ex his discurrit, ac distinguit, ac vnum alterius rationis ab altero percipit, & tunc substantiã apprehendit conceptu distincto, similiter & accidens.

Explicatur cõclusio, & probatur.

Nec est ordo necessarius inter hos cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceptus: pōt enim vnum, & alterū priùs apprehendere, & sic est ordo naturalis intellectionis primæ, vt quisque potest in se experiri: ex quo fit quòd priùs est cōiunctum per modum substantiæ percipere, postea proprios conceptus diuidere.

1. Concl. Tertia conclusio. Facta iam diuisione conceptus vtriusq; semel, facilimè ex accidenti concipitur substantia; tamen eo modo, qui dictus est, quamuis non sit opus iam discursu formali, cum præcesserit.

Nota. Quod autem dico de substantia in cōmuni, dico etiam de substantiis diuersis particularibus secundum accidentia particularia: nā per discursum ex accidentibus diuersis non solùm separamus substantiā ab accidenti, sed substantiā a substantia: vt per primum discursum, motū ab animali separamus. & alio discursū aīal esse distinctam substantiam ab alijs apprehendimus, quia aliis motum talem non ineſſe comperimus.

4. Concl. Quarta conclusio. Intellectus noster in corpore nullum habet conceptū absolutum substantię, sed omnes sunt connotatiui. Hęc cōclusio est ꝓbabilis, licet multi cōtrariū sentiant. Sensus q; ipsius est, q nunquam conceptum habemus substantiæ distinctum ita, vt non cōcipiatur sub ordine ad aliquod accidens sensatum vel ad aliquem effectum, & passionem.

Probatur conclu. Primò. Hoc probatur. Primo Intellectus depēdet in cognoscendo semper à phantasma te, dum est in corpore; ergo quicquid intelligit, quamuis sit à phantasmate abstractum, ad ipsum ordinem habebit, sicut effectus ad causam: ergo nulla est species ita pura substātia, quin in ipsa ordo sit ad sensum aliquo modo, & sic erit cōceptus connotatiuus.

Nota. Non dico, quòd sit cōceptus ille totalis, vt diximus in prima conclusione, sed est conceptus distinctus substantiæ, cum ordine tamen ad accidens.

2. Probatur secundò argumento sorti: quia si substantiam potest per se concipere, posset vtique etiam distinctè cognoscere Angelos: quod secundum veritatē concedi non debet. Consequentia est certa: tantum distat substātia ista materialis secundùm se à phantasmate sensibili, sicut Intelligentia. Nam parum refert, q habeat accidentia sensibilia. Nam Angeli etiam effectus sensibiles habēt. Præterea, quia cùm accidens multùm sit à natura substantiæ diuersum, non potest ex ipso species elici, qui puram repręsentet substantiam.

P. Præterea probatur experientia. dicant enim, qui intelligunt substantiam, quomodo ipsam concipiant: profectò nō aliter animal concipimus, quàm conceptu substantiæ se mouentis secundùm locum & hominem, quàm substantiæ habentis discurrendi principiū, & alia omnia huiusmodi. vnde non est par ratio significationis nominis. Nam aliquando voces cō ponuntur ad significandas res absolutè, quas non sic concipimus. Verum est, q si nomina rectè sunt imposita, eorū significatio sumpta est ab accidentibus, & ꝓprietatibus, vt lapis à lædendo pedē, homo ab humo, ex qua factus est, & huiusmodi multa.

Contraria ēt sententia non caret probabilitate. Nam dici posset, q Intellectus potest rursus abstrahere, id quod ordinatur ad accidens ab ipso ordine, & tunc relinqueretur conceptus absolutus illius rei ab ordine sic seiuncto.

5. Conc. Quinta cōclusio. Per accidētia cognoscimus quid est rei cum aliquo discursu, & accidentium ac passionum aliqua collatione, & naturæ ipsārū cognitione aliqua imperfecta.

Exempl. explicat. ctar cl sio. V.g. voluit Aristoteles indagate, quid esset locus, sumpsit passiones ipsius, videlicet esse æquale locato, cōtinere, nō esse locati partē, & alia: & aliqua collocatione inter has facta, & aliquo modo natura ipsarum perspecta coniectat, quid locus sit: nam est quædam proportio passionum, & rei naturæ, vt per ipsas lumine Intellectus facilè ad quid rei perueniatur, vt dicebat prima opinio.

6. Con Sexta cōclusio. Accidētia propria solū conducunt ad cognitionem quid rei particularē. Explico. Si quid hō, vt hō sit, inquirimus, tunc quę ei, vt tali insunt, consideremus: si vt animal, tunc quæ insunt, vt animal est; si vtrunque est, vtraque considerentur: & de propriis loquitur Arist. in textu.

Expli tur & ba ne clusio. Aliquando quidem possunt communia, sed tunc habent rationē proprioru, quia,

Nota.

puta, cùm singula communia sunt, tamē omnia simul iuncta proprium faciunt. Per hæc patet solutio argumentorum.

Ad primum, 1. Ad primum respondet Philopo. in præsenti, quòd aliæ sunt passiones, per quas indagamus quid rei, aliæ, puta, occultæ, quas per quid ostendimus; vt per motum indagamus animę rationalis naturam. & per hanc probamus ipsius immortalitatem.

2. Dicit secundo, quòd licēt sint eædem, nō est circulus; quia primò cognoscimus passionē esse, post cognoscimus quid, & propter quid sit.

3. Adde tu, quòd etiam cognoscimus ipsam esse, sed certius, & vniuersalius, & ne ssariò magis, quàm antè, vt diximus sæpe.

Nota. Nota tamen, quòd quantum ad textum, argumentum sic solui debet, quòd loquitur in scientiis diuersis, & sic de diuersis passionibus diuersorum. Est enim sensus, quòd in aliquibus rebus per quid cognoscimus passiones, in aliis, vt in physicis, contrà.

Ad secundum. Reiicitur prima solutio. 2. Solutio Ad secūdum Ianduni, & Apollinaris, dicūt, q substantia est cognitione prior secundùm perfectionem; quia perfectior est eius cognitio: sed non secundùm tempus. Ista glossa nihil valet ad Arist. Dico igitur, quòd loquitur de substantia quantum ad cognitionem illam, de qua diximus in prima conclusione, & ille conceptus prior est, vt illic explicuimus. & nota hanc expositionem.

Ad 3. Ad tertium respondeo, quòd non est opus cognoscere perfectè quid est passionis, sed habere aliquam cognitionem imperfectam simul cum collatione aliarum passionum, vt diximus in quinta conclusione.

Ad 4. Ad quartum respondeo, quòd quamis Intellectus magis sit diuersus à sensu, quā sensus à sensu; tamē sensus, & intellectus sunt potentiæ subordinatæ; pendet enim operatio Intellectus à sensu, & ob talem subordinationem cognitio sensu, conducit ad intellectionem.

Ad 5. Ad quintum respondeo, quòd accidēs, & passio habet quādam præportionem cum sua causa, quæ est quid rei quā non habet vna substantia cum alia: ob id per accidētia talia cognoscere possumus quid rei, & nō per aliam substantiam. Similiter accidens habet aliqua, p quæ possumus distinguere substantiam, vt esse in alio, ac separari, & alia huiusmodi, quæ faciunt nos in conceptum substantiæ venire.

Ad 6. Primò. Ad sextum, quòd imperfectum potest facere cognitionem perfectioris, adiuūte aliquo perfecto, & sic per accidēs cognoscimus naturam; & substantiam accedente lumine Intellectus.

2. Adde etiam, quòd phantasma accidētis, etiam substantiæ est aliquo modo; vt enim diximus, totum simul repræsentat, & hinc eleuari potest Intellectus ad cognoscendam substantiam, & quid, semper tamen cum ordine ad effectum, sensu, vt expositum est.

Dubitationem aūt habent & passiones. Tex. XII.

Tex continuatio prima Themistij. VArię continuatur ab expositoribus hic textus. Themistius, & Philoponus dicunt, quòd cùm superius dixisset, p accidentia, propriasq; affectiones indagandam esse animæ definitionem, nūc vult ostendere difficultatem inquirēdi animæ definitionem, ostēdēdo difficile esse definire passiones ipsius. Quòd autem hoc sit difficile, ostendit: quia difficile est cognoscere, an omnes animę passiones sint communes, an aliquæ propriæ: & in hoc ostenditur difficultas in definiēdis passionibus. Nam cōes per corpus definiri debent, non autem proprię, vt dicemus inferius. quòd si id cognoscere est difficile, scilicet quæ propriæ, quæ cōmunes; pariter difficile erit definire illas, & consequenter animam.

Reiicitur prima. Hæc expositio non mihi multùm placet, quia fundatur in falso. Nō enim opus est passiones omnes deſsure ad animæ definitionē: fat enim, vt diximus, aliqua imperfecta cognitio passionum.

2. Continuatio Auerroi. Auerroes cōtinuat sic, vt velit quæstiones duas vtiles, & desideratas nunc proponere, circa quas versat animæ immortalitas.

Reiicitur Auer continuatio. At ista non est exacta continuatio, qa Aristoteles mō totus est positus in ostendenda

Universidad de Deusto Biblioteca

2. Verior S. Thom. de difficultate huius scientię ex parte passionum animæ.

dęda huius scięntię difficultate. Ideo dico cum S. Tho. quòd cùm difficiles quæstiones proposuisset, & quæ sumuntur ex parte modi definiendi animam, & ex parte ipsius animæ: in hoc textu proponitur difficultas ex parte passionum animæ, vt dictum est in textu. 3. ita igitur est continuatio.

Tex prima expositio Auer.

Quid autem in textu exequatur, varia est expositio etiam. Auerroes enim putat has duas proponi quæstiones circa virtutes, & animæ potentias. Prior est, an oĩs operatio sit communis corpori, an aliqua animæ operatio sit propria ipsi.

Per propriam operationem intelligit eam quæ non communicatur corpori, vt organo, & subiecto, siue pendeat a corpore, vt obiecto, vel non: per cõem intelligit eam, quę pendet à corpore, vt organo vel subiecto, quod declarauimus tex. 3.

Altera quæstio est: Si aliqua ꝓpria, an ita sit propria, vt non pendeat ab existente in corpore, idest, à phãtasmate, vel corpore, vt obiecto; an potius sit ita propria vt pendeat à corpore, vt obiecto. Hæc duplicem quæstionem elicit ex litera. Cùm enim dicitur, An sint communes: intelligit priorem quæstionem: cùm dicitur, Et habentis, intelligit posteriorem: vt sit sensus, an sit propria, ita tamen, vt sit alicuius existentis in corpore, id est, pendeat à phantasmate in corpore existẽte. Ipse respondet ad quæstionem, quòd potest esse propria vtroque modo: est enim intelligere, quod pẽdet à phãtasmate: & est aliud quod nõ, vt declarabitur paulò post. Hęc est mens Auerrois, quãus obscurissimè ab eo dicantur illa.

Relicitur Auer. expositio. Altera valior expositio communis.

At hæc expositio prorsus est extra mẽtẽ Arist. & deceptus est exignorãtia verbi illius, Habẽris: significat enim totũ oppositũ, & est declaratiua dictio antecedẽtis, vt sit sensus: An passiones aĩæ sint cõmunes ipsi habenti, idest composito, & materiæ simul cum forma, seu corpori eĩ anima: an aliqua sit propria ipsi animæ. & ita vnica est quæstio, quam expositionem sequuntur reliqui expositores Græci, & Latini fere.

Statim addit Aristoteles, quòd hanc quæstionem determinare est necessariũ, sed difficile tamen: necessariũ quidẽ, nõ vt dicit Philoponus, ad definiẽdam animam; hoc enim supra reiecimus: sed secũdùm Auerroem, necessariũ est ad cognoscendam animæ separationem, vt in sequenti textu declarabitur. Est etiam difficile, vt dicit Philoponus, quia hoc ꝑ sensum determinari nequit.

Sed hæc etiam ex contextu patent. Probat enim esse difficile id determinare: postea ostendit id esse necessarium cognoscere: Est difficile ex apparenti experientia: nã affectus aĩæ, tam actiones, q̃ operationes, & passiones, videtur esse communes corpori, vt irasci, amare, sentire, & reliqua; hæc enim oĩa sunt cum corporis mutatione, ac passione. Vnicum restat intelligere, at hoc, si est imaginatio, idest, actu potentiæ sensitiuæ, quę dicitur imaginatiua, id est, non est sine imaginatione, idest non exercetur nisi existente imaginatione, adhuc non esset proprium, sed cõmune, idest, si pendet a corpore, vt organo, vel saltem vt obiecto, non est proprium. Vbi nota, quod suprà dixi in textu 3. propriam dici passionem, quę neutro modo pendet à corpore, quod magis dilucidatur in textu sequenti. Nota 1.

Nota etiam cum Philopono, & alijs, quòd loquitur conditionaliter: non enim dicit, omne intelligere esse aut imaginationẽ; sed quod si esset, non esset propriũ. Nota 2.

Si igitur est aliqua animæ operatio. Tex. XIII.

De necessitate, vtilitate, cognoscendi passionum animæ. Nota. anima habet operationẽ ꝓpriam & separabilis à corpore, si habet ita. Exempla declarãtia.

QVm difficultatem determinãdi quęstionem illam ostẽdisse, nunc vtilitatem & necessitatem proponit: est enim necessaria ad cognitionem immortalitatis animæ, quod explicat docens duo. Alterum, si est aliqua propria operatio animę ipsa est separabilis. Alterum, si nulla est propria operatio animæ, ipsa nõ est separabilis à corpore, sed erit sicut res mathematicæ, quę sic se habent, vt eis multa cõueniant secundùm se, quæ tamẽ nõ exercent secundùm se, nisi existentia in sensibilibus.

V.g. lineæ rectæ secundùm se ineſt tangere sphęricum corpus in puncto, nõ tamen vtrunque tangit secundùm se separata, nisi existẽs in corpore sensibili: similiter

liter triangulo secundùm se ineſt habere angulos æquales rectis, non tamen illos habet, nisi sit in aliquo sensibili subiecto. Ita multa inerunt animæ secundum se, quæ non exercebit in corpore, si nulla ei sit operatio propria.

Dubiũ. 1. quid intelligat Arist. per separabile, & inseparabile. Prima sententia.

Circa hoc occurrũt aliqua dubia. quorum primũ est; quid intelligat Arist. per separabile & inseparabile à corpore. Aegidius, & Tignos. dicũt in præsenti affectus vocari separabiles, & inseparabiles. Dicit autem affectus separabilis, qui exercetur ab aĩa absq; corpore; inseparabilis verò, qui non exercetur nisi per corpus, semper tamẽ anima existẽte in corpore.

Et tũc sensus est: Si est operatio, vel affectus aĩæ ꝓprius, & ille erit separabilis, idest, exercebitur sine corpore, quãuis ab aĩa existẽte in corpore: vel nullꝰ est ꝓprius, & nullus exercebit absq; corpore.

Relicitur prima sententia.

Hæc expositio est contra communem Grẽcorum, Arabum, & Latinorũ interpretationem, qui omnes intelligunt textum de separabilitate animæ à corpore. vt sit sensus. Si affectio, vel operatio, est aliqua propria animæ potest per se, absq; corpore esse; sin minus, non potest.

Aliter enim secundum illorum expositionem esset petitio principii. Nam dicere, si est operatio animæ propria potest exerceri absque corpore: est dicere, Si est propria, est propria: imò clarius est consequens: & oportebat dicere, Si operatio est absq; corpore, illa est propria. Relinquatur igitur ista sententia, & sequamur communem.

3. Sententia communis, & vera.

Dicta ergo hæc Arist. innituntur huic veritati, quòd nihil est, nisi aliquam exerceat operationem. esse enim, est ad operã dum. Vnde sumuntur hæc duo. Primum, quòd si aliquid potest operari absque aliquo, potest esse sine illo: & si non potest operari absq; aliquo, nec potest esse. Qui enim se in operatione omni mutuo indigent, etiam in esse aliter enim aliquid esset absque operatione, & frustra: quod esse non potest. Si igitur animæ operatio potest inesse absque corpore, poterit & esse absque ipso: sin minus, non potest, sed dissoluetur separata à corpore.

Dubiũ. 2. Quæ dicatur affectio, seu

Alterum dubium est, quæ dicatur in præsenti affectio seu operatio propria, q̃ verò communis. In cuius declarationem,

prout ad præsens attinet, aduerte, quòd tripliciter potest vocari operatio communis: intellige de communitate animę, & corporis.

operatio animę ꝓprię, quæ communis cum corpore, & quomodo.

Primò dicetur operatio animæ communis, quæ communicatur corpori, vt instrumento, id est, illa operatio, quæ sic est ab anima, vt recipiatur in organo aliquo corporeo, & composito; vt visio in oculo, auditio in aure, gustatio in lingua, ira in corde. Illę operationes communes sunt; quia & corpori & animę inſunt, sicut ipsarum potentiæ. & hoc est dependere animam in operatione à corpore, vt organo.

Primus modus communis cum corpore.

Altero modo dicitur communis, cùm non pendet quidem ab organo aliquo, quia per ipsum exerceatur talis operatio: sed quia præsupponit operationẽ factam per organum, vt cum intelligo res materiales, non quidem per organum intelligo, sed non possum intelligere, nisi illarũ prius habeam in organo corporeo similitudines & phantasmata, à quibus Intellectus sumit species, & intelligit, sicut visus à colore: & hoc dicitur pendere à corpore, vt obiecto, sicut dicit S. Tho. vel pendere à corpore tanquam medio, vt dicit Paul. Ven. vel cõicare cum cõicante corpori, vt dicit Alber. quæ oĩa, idẽ sunt in re. & talis operatio est cõis secũdo mõ.

2. Modꝰ.

Tertiò dicitur communis, quando sic conuenit toti, vt nõ solùm alicui organo insit, sed toti ipsi viuenti, vt nutrire, augere, mori, & alia: & hoc est communicati corpori vt subiecto, solumq; differt à primo, quòd illic operatio inerat vni parti corporis, hic verò toti. His igitur modis dicitur operatio aliqua, animæ cõmunis.

3. Modꝰ.

Totidem autem dici potest propria. Primò, illa est propria, quæ non exercetur corpore, vt instrumento, nec vt subiecto, quamuis pendeat vt ab obiecto.

Primus modus operationis ꝓprię animę.

Secundò, est propria, quæ nec ab obiecto, nec alio modo pendet à corpore.

2. modus.

Tertiò: quæ licèt sit pendens ab organo, non tamen à subiecto toto, & sic dicitur videre proprium oculo, quia non inest aliis partibus.

3. modus.

Cùm igitur his modis proprium dicatur, dubium est, quomodo sumatur, cum Aristoteles dicit, Si nõ est propria operatio animæ, ipsa non est separabilis.

Sensus dubii ꝓpositi in Arist.

S. Tho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima sententia vera quidē, sed nō ad mentem Aristot.

S.Tho.& alii aliqui dicunt, quòd sumitur, primo modo, vt illa sit propria, quæ saltem pendet ab obiecto, licèt non ab organo; & talis sufficit, vt anima dicatur separabilis.

Hæc expositio est verissima doctrina: sufficit enim animæ separabilitati, vt talē operationem habeat, licèt non habeat secundam propriam, vt benè concedit Albertus. sed non videtur mens Aristotelis. Nam in præcedēti textu dixit, quòd si ab imaginatione pendet, adhuc non est propria, sed cōmunis. nec potuit in tam proximis verbis æquiuocare, & iterum illam vocare propriam.

2. Sententia est vera. & ad mentem Aristot.

Dico igitur de mente Arist. quòd propria dicitur secundo modo, quę nullo modo pēdet à corpore, qualis est intellectio, quæ ab anima habetur ipsarum Intelligētiarum, quam intellectionem confitetur hic Auer. Albert. cap. 6. & Philop. ac Simplic. quamuis differāt. nam Auer. tribuit hanc intellectionem animę, & intellectui assistenti: errabat enim putans esse assistēntem. Albertus verò animę nostrę verè informanti.

Probatur hæc sententia in Arist.

Et dubitari non debet, hanc esse mentem Arist. nam si non est cognoscere aliā operationem propriam, nisi dependentem à phantasmate, vtiq; non posset ostēdere animæ separabilitatem: quia dependentia talis impediret, quo minus posset separata operari, sicut deficiente obiecto non potest esse actio. Loquitur igitur Aristoteles de operatione, quæ nullo modo pendet à corpore, quamuis secundùm veritatem sufficiat illa altera, vt probandū est in lib. 3 sed solùm secundùm Aristotelem dicimus hoc.

Nota.

Et nota, quòd hoc fuit argumētum fallax Alexandri, quod malè à quibusdam putatur insolubile in via Arist. si anima non intelligit sine imaginatione, non potest esse sine corpore, vt dicitur in præsenti: at 3. de anima tex. 39. non potest intelligere sine phantasmate: concluditur: ergo non est separabilis. Hoc autem argumentum nullum est, vt docebimus (Deo dante) 3. de anima. nam & esse potest intellectio aliqua sine imaginatione: & quamuis initio vtatur phantasmate, tamen productis speciebus intelligibilibus postea illas asseruat, & eis potest sine phantasmate vti. Sed de his postea.

Dubiū 3

Dubium tertium est. Videtur enim Aristoteles argumentari de oppositō antecedentis, ad oppositū cōsequētis: qui modus argumētādi vitiosus est. Dicit enim: Si est operatio propria, anima est separabilis: si non est propria, non est separabilis: hoc est, ac si diceret, Si est homo, est animal, si non est homo, non est animal.

1. Sententia Philoponi. Venet.

Ad hoc varia est Philosophorum expositio. Paulus Venetus existimat vitio impressorum, locū esse incorrectum: debet enim aliter legi, vt fiat ab oppositō consequentis, sic: Si est operatio propria animæ, ipsa est separabilis, si non est separabilis, non est propria operatio ipsi.

Reiicitur prima sententia.

In hoc non est audiendus Paul. Venetus: nam literam istam receperunt omnes, antiquissimi etiam Interpretes Græci Arist. & præterea habent optimum sensum, vt dicimus.

2. Sententia Themist. & Auer.

Aliter respondet Themistius, & Auer. quòd in conditionalibus de contingenti, valet ille modus arguendi. Vocantur conditionales de contingenti, quæ sunt bonę consequentiæ cum contingenti, & non aliter, V.g. si est animal, contingit vt sit homo: hæc est conditionalis contingentis, quæ est bona consequentia: at nisi esset contingens, non esset bona: dicunt, q̄ in his valet, vt si est coloratum, contingit esse album: si non est coloratum, non cōtingit esse album. Ita dicunt in præsenti esse modum arguendi similem: nam Aristoteles loquitur per verbum, Contingit.

Reiicitur sententia Auer.

Mihi non arridet ista expositio: quia verbum, contingit, in præsenti accipitur pro ineſſe: nec Aristoteles curat modò huiusmodi consequentias de contingenti: imò, vt Philop. dicit, contingens sumitur hic pro necessario: nam variè sumitur aliquando, vt dicitur 1. Priorum.

3. Sententia Aegid. &c.

Alia est expositio Aegid. Apollinar. & Caie. Thien. quòd in terminis conuertibilibus valet similis arguendi modus, vt notum est. Sunt autem huiusmodi termini cōuertibiles, habere propriam operationem, & esse separabilem.

Reiicitur 3. sententia.

Hæc expositio melior videtur præcedēt ibus, adhuc tamen non omninò placet: nam iam esset mala forma argumentationis, & solùm esset bona secundùm materiam: non autē credi debet, quòd in re ista Aristotelis, tali modo arguendi materiali uteretur, præsertim cùm non cōstet illos esse terminos conuertibiles.

4. Sententia D. Tho. Philop. &c. ulterior.

Idcirco mihi placet expositio S. Tho. Philoponi, & Simplicij, quòd hic nullus fiat argumentandi modus, sed solùm proponantur duo canones, seu duæ maximę, quarum altera sit: Si est propria operatio animæ, ipsa est separabilis. Altera: Si nulla est propria, non est separabilis: nulla tamen fit argumentatio, nec id opus est, vt patet.

Dubium 4.

Quartum dubium est, circa priorem maximam, quod mouent Græci, Simplic. & Philop. Oculus enim habet operationem propriam, non tamen est separabilis à toto, vt separatus videat: similiter ēt lingua, & alia huiusmodi.

Sol. dubii. ex Philo.

Ad hoc respōdet Philoponus, vt enim nos supra diximus, multipliciter dicitur proprium. Videre autem est proprium oculo, tertio modo, vt distinguitur ab aliis partibus animalis, quibus videre non inest: at non vt comparatur toti. Oculus ēt toti continuus, & ab eo pēdens, habet videre, propterea nō est ipsi proprium sic, sed toti commune. At animæ operatio ꝓpria dicitur, in quo totum, seu corpus nō communicat: atque, ob id ipsa separabilis est à corpore, sed nō oculus a toto, nec à partibus aliis, vt faciunt, & sustētant totum.

Dubium 5.

Quintum dubium est circa secundam maximam. Nauta enim non habet operationes suæ artis, nisi in naui, & aurigā in curru: at separari possunt ab his.

Solut. ex Simpli. & Philop.

Respondet Simplicius, & Philopo. ꝙ quamuis nauta vt nauta, non habeat operationem extra nauim, tamen vt homo est habet operationes proprias, quarum ratione potest separari.

Nota.

Ex quo elicitur vnum, quòd vt forma sit separabilis, nō opus est vt omnes suas operationes habeat propriās: sat est, ꝙ sit aliqua, quā extra corpus possit exercere, quāuis non reliquas. Vnde anima rationalis separata vtitur intellectione, non sensu, non etiam alijs communibus, & ob illam talē separabilis est.

Videntur autem, & animę passiones. Tex. XIIII.

Quòd videatur esse communes quæ operationes.

MOdum definiendi passiones animę dat, & vt doceat, cuius artificis sit eas considerare, respōdet dubio proposito quòd animæ videntur communes. Loquitur autem dubitatiue: quia non omnes prorsus communes sunt, sed sensitiuæ, & appetitiuæ, ac vegetatiuæ. Exempla autē appetituarum posuit, vt declarabimus.

Probatur primo signo.

Dicit igitur, has esse cōmunes animæ cum corpore: quod duplici ostēdit signo. Alterum est: quia aliquos experimur, multis illatis iniuriis, nō irasci, alios vero minima illata multùm irasci: quia sanguis feruet circa cor, vt hoīes cholerici facilè ob calorem irascūtur, phlegmatici verò ac melancholici difficilè. Cùm igitur ira non fit sine corporis mutatione, videtur esse passio communis: similiter de alijs affectibus. Ita omnes explicant signum hoc, vt ex diuersorum hominum complexione sumatur: & est bona expositio.

Altera cō positio.

Quamuis magis ad literam dici possit, quòd sit de vno homine, qui aliquando irascitur leui ex causa, aliquando non, ēt ex graui; & hoc, quia aliquādo feruet sanguis, aliquando non: patet igitur esse passionem communem. Id autem experientia patet: nam quodam tempore homines facilius irascuntur, vt vere, quàm hyeme; & iaturi, quàm ieiuni; & potatores vini in ebrietate, secundùm etiam alias dispositiones.

Probatur 2. signo.

Alterum signum est, quia aliqui nulla oblata causa terroris ita timent, ac illi quibus terribilia oblata sunt, quales sunt melancholici: quod non posset prouenire, nisi temperies corporis iuuaret ad huiusmodi passiones: Sunt ergo communes cum corpore.

Nota 2.

Nota, ꝙ temperies corporum ad huiusmodi passiones, multum faciunt: quidam enim ad has, quidam ad illas sunt pronio res, vt dī 2. de part. c. 2. & 4. Fecitq; Gale. librum de hoc inscriptum, ꝙ mores animi temperaturas corporum sequantur.

Scias tñ, ꝙ hæ passiones licèt naturales sint, nec naturaliter possint eradicari, nunquā inferunt vim rationi, nec cogūt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Not. 1. Cōes affectus, & operatiões nig sunt in triplici differentia.

libertatem, quamuis multùm alliciant: de hoc tamen alibi dicemus. Aduerte vlterius, quòd huiusmodi communes affectiones & operationes sunt in triplici differentia. Quædam naturales, quales sunt vegetatiuæ, vt nutritio & augumentatio. Quædam sensitiuę, quales sunt operationes omnium sensuum exteriorum & interiorum, vt visio, auditio, imaginatio, cogitatio, memoratio. Et aliæ quædã appetitiuæ, quæ rursus diuidũtur. Quædam enim sunt secũdùm irascibilem, quæ tendit in bonum arduum, vel malum, vt ira, timor, audacia. Quædam secũdùm concupiscibilem, quæ tendit in bonum, vel malum, vt amor, odium, tristitia, desideriũ, gaudium: omnes hæ sunt operationes cõmunes, de quibus in sequentibus latè tractandum est.

At Arist. non explicuit omnes has, sed solùm eas, quæ sunt appetitiuæ: quia illæ propriæ passiones dicuntur, quia cùm alteratione sensibili fiunt. At vegetatiuæ operationes, actiones sunt: sensitiuæ verò non sunt cum propria alteratione.

Et aduerte quod quinq; exempla priora textus sunt pro irascibili: tria posteriora pro concupiscibili.

Si autẽ sic habet, manifestam. Tex. XV.

Infert Arist. ex dictis passiones esse diffinien das p materiã.

INfert illa duo, propter quę determinaret animæ passiones esse communes. Alterum est, quòd definiri debent per materiã. Et probat: quia sunt rationes in materia, & à materia pendentę: vt irasci est passio existens in corpore, & sensibili materia, quia est cum sanguinis motione: debet ergo definiri per talem materiam.

Exemplũ in ira de finitiõe

Assignat autem definitionem iræ quæ talis est: motus talis corporis, aut partis, aut potentiæ, ab hoc gratia huius. In qua definitione ponitur materia, quæ notatur p illa tria verba, Huius corporis, Partis, Potentiæ: vt detur intelligi triplex materia: remota, scilicet animal, est motus animalis: & proxima, pars, scilicet est motus cordis: hæc enim sunt subiecta: & materia simul cum virtute alteratiua, scilicet est motus calidi. Materiam enim cũ virtute alteratiua vocat potentiã secundùm Philoponum: aut secundùm plerosq; Latinos, per potentiam intelligit irascibilis appetitũ. Vno ergo ex his modis per materiam definitur. dicitur, Ab hoc, idest ab iniuria illata, in quo notatur efficiẽs; Gratia huius, scilicet propter vindictam, in quo exprimitur finis.

Tex. explicatio.

Alterum quod colligit est, Physici esse cõsiderare de anima, aut de omni, aut de ea, quæ huiusmodi passionum materialium est principium: quod idem docuit 6. Metaph. tex. 3.

Infert secundum Arist. Physici esse considerare de anima.

Aduertendum autem, quòd dicit, Non de omni: vel propter Intelligentias, vt alii qui dicunt, quæ assistunt orbibus, quamuis propriè nõ sint cœlorum animę. Vel propter rationalem animã quatenus est à corpore separata, vt alij dicunt: quia hæc potest separari à corpore, & per se subsistere. At de rationali quantum ad operationem illam, in qua nullo modo cõmunicat corpori, vt diximus superiùs, vel etiam secũdùm illum vltimum gradum intellectiuum, sicut aliqui dicunt, vt vidimus: vel denique, quod verius putamus, Aristoteles eo loco solùm in genere concludit ad Physicũ spectare tractationem animæ, quia hæc habet operationes in materia. Addit autem, Non de omni, vel saltem de tali; ac si dicat sub conditione, Si aliqua anima reperiretur, quæ non haberet operationes vllas in materia, & corpore, de illa agere non spectaret ad Physicum: at verò an talis aliqua sit vel non sit, nil determinat, sed postea tractaturus est cum de intellectiua differet.

Differẽter autem definiet naturalis. Tex. XVI.

Alter finiendi modus formã.

VTrum modum definiendi Physicum harum passionum posuisset, nũc ab alijs artificib⁹ secernit, & præcipuè à Dialectico, qui easdem passiones definit. Est igitur discrimen, quòd Dialecticus definit per formam, vt iram definit esse appetitum vindictę: appetitus autem vindictæ est forma iræ: at Physicus per materiam definit, vt ira est sanguinis motus circa cor.

Exẽ in Phy sicũ

At

Tertius definiendi modus per materiã, & formam simul.

At quia tales formæ in materia sunt secundùm se, fit, vt sit alia tertia definitio vtrunque continens; vt ira est appetitus vindictæ ex ebullitione sanguinis circa cor.

Alterum exemplũ in definitione domus.

Est etiam aliud exemplũ de domo; formalis definitio est operimentum arcens pluuias, & ventos; materialis, est constructia est ex lapidibus, lignis, & reliquis: terbus, lignis, & reliquis, arcens ventos, pluuias, ac tempestates.

Et hoc est, quod litera dicit, quòd definitio hæc domus, dicit formam in his, scilicet materia, lapide, calce, & alijs, propter ista, id est, ad arcendas tempestates: finis enim cũ forma etiam computatur, vt dicit Philoponus.

Quæstio prima Arist. quæ præstantior definitio, & magis Physica. Solutio

Constitutis his definitionibus, duas mouet quæstiones. Altera est, quæ sit magis physica definitio, quæ datur per formam, an quæ datur per materiam, an quę ex vtroque constat.

Ad hoc vult responsum esse, hanc vltimam esse magis physicam, ob rationem datam, quia est perfectius explicãs rem, cùm pendeat à materia, quam quidem Physicus considerat.

Quæstio secunda vtra magis Physica per formam, an per materiam.

Altera quæstio est, illarum duarum scilicet per materiam, & illius, quæ est per formam, vtra sit physica. Et hoc est quod dicit. Illarum vtraque, quæ: idest ex illis duabus prioribus, quę est physica magis? Respondet in sequenti textu.

An nõ est aliquis, qui circa passiones. Tex. XVII.

Solu. qũstis præc.

REspondet illam esse physicam, quamuis Philoponus & Simplicius velint, vt respondeat nullius esse artificis. sed textus non id indicat, & in quæstione examinabitur. sed quòd est physica, vniuersaliter loquendo.

Physicus solus cõsiderat in vniuersali passiones n separabiles, vt n separabiles, nõ alij.

Et ad huius manifestationem dicit, nõ esse artificem, qui considerat materiæ affectus omnes non separabiles, & in quantũ non separabiles sunt, nisi physicus, qui circa sensibile corpus in vniuersali versatur: quod ostenditur inductione. Nam alii qui bene cõsiderant passiones non separabiles à materia, & vt non separabiles, sed non omnes, sed aliquot in particulari; vt medicina corpus humanum.

Et artes aliquę mechanicę, aliquas materię affectiones, vt ligni, vel ferri, vel alterius aliquas qualitates materiæ, & arti conuenientes, at non vniuersaliter materiam omnem sensibilem speculantur.

Alij Artifices, considerant quidem res, quæ non separantur re à materia; considerant tamen, non vt in materia, sed abstrahendo, & remouendo, vt Mathematicus.

Alij considerant ea, quæ non sunt in materia. & hic est Metaphysicus; relinquitur ergo vniuersaliter materia Physic. ob id definitio per materiam est magis physica. Hoc tamen in quæstione examinabitur.

Sed redeundum est vnde sermo. Tex. XVIII.

Animę passiones communes non separari à materia.

FActa ista digressiuncula circa differentiam Physici ab alijs, regreditur ad id, quòd dixerat text 15. Dicit, animi passiones scilicet cõmunes, esse, quæ à naturali & sensibili materia separati nequeunt, sicut timor, odium, & reliqua, & nõ sunt sicut linea, & mathematica res, quę à sensibili materia abstrahũtur, licet in ea sint: materiales verò passiones & in materia sensibili sunt, & in ea considerãtur, & hic est finis Prologi.

An dialecticus definiat per formam. Quæstio VII.

Primũ ad partem negatiuã.

QVæ in hac parte difficultatem facunt, hæc sunt. Primò. Vel comparatur Dialecticus suis intentionibus, vel rebus ipsis, quibus intẽtiones applicantur: si fiat cõparatio prior, profectò non per solam formã definit, sed etiam per materiam. definit. n propositionẽ per terminos, q ipsius materia sunt: definit syllogismũ per propositiones: & demonstrationem per præmissas, ex quibus cõstat: quæ definitiones sunt per materiam. Si verò dicatur poste-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rius, videtur id esse non posse: quia Dialectícus vt talis est, non agit de rebus: ergo non definit per formam.

2. Argumentum.

Secundò, Dialecticus cùm modos prædicandi considerat, non definit, nisi per prædicata: at forma nõ prædicatur de re: nõ enim dices, homo est anima: ergo nõ est dialectica definitio per formam.

3. Argu.

Tertiò, Definitio dialectica dicitur vana tex. 11. ergo non est per formam. Non enim vana esset, imò melior, quàm Physica, quæ est per materiam, quia melior est forma, quàm materia.

4. Argu.

Quartò, quia non esset differentia dialecticæ definitionis, à mathematica, & metaphysica: hæ enim etiam per formam sunt.

Prima opinio fere cõmunis.

Circa hoc est ferè vna communis opinio, quàm tradit Albertus tract. 1. cap. 7. & Iandu. q. 12. & Apollina. q. 9. & Caietha. in præsenti, & alii dicũt formã capi dupliciter. Vno modo pro altera parte cõpositi distincta contra materiam; & talis dicitur forma partis. Altero modo, sumitur pro prædicato substantiali rei, vt animal dicitur forma hominis. In quo autem differant hæ duæ formæ non omnes consentiunt, vt postea dicam.

Duplex forma.

Dicunt igitur duo. Primum, quòd Dialecticus non definit per formam partis. Præterea, quia multa sunt, quæ non habent formam partis, vt accidentia, quæ simplicia sunt, quæ tamẽ Dialecticus definit per formam, & propterea quòd talis definitio esset diminuta, cùm rei substantia materiam includat.

Dicunt secundò, quòd Dialecticus dicitur definire per formam, quia definit p prædicata superiora, puta, genera & differentis, quæ sunt forma secundo modo.

Nota. cur definitio per genus & differẽtiam dicatur Dialectica, & per formam.

Notat tamen Iandunus, quòd Dialecticus, vt talis est, adhuc non definit per genus & differentiam; quia ipsius non est cõsiderare res: sed talis definitio attribuitur dialectico: & nescit ipse causam, quare tribuantur dialectico. enumerat sentẽtias quorundam, quæ illi non placent, & meritò.

At Albertus videtur huius causam reddere, quia nõ fiunt tales definitiones, nisi quatenus partes sumuntur sub vniversali intentione logica generis, & differentiæ: ac ob id formalis definitio dicitur, quia intẽtio est vt forma, scilicet, esse genus, esse differentiam. Hæc sunt quæ ex philosophis habemus in hac difficultate.

Primum fundamẽtum. Triplex est materia, ex qua, & in qua & prædicationis.

Circa cuius explicationem sit primũ fundamentũ, materiam vt ad prẽsens spectat, esse triplicem. Quædã est ex qua, puta subiectum, ex quo aliquid fit ita, vt sit pars ipsius rei factæ: talis est materia prima respectu substantiarum cõpositarũ, & huic opponitur forma, quæ est altera pars cõpositi. Altera materia est in qua, quæ non est quidem rei pars, sed subiectum, sicut est substãtia composita respectu accidentis, & materia prima respectu formæ. Tertia est materia prædicationis, & talis est inferius respectu superiorum, vt singularia respectu specierum, & species respectu superiorum.

Differentia inter materiã substãtiæ, & accidentis.

Differt autem inter substantias, & accidentia: q̃ substantiæ perfectæ sensibiles habent quidem materiam, ex qua, & materiam prædicationis, si in vniversali sumantur; non tamen materiam, in qua. At accidentia habent materiam, in qua, scilicet subiectum, non tamen, ex qua, quia simplices formæ sunt: habent etiam materiam prædicationis, cùm prædicamentum componant.

2. Fundamẽtum. Genera & prædicata essentialia in substãtijs sensibilibus non solum formã dicũt, sed etiam materiam, ex qua. V. g. animal, non solum animam dicit, sed simul corpus, ac totam rei substantiam: similiter rationale, & vnumquodque horum.

De prædicatis essẽtialibus accidentium, an includãt materiã, & quomodo.

Sed fiatum dubitabis; Si ergo ista oĩa prædicata totam rei substantiam claudunt, vt quid de vna multa prædicantur?

Nota.

Respondeo, quòd forma rei, licèt vna sit in rebus singulis, tamen multiplex est in virtute, & exercet ea, quæ multæ facerent. V. g. vna est in homine anima, at per eã materia recipit esse corpus, ac si esset forma corporis; & esse viuẽtis, ac si esset forma viuentis: & esse aĩalis, & esse hominis. Idẽ fit in aliis, si diuersæ formę essent, vtiq; à singulis singula sumerentur prædicata. Modò etiam, licèt vna sit, sumuntur illa, ad notãdum ipsius multiplicitatem in valore, & virtute, vt penetret, & percipiatur materia cuiscunque rei.

Et sicut forma est multiplex virtute, ita in materia sunt dispositiones varię in virtute

tute & re, quæ deseruiunt pro variis virtutibus formæ: vnde in ea sunt dispositiones corporis viuẽtis & aliorum; quod est notandum. Ex quo habes, q̃ omnia prædicata dicunt totam naturam, scilicet materiam & formam, & singula etiam prædicata, tamen præcipuè formam: ab ea enim denominatio sumitur; vt albũ dicit corpus, & albedinem, sed hãc præcipuè. Sumitur etiam distinctio ex ipsius formæ multiplicitate virtuali, de hoc tamen copiosius diximus in Logica.

Nota Non sunt plures aniæ in composito q̃ singulis prædicatis essentialib.

Hinc colligo duo contra Iandunum. Alterum, quòd illa prædicata non solùm dicunt formam rei, vt ipse putat. Et in hoc differt Iandunus ab Alberto, qui tenet, q̃ dicunt totam rem. Alterum, q̃ nõ differũt nisi ratione: ipse enim existimat, quòd realiter differant, quia putat esse diuersas formas realiter distinctas, à quibus vnumquodque sumitur: hoc tamen alibi impugnabitur. Hoc ergo est de substantijs.

At in accidẽtibus aliud est. Cùm enim sint simplices formæ, ipsorum genera, & prædicata solam formam dicunt, nullo modo materiam, quamuis forsan dicant intrinsecè ordinem ad subiectũ: sed hoc posteriùs examinabitur. Sat est, quòd nõ includunt materiam sicut substantiæ: tũc autem eorum diuersitas sumitur ex multiplicitate virtuali vnius accidentis.

Nota.

In omnibus autem aduertendum est, quòd nõ sola multiplicitas sufficit ad genera, & differentias, nisi sit per modum compositionis, vt vnum determinet alterum, vt alibi diximus.

2. Cõclu.

His suppositis, sit prima conclusio. Logicus definiẽs per genus & differentias, definit per formam; sed non definit per genus & differentias res ipsas inquãtum Logicus, sed vt simul sumitur cum habitibus aliarum scientiarum.

Distinctio quædã inter Logicũ, & dialecticũ, ex qua explicatur conclus.

Hæc omnia declaro. Aduertendum igitur gratia claritatis, hic distinguo inter Logicum, & Dialecticũ. Voco Dialecticum topicum, qui circa quamcunq; rem probabiliter disputat. Logicum voco in præsenti, qui methodum vniuersalem docet sciendi, qui dicitur docens, & simul etiam vtitur methodo, per alios habitus scientiæ; vt cùm habitu physico definit, & differit de physicis, similiter per metaphysicum & per mathematicũ, de alijs rebus, qui dicitur Logicus vtens: talis logicus est qui definit per genus & differentiam, non ille alius, qui nullam rem versat, sed solum methodum rei cognoscendæ. & hoc est quod dicit conclusio.

Dubium, cur dicantur Logicę definitiones.

Sed dices; Cum ille Logicus sit simul cum habitu alterius scientiæ, quare definitio illi tribuitur, & non potius illi scientiæ, puta physicæ, vel alteri?

Solutio.

Dico, quia est communis modus definiendi in omnibus; non solùm enim res physicæ, sed mathematicæ, ac metaphysicæ definiuntur genere ac differẽtia: cumque modus sit communis, ideo tales definitiones tribuuntur Logico, ac Logicæ nominantur.

Cur hæ dicantur definitiones per formam. 1.

Dicuntur etiam huiusmodi definitiones secundùm formam propter duo. Primò: quia genera, ac differentiæ quamuis totam materiam dicant, præcipuè tamen formam explicant, ac ab ea sumuntur, vt diximus in fundamento. Secundò, quia sunt prædicatã; & talia dicuntur forma respectu eorum, de quibus prædicantur.

2.

2. Concl.

Secunda conclusio. Dialectica definitio dicitur etiam secundùm formam, sed alia de causa. Voco hic dialecticam definitionem eam, quę ab accidentibus sumitur. Dialectici enim probabile cõsiderantes sæpe per accidentia, ac sensibus nota describunt: & huiusmodi dicuntur secundùm formam, quia accidentia dicuntur formæ respectu subiectorum, de qua definitione diximus text. 11.

3. Concl.

Tertia conclusio. Logicus suas intentiones per materiam etiã definit. Hoc nõ tũ est ex argumento primò; habet enim suas formas, ac materias Logicus, per quas propria subiecta definit.

Has tres cõcl. esse veras, sed nõ ad mẽtẽ Arist.

Hæ tres conclusiones veræ sunt, nec in ipsis dissentio à communi doctrina prædictorum Philosophorum: existimo tamen, non esse ad mentem Aristo. in præsenti. Nam, vt patet ex ipso tex. 16 solùm loquitur de definitionibus physicarũ passionum, & non absolutè de omnibus definitionibus; quod bene notauit Paulus Venetus.

Nota Discrimẽ inter definitiones substãtiæ & passionum.

Est autem aduertendum, quòd passiones physicæ dicũt quidem materiam, sed non sicut ipsæ substantiæ. Hæ enim includunt materiam ex qua, & tanquã sui partem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem: vnde fit, vt nullo modo definiri possint, nisi claudatur materia in definitione: aliter non esset definire talem substantiam.

At passiones physicæ, licèt per se, & secundum se in materia sint, tũ est materia in qua, & vt subiectum, nec est ipsarum pars constitutiua: vnde fit, vt possint definiri absque eo, quòd exprimatur materia, licèt fit aliquis ordo ad materiam semper: sicut potest definiri albedo absq; eo, q̃ sumatur expresè proprium ipsius subiectum. Tales definitiones dicũtur formales, quia formarum secundùm se sunt, & sunt non exactæ definitiones, cùm non exprimant rem perfectè, sicut exprimitur cum sumitur materia ipsa.

Quæ sit mens Aristo cum ait, formales definitiones esse dialecticas.

Illas igit̃ vocat Aristoteles dialecticas definitiones, quia talis cognitio tribuitur Dialectico, quia est rei physicę non consideratæ modo physico. Vnde sicut probabile, quia nullius est scientiæ, datur Dialectico; ita res propria alicuius scientiæ nõ considerata modo illius scientiæ, sed cõmuni, datur etiam Dialectico.

Nota. Quasdam definitiones formales nõ esse dialecticas.

Ex quo attende, quòd non est dialectica definitio, quæ datur per formã, sed quę datur per formam rei secundùm se pendentis à materia. Vnde Mathematicus ẽt definit formas, & Metaphysicus: non tamen tales dicuntur definitiones dialecticæ, quia illæ ex se non dicunt materiam. At illæ dialecticæ sunt, quæ sunt rerũ secundùm se à materia pendentium, & quę vt tales deberent considerari: & per materiam nõ dantur proximam, ac propriã, sed fine materia, vel per materiã communem, alienam ab illa scientia: vt si dicerer, risibilis est potentia ad ridendum. Vel sic, est aptitudo substantiæ ad ridendum. Hanc autem doctrinam, & expositionem multùm obserua.

4. Conclusio, iuxta mentem Arist quę ex dictis sequitur. Ad primum.

Ex quibus sumitur conclusio. Dialectici dicitur definire per formam: quia accidentia secundùm se à materia tali pendentia, non per eam, definit.

Ad argumenta solutio patet. Ad primum dico, quòd non est sermo de intentionibus, sed de rebus, quę Logico tribuũtur propter id, quòd diximus in prima conclusione, & propter id, quod notauimus circa tertiam.

Ad secundum.

Ad secundum patet solutio. Nam si loquamur de definitione iuxta primam cõclusionem, illa prædicatur, cùm dicãt genera, & differẽtiam totam rei: si vero loquamur de animæ passionibus, illæ definitiones formales prædicãtur, quia subiectum non est pars passionis: & ita dicit̃, ira est appetitus vindictæ, quæ definitio formalis est.

Ad tertium. Ad tertium iam diximus tex. 11. quare definitio dialectica dicatur vana. Dico etiam modò, quòd licèt fit per formam, vana dici potest: quia talem formam non perfectè exprimit, quia secũdùm se à materia pendet.

Ad quartum. Ad quartum solutio patet ex dictis in conclusione tertia: aliter enim dicitur Mathematicus, & metaphysicus definire per formam, aliter Dialecticus. Illi enim definiunt formas secundum se à materia independentes: at Dialecticus formas materiales, ac pendẽtes à materia sine propria materia tali definit. Est autem obseruatio digna huius difficultatis resolutio.

An Physicus definiat per materiam. Quæstio VIII.

Primũ argumẽtum ad partem negatiuam.

ARISTOTELES hoc docuit interesse inter Physicum, & Dialecticum, quòd hic per formam solam, ille p solam materiam, vel per materiam, & formam, simul definiret. At videtur, quòd fieri non possit, vt per solam materiam definiatur. Primò ex Arist. 7. Metap. tex. 34. vbi prohibet definitionem dare per solam materiam. Et confirmo: quia definitio explicare debet totam rei naturam; at sola materia nullius est naturæ: ergo definitio non est per solam materiam.

2 Arg. Præterea secundò. Illa definitio, quæ ab Arist. datur per materiã, videtur habere formã: dicit enim sanguinis ebullitionem circa cor esse iram: at ebullitio forma quædam videtur: non est igitur materialis talis definitio.

3 Arg. Præterea tertiò. Definitio danda est p notiora. at materia, vt notum est, ignota est valde: non ergo per materiam solam definiri contingit.

4 Arg. Prętera quartò: Si considerentur definitiones

nitiones physicæ, nõ videtur esse per materiam. Patet in definitione naturæ, temporis, motus, materiæ, causarum, & aliorum, quæ non definiuntur per materiam.

Nota, in quo sensu ab Aristo. & in quo abeat Interpretibus quæstio tradatur.

Hic aduertendum, quòd si solus Arist. sensus esset discutiendus, facile esset respondere. Non enim Aristoteles dicit, q̃ semper Physicus definit per materiã sensibilem: de hac enim est sermo: sed quòd has animi passiones definit per materiã sensibilẽ, quæ est subiectum aliquod sensibile: at expositores assumunt in vniuersum, Physicum per sensibilem materiam definire: at quo id modo intelligatur, id est a nobis exponendum.

Tria Physicus definit.

Sunt enim tria, quæ Physicus definit, & non omnia vno modo: hæc sunt subiecta, & substantiæ compositæ, scilicet, elementum, mistum viuens, & species horum: similiter horum esse, ac principia similiter etiam eorundem passiones.

Quadrupliciter Philosophus definit per materiam sensibilẽ.

Quadrupliciter autem definit per materiam sensibilem. Primò per materiam partis, ex qua, & hæc est materia prima, dispositionibus induta: hoc modo definit compositas substantias, vt si hominem per talem animam, ac corpus definiret, aut viuens, aut aliquid aliud.

Secundò, definit per materiam in qua, scilicet per subiectum ipsius definiti proprium: & sic definit passiones, ac proprietates, ac aliquas formas substantiales, vt animam per corpus organicum.

Tertiò definit per materiam sensibilem; quia definit per aliquod prædicatũ, quod talem materiã includit implicitè, vt cùm definit per genus, & differentiã: vt, homo est animal rationale: animal enim & rationale sensibilem claudunt materiam: dicunt enim substantias mutabiles, & cum ordine ad sensibilia, quo præcipuæ substantiæ definiuntur.

Quartò definit per materiam sensibilem, cum definit per motum, vel aliquẽ sensibilem effectum, & sic principia definit.

His ergo modis Physicus definit variis, in quibus semper dicitur per sensibilem materiã definire, quia definit per aliquid, quod ad sensum ordinẽ habet, & ad mutationem, siue hoc, siue illo modo, vt dixi mus: & hic est modus Physico necessarius definiendi, vt physicus est.

Aduerte præterea secundò, quòd Physicus non definit per solam materiam, ita vt nihil nisi materia in definitione sit, quamuis sit materia proxima, quod benè docẽt Philoponus, Simplicius, & S. Thomas: sed sumit aliquid cũ materia: & hoc probat textus allegatus in argumento primo, similiter etiam ipsum argumentũ. Et est alia etiam ratio, quia materia sola nõ potest enunciari definitio. Non enim dices, Domus est ligna, lapides, & reliqua: quod si in obliquo dicas, iam aliquid cum materia sumes, scilicet est compositum ex lignis, lapidibus, & reliquis.

Physicus non definit per solam materiam.

Dices: Ergo modò dicetur definitio materialis. Respondeo dici materialem, quia magis materiam explicat, licèt formam contineat in cõfuso: sicut formalis, quæ formam explicat, parùm autem materiam: quæ verò ex vtraq; est, vtrunq; explicat in particulari: quod patet ex definitione domus, quam per materiam, & formam dedit Arist. in textu, Domus est cõpositum dependens à planis, & tempestatibus ex lapidibus, & reliquis.

Obiectio. Solutio.

Nec mihi in hoc placet sententia Philoponi, & Simplicij, qui dicunt definitionem materialem dici hoc loco esse eam, quæ est per solam materiam, & hanc nullius esse Artificis: sed oppositum ex Arist. colligitur, vt expositum est. Argumentorum ex his solutio patet.

Relicitur sententia Philopo. & Simplic.

Ad primum dico, verũ esse, quòd per solam materiam definire non contingit; hoc tamen nõ impedit, quo minus fit definitio materialis, vt dictum est.

Ad primum.

Ad secundum respondet Philoponus, quòd ebullitio est quidem forma aliqua respectu sanguinis: sed est materia respectu formę iræ, scilicet appetitus vindictę.

Ad secundum.

Ad tertium dico, quòd notitia distincta, notior est materia sensibilis, quàm cõpositum: est enim materia principium. Notandum autem, quòd Physicus non solùm definit per materias secundas, vt crẽdidit Caiet. Thien. sed etiam per primã, vt dicit benè Apollina. q. 9 nam materia prima est generationis subiectum, per quod talis mutatio definiri posset.

Ad tertium.

Nota.

Ad quartum solutio patet. Illæ n. omnes definitiones fiunt per materiam, quãuis non vno modo, vt diximus in primo fundamento. Atque hæc de prooemio.

Ad quartum.

Caput

Videtur hoc verbum in Physicis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput secundum.

Intendentes autem de anima. Tex. XIX.

Quid primo sint apponēdæ Antiquorum fuia & cur.

ANTEQVAM animæ substantiam veram ostēdat. Antiquorum sententias ponit ob duas causas, quarum prior est, vt si quid veri dixerunt, recipiamus, ac per ipsum ad alia inuemur. Posterior est, vt quæ falsa dixerunt, caueamus, ac vitemus. hoc est igitur quod in hoc textu proponit.

Tex. expositio.

Dicit enim, quòd cùm intendamus de anima tractare, necesse est prius dubitare, ac disputare de his, quibus abundare debemus, idest, quæ perfectè scire volumus. Disputatio autem fiet, si pertranseamus, & attingamus breuiter, quæ maiores de anima dixerunt: sic autem per has discurrere debemus, vt vera recipiamus, falsa reiiciamus.

Methodus ad indagādam alia scientiam.

Statuit autem vnum commune fundamentum, in quo ostendit methodum indagandi animam, quæ est per motum, & cognitionem. Hæ enim sunt passiones, per quas animam omnes inuestigabant: et hoc ob id, quia animata ab inanimatis maximè his duobus differre videntur quo ostendit animæ passiones esse.

Dubium primum.

Dubitabis fortasse. Animatum differt ab inanimato substantialiter: non ergo p motum, & cognitionem, quæ accidentia sunt.

Solutio.

Respondet bene S. Tho. quòd animatum, & inanimatum differunt essentialiter, & etiam accidentaliter: at quia essentialis differentia est occulta, primò sumimus differentiam accidentalem: & per hanc inuestigamus substantialem: & sic per motum, & cognitionem, quibus animata ab inanimatis differunt accidentaliter cognoscimus animā, per quam differunt essentialiter. de hoc tamen diximus in q. 1.

Dubiū 2.

Dubitabis iterum: quia non videtur motus inesse solum animatis: nam elementa, & mixta inanimata localiter mouentur.

Solutio.

Respondet Simplicius, quòd non hic motus quicunque sumitur, sed qui est ab intrinseco, quo se aliquid mouet, & à se ipso mouetur: talis autem non nisi animatis inest.

Dubiū. 3

Dubitabis fortè iterum: nam cognitio non inest omnibus animatis: non enim plantis.

Solutio

Respondet Themistius, quòd hi Philosophi non de alia anima differebant, nisi de animalium anima, imò forsan de humana, vt superius dixit Arist. tex. 7. forsan etiam, quia plantas putabant habere sensum, vt dicitur libro de plantis.

Nota.

Aduertendum etiam, quòd per cognitionem, maximè tactionē, intelligamus, quia omnibus animalibus inest tactus, non autem alij sensus: quamuis melius sit, vt quancunq; cognitionem sumat indifferenter, siue hanc, siue illam, siue sensus, siue Intellectus.

Dicunt enim quidam & maximè. Tex. XX.

Quòd diuersæ fuerint Philosophorum indagantes diuersa de ipsa protulerunt.

SEntentias Philosophorū in varias sortes separat. Quidam enim per motum, quidam per cognitionem, quidā per vtrū-

Primò enarrat eos, qui per motum indagabant. Hi omnes vnico principio nitebantur, nihil mouere localiter, qđ non moueatur, omne quod mouens moueri: cumque animam maximè fontem motus arbitrarentur, ipsam moueri maximè dicebant: at hinc quilq; quærebat, quod maximè mouef, talemq; ponebāt aiam.

Qui per motū indagabāt & quid corū principium

Fuit igitur prima sententia Democriti, similiter Leucippi, qui dicebāt, animā esse ignem, ac calorem quendam. Isti enim ponebant atomos esse rerum principia, quas dicebant esse variarum, ac infinitarum figurarum, inter quas erant rotundæ, & ex his esse ignem, & animam.

Prima Democriti sententia & Leucippi, ignem, & animam calorem quendam Rationes Democriti.

Et hoc propter duas causas. Prior est: quia rotundum facillimè se cum alio corpore penetrat, cùm careat angulis, qui transitum impedire solent: similiter rotundum facillimè mouetur, vt patet. At hæc

hæc duo maximè animæ insunt, quæ secum corpora penetrant, ac maximè principium est motus.

Explicabat, atomos hasce per ramenta, & corpuscula, quę ad Solis radios per fenestras immissos apparere solent: dicebat, quòd atomorum omniseminarium, id est, concursum esse principia naturalium rerum, quę omnia ex ipsis constant.

Dubiū. 1.

Dubitabis, Nunquid Democri. illa ramenta apparētia in radijs Solis, senserit esse atomos, quæ rerum principia?

Solutio.

Albertus ita credidit: Simplicius tamen, Philoponus, & S. Tho. dicūt Arist. non elicere illum posuisse illa vt principia, sed est exemplū solùm: nam Democritus dicebat esse atomos paruas, diuersarum figurarum & mouentes, ac per totum sparsas, quæ omnia videntur illis ramentis inesse, sed non sunt illa principia. Et hoc mihi videtur, ac id etiam indicat textus: illa enim sententia alterius est, vt dicetur tex. 22.

Dubiū. 2.

Dubitabis iterum, an Democritus posuerit atomos esse animam, vel ex his esse animam.

Solutio:

Simplicius, & Themistius dicunt illas esse animā, at Philoponus & plerique Latinorum animam esse ex his. Sed parum refert hoc: quia nihil aliud est dicere, quàm an anima sint singuli atomi per se, vel multæ simul: crediderim tamen sensisse multas simul esse animam, aliter diceret infinitas esse animas in vno: quod est fatui, nec id admitteret Democritus: ex atomis igitur congregatis anima est secundùm Democritum, & Leucippum.

Vnde & viuendi terminū. Tex. XXI.

Confutatio signi Democr.

QVodā signo suam sententiam confirmabat Democr. seu potius cuiusdam effectus reddebat rationem. Nam respiratio ineſt animalibus ita, vt ipsa cessante, cesset vita: ipsa perseueran te, perseueret vita. Huius causam dicebat hanc Democritus: nam à continente medio comprimuntur ipsa animalia, & conguntur emouere atomos, quæ sunt aia: at ipsum animal per inspirationē recuperat atomos, quæ iterum indigentes prohibēt etiam, ne aliæ omnes egrediantur. Tandiu autem durat vita, quandiu potest animal recuperare atomos. Vnde signum est atomos esse animam. aliter enim inspiratio non videtur necessaria.

Dubium circa Democr. & solutio ipso.

Decipitur autem. non enim est necessaria inspiratio, nisi ob cordis calidissimi refrigerationem; Vnde nō omnia animalia respirant, nisi quæ sanguinem habēt, qui cor calefacit vehementer.

Dubitat Philoponus; quia in inspiratione non solùm atomi rotundæ videntur recipi, sed aliarum figurarum.

Respondet, id ita debere esse; quia in egressu etiam recedunt atomi non rotundæ, tamen plures sunt rotundę, quæ egrediuntur & recipiuntur propter ipsarum maximam agilitatem.

Videtur autē à Pythagoræis dictum. Tex. XXII.

Secunda sententia eorum, q per motū animam indagabant.

SEcundā ponit sententiā eorū, qui p motū animæ substantiā indagabāt: & hæc est quorūdā Pythagoræorū. Hi enim videntur idē dicere cū Democrito: ponunt. n. animam esse illa ramenta, quæ apparent in radijs Solis: tamen licēt videatur idem dicere, nō idem dicūt prorsus. Nam Democritus non posuit illa ramenta atomos, sed atomos illis dixit similes; at isti illa eadem posuerunt.

Quorundam Pythagor. animam esse ramēta quadā corporū.

Tertia sententia est aliorum inter quos S. Tho. numerat Archelaum magistrum Socratis. Isti dicebant, non illa ramenta esse animam, sed principium, quod ineſt illis, ratione cuius mouētur. Isti duo mouebātur hoc: quia atomi huiusmodi sunt quædā maximè motiua, & mobilia, cum nullo vento existente, sed aere tranquillo moueantur talia ramenta: anima autem debet esse maximè mobilis, cū maximè moueat.

3. Sētētia Archelai animam esse non illa ramēta, sed illorū principium.

Quarta sentētia citatur, quæ est Platonis: hic enim ob idem principium dixit, animam esse substantiā se ipsam mouentem. Conuenit cum alijs in hoc, quòd animam seipsam mouere, ac maxime mobilem debere esse dixit: at differt, quòd non

4. Sententia Platō. Animam esse substantiam seipsam mouentem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota, ex qua causa ramenta fiant.

ex atomis, nec ramentis esse dixit, sed substantiam aliam quandam, vt post dicemus.

Circa hæc ramenta aduerte cum Alberto in præsenti, q̃ sunt partes crassiores, & terrestriores vaporũ resolutorũ. Nã vapores habent inæquales partes: quasdã subtiliores, quæ vel citò resoluuntur in aerem, vel eleuãtur sursum manentibus particulis terrestrioribus deorsum: & hæ sunt atomi apparentes in radiis.

Ex qua causa motu cientur. 1. 2.

Dices: quæ est causa motus? Respõdeo, q̃ est semper agitatio aeris vel minima, & aer illo motu eleuat has atomos: ipsæ autem sua grauitate descendere conantẽ, iterumq; eleuantur. Dico etiam cum Alberto, quòd radius suo calore illas attrahit, quæ sua grauitate descendunt, ac vi caloris iterum ascendunt, & aliquando velocius quam descẽderint propter multum calorem, & sic fit iste motus.

Ex qua causa apparent extremitates vmbræ tremere.

Huius doctrinę meminit Arist. sect. 3. pble. 11. q. 12. Quærit, quare extremitates vmbræ tremant: non enim põt id tribui motui Solis, quia tunc vmbra non moueretur, nisi vno motu vel contractionis, vel dilatationis, at tremere motus cõtinet cõtrarios. Respondet, id esse, quia ab extremitate vmbræ ad radium ascendunt, & descendunt ista ramenta, quæ faciunt apparere motus contrarios in vmbra, sicut quod videtur post flammã huc illuc motam tremere videtur.

Similiter autem & Anaxagoras. Tex. XXIII.

ã Anaxagora.

Ascribenda est sententia ista cũ sententia Platonis; ponebat enim Anaxagoras, & illi qui intellectum dixerunt mouisse chaos & mundum; ponebant, inquam, hi animam se mouere maximè.

Discrimẽ huius à Democrito, qui sẽsum, & intellectũ idem esse putabat. Ratio Democriti. 13

Tamen isti à Democrito differebant. hic enim animam & intellectũ dicebat esse idem. dicere autem intellectũ & animam esse idem apud Democritum, est dicere sensum & intellectum esse idẽ & eãdem esse potentiam sentiendi, & intelligendi; hoc enim voluit Democritus.

Quòd probabat dupliciter. Primò: q̃a dicebat, obiectum intellectus, quod est verum, esse idem cum obiecto sensus, quod est apparens, & sic affirmabat, quicquid apparet, verum esse: quam opinionem redarguit Arist. 4 Meta. Probabat secundò ex dicto Homeri. Volens enim dicere Hectorem iacere sensu priuatum, dixit, intellectu priuatum, ac si idem esset: in quo tamen deceptus est. Vt enim notant Simpli. & alii, vtitur aliquando vocabulis latè: & sapere pro sentire largè sumpsit.

Democritus ergo non ponit Intellectũ esse potentiam animæ circa veritatẽ, vt veritas est, sed idem dicit esse cũ sensu.

Et notandum hic, quòd secundùm Aristotelem, Intellectus, qui Græcè dicitur νοῦς, est potentia animę inhærens ad veritatem cognoscendum: & non quid separatum: quod etiam egregie dicit 1. Ethic. ca. 6. Vt, inquit, inest pupillæ visus; ita animæ mens. est enim mens, seu Intellectus, potentia animæ, sicut visus potentia oculi: non autem est quid separatum, vt ille ignarus & impius Auerroes dicebat, vt postea discutiemus.

Nota. secundum Aristotelem Intellectũ esse animę potentiam, & non substantiam ab anima separatam.

Anaxagoras aũt minus explanat. Tex. XXIIII.

Explicat & reprehendit sententiã Anaxagoræ.

Nunc quid Anaxagoras dicat circa animam, & intellectũ, ostendit, diciq; non clare locutũ fuisse, imò cõtraria visus est potuisse; modò n. dixit intellectũ esse causam boni, & mali, actus scilicet virtutis & vitii, & sic videtur dicere, non esse idem cum sensu colligitur: modò tamen dicit Intellectum inesse omnibus animalibus paruis, & magnis, nobilibus & ignobilibus: & in hoc videtur facere idem Intellectum cum sensu.

Hoc tamen reprehendit Aristot. quia intellectus secundùm prudentiam, qualis est, qui benè vel malè operatur, non inest omnibus animalibus, imò nec omnibus hominibus.

Dubitatio circa propositum text. Solutio 1.

Dices, Quem vocant Intellectum secũdũ prudentiam? Simplicius, & reliqui Græci, & Albertus intelligunt Intellectũ secundùm prudentiam, idest, secundùm actum, & vsum: hic autem ob id dicitur non inesse hominibus omnibus, quia nõ omnes vsum habent Intellectus: pueri. n. Intellectu non vtuntur.

S. Th. per intellectum prudentiæ, intelligit intellectum perfectum habitu prudentiæ, & hic non inest omnibus hominibus: quamuis enim insit potentia ipsa, non tamen inest habitus. Vtraque exposito est bona.

Nota. Intellectus est potentia data à natura secũdum Aristo.

Vbi nota, quòd Intellectus est potẽtia animæ data à natura, & hanc singuli habent, & pueri: est enim animæ inhærens, & actus & habitus lõgo post tempore venit; ob id non dixit Aristo. Intellectũ non inesse omnibus, sed, Intellectũ secundùm prudentiam. Vnde cæci sunt, qui ex hoc loco colligunt Intellectum non esse à natura, nec omnibus inesse, cum Aristo. sumat intellectum secundum prudentiam. Et est notandus locus Arist. sect. 30. problematum. q. 4. vbi manifestè dicit quæ nos hic dicimus. Docet enim Intellectum esse à natura, sicut manum, & esse in omnibus; sed non vsum Intellectus, nec habituus. Sed hæc omnia suis in locis examinabuntur.

Quicũq; igitur ad ipsum moueri. Tex. XXV.

Philosophi, qui p cognitionem animam indagabãt.

Concludit, oẽs, qui per motum animam indagarunt, posuisse animam esse maxime sui moiuam, vt ostensum est: statim se conuertit ad eos, qui animam per cognitionem indagarunt. Hi autem omnes sibi vnum sumpserunt principium. Simile simili cognosci: ex quo collegerũt cum anima cognoscat omnia, debere ex oĩum cõstare principiis. quamuis fuerint diuersi. Nã qui ex vno principio omnia faciũt, ipsam similiter animam ex vno dicit; qui ex pluribus, & ipsam ex pluribus.

Prima sẽtentia, Animã ex quatuor elemẽtis constare, cõcordia, & discordia.

Horum autem refert duas opiniones. Prior est Empedoclis, qui posuit quatuor elementa, & concordiam, ac discordiam esse rerum principia, & ita ex his sex componebat animam: quod colligit ex ipsius carminibus, quorum sensus est; Terra cognoscimus terram, & aere aerem, concordia, concordiam; deniq; principijs existẽtibus in anima cognoscimus reliqua, quę ex eisdem constant principiis: sicque simile cognoscitur simili.

Eodem autem modo, & Plato. Tex. XXVI.

2. Sententia Platonis. Animam componi ex principiis, quæ sunt idẽ & diuersum.

Posterior sentẽtia est Platonis, qui dixit, animam etiam cõponi ex elementis, vt omnia cognosceret. Citat autem tria testimonia Platonis, quibus hoc dicit. Primum est in Timęo, vbi dicit, simile simili cognosci, & res constare ex principiis, & elementis. Vnde infertur, quòd anima ex eisdem rerum elementis constet, si simile cognosci debet simili. Hunc locum explicant benè Themist. Simplic. & Philoponus.

Per huiusmodi elementa Plato intellexit idem, & diuersum, ex quibus omnia dicebat cõstare: per idẽ intelligebat substantias immateriales prorsus, quas ob id dicebat ex eodem esse cõpositas, quia semper vniformiter, & inuariabiliter se habebat in suis substantiis: ex diuerso dicebat componi res materiales propter earum diuersibilitatem, & variabilitatem.

Anima rationalis secundum Platonẽ, medium inter formas omnino abstractas, & materiales.

Posuit autem animam rationalem medium substantiam inter formas omnino abstractas, & formas materiales, quia cũ sit per se, in materia tamen est: qua parte cum Intelligentiis conuenit, dicebatur ipsas intelligere posse: qua parte cum materialibus, ipsas etiã intelligere. ob id dicebat, quòd simile cognoscit simile, & quod constat ex eodem, & diuerso; eodem cognoscit eadem, idest, Intelligentias; diuerso, diuersa, idest, materialia. Hęc est declaratio huius textus.

Similiter autem, & in his, quæ de Philosophia.

Ex eodẽ Plat. Aia componi ex principijs. s. Idea vnitus. & prima longitudine, & prima latitudine, & prima altitudine.

Alterum testimoniũ est ex libro de Philosophia, seu Metaphysica, qui liber est ille, qui dicitur de bono, vt dicit Simpl. & Phil. vbi dixit, animal componi ex Idea vnius, & prima lõgitudine, ac prima altitudine: similiter reliqua omnia ex eisdẽ cõponi, & sic animal cognoscet similia

Universidad de Deusto
Biblioteca

similia similibus.

Nota. Aduerte, quòd anima dicitur hic anima; nam secundùm Platonem, vt dicitur 8. Metaph. cap. 3. homo, & animal, non dicunt, nisi solam formam.

Explicatio sententiæ Plat. Pythagorei formas substantiale vocabant denarios numeros, & cur ita. Hoc testimonium declarat. Aduerte igitur primò ex Philopono, ꝙ Plato, & Pythagoras numeris explicabāt res ipsas formas verò substantiales vocabant decadas, seu denarios numeros. Vocabant quidem formas numeros, propter duo. Primùm, quia sicut numeri continent, & cōprehendunt res numeratas: ita etiam forma continet ac terminat materiam. Secũ dò, sicut numeri habent ordinem inæqualitatis inter se, omnesque à simplici vnitate descendunt, ita & formæ sunt inæqualis perfectionis inter se, habentque principium ab vno simplicissimo, & summo Deo.

Non solùm autem formas vocabāt numeros, sed denarios, ad denotandum formarum perfectionem: sunt enim ipsę què perficiunt cōpositum, sicut denarius perficit numeros: nam omnes numeri variantur vsque ad denarium, vlterius tamen fit repetitio eorundem, & compositio cum denario, vt notum est.

Nota. Plato omnia volebat constare vnitate, dualitate, trinitate, & quaternitate. & qd per hęc Intelligebat. Aduerte vlterius, quòd denarius conficitur ex his, Vno, duobus, tribus, quatuor. Omnes hi sumpti faciunt æqualiter denarium; ob idque dicebat Plato, omnia constare ex vnitate, dualitate, trinitate, quaternitate omnium primis. Vocabat vnitatem ideam vnius; quia non est numerus, sed numerorum principium.

Aduerte etiam, quòd per lineam intelligit dualitatem; quia constat ex duobus terminis; per latitudinem primam trinitatem, quia prima figura superficialis est triangulus; per altitudinem primam quaternitatē, quia corpus pyramidale, quod fit ex prima figura superficiali, idest, triangulo, fit ex quatuor triangulis.

Concluditur sensus cōclusionis Platonis. Ex his patet sensus. Dicebat animā ex his constare, vt oīa, quæ ex eisdē constant, intelligat: quod est dicere; Aia cōstat ex omnium perfectionibus, vt omnia cognoscat.

Adhuc aũt & aliter Intellectus. Tex. XXVII.

Item tertiò ex Platone quadruplex rerum genus, & quadruplex cognitionis respondens. TErtiũ testimoniũ est, in quo Plato etiam in ipsis animæ operationibus constituebat similitudinem cum ipsis rebus. Vbi aduerte, ꝙ quatuor sunt genera rerum cognoscibilium. Quędam sunt purè intelligibiles, puta, quæ sine discursu aliquo cognoscuntur, quales res immateriales, & principia per se nota; & his respondet cognitio in anima, quæ dicitur Intellectus. Sunt res semper eodem modo se habentes, tamen ab alio pendent: & hæ dicūtur scibiles, quibus respondet cognitio, quæ scientia dicitur, & est per discursum. Quędam sunt res inconstantes ab alioque pendentes: inconstantes, inquam, in veritati, vel falsitate; & his respondet cognitio, quæ dicitur opinio, & ipsæ dicuntur opinabiles. Quædam aliæ sunt sensibilia singularia, & horum est sensus.

Cognitiones animæ ex numeris Platonis constituebat vt intellectus esset vnitas, scientia dualitas, opinio trinitas, sensus quaternitas. Plato has aīæ cognitiones dicebat esse etiam ex numeris, vt per eos res ex numeris cōpositas cognosceret. Primo, Intellectum dicebat vnitatem, quia, vt vnitas est simplex, ita & cognitio illa immediata simplex est, & aliarum principiũ. Sciē tiam dicebat dualitatem: quia sicut dualitas ab vnitate vna in aliam procedit, ita scientia ab vno medio in vnam conclusionem determinatā procedit. Opinionē vocabat trinitatem; quia sicut trinitas ab vna trinitate in duas procedit, ita opinio ex vno medio infert conclusionem probabilem, quæ potest esse vera, potestq; esse falsa. Sensum dicebat quaternitatem: qa est corporeus, & circa corpora, qbus inest quaternitas, vt diximus, vel ꝓpter elementa quatuor, ex quibus omnia constāt corpora. Iste est sensus.

Literæ textꝰ explicatio. Literam attende. Dicit, quòd Intellectū vocabat vnū, & sciētiā duo: qa ex vno ad vnū procedit. opinionē vero vocabat numero plani & superficiei, id est, trinitate; sensū vero numero solidi & corporis, idest quaternitate: quorū reddit rationē, quia res numeris cōstāt: at res Intellectu, scientia, opinione, sensu iudicantur: ergo ista debent numeri esse tales, quales sunt rerū formæ, quę sunt prędictis quatuor.

Quoniam aũt motiuũ videbatur. Tex. XXVIII.

Philosophi, qui animam indagabant ex motu pariter & cognitione. POsuit opinionem eorũ, qui per motum, & eorum, qui per cognitionem, substantiā animæ indagabāt: nunc ponit eorum, qui per vtrunque, ac ponit sententiam, quam S. Th. dicit esse Platonis. Aegidius dixit esse Xenocratis. Hi enim dicebant, animam numerum seipsum mouentem: numerum quidem ratione cognitionis, quia constabat ex rerū principijs, qui numeri sunt: seipsum mouentem, quia est primum principiū motus, & sic vtrunque cōprehendit.

Differũt aũt de principijs.

Varia Philosophorū opin. de rerum principijs. QVia dixerat Philosophos animā ex principijs rerum compositę, vt cognoscat oīa: vult modò ostendere, ꝙ non vno modo dixerũt oēs, quia de principijs varia dixerunt: quam diuersitatem ostendit esse in duobus, & in substantia, & in numero principiorum. In substantia quidem, quia quidā posuerunt principia corporea: vt qui elementa vel atomos posuerunt: quidam corporea, vt qui numeros: quidam vtraque miscuerunt, corporea, & incorporea, vt Empedoeles, qui posuit elementa, & cōcordiam, ac discordiam.

Dicit autem Aristot. quòd qui ponunt corporea, & qui incorporea magis inter se differunt, quā differant ab ijs, qui vtraque ponunt; nā illi in nullo conueniunt; at hi cum vtrisque. Qua enim parte ponunt corporea, cum prioribus; qua parte incorporea cū posterioribus conueniūt.

Differunt autem in numero? quidam enim vnum, quidam plura principia rerum ponunt, vt constat ex antè dictis.

Consequenter aũt ad hæc ad animam. Tex. XXIX.

Qualis Philosophorum diuersitas esset in rerum principiis, talis fuit circa animę substantiam. DIuersitas, quę est in rerū principijs inter Philosophos, est circa animę substātiam, vnusquisque enim, & non immerito credit animam, & quod maximè mouet, esse ponendum inter principia; sed error fuit, quia nō debuit poni inter principia naturalia.

Hinc est, quòd quisque traxit animam ad diuersa, pro vt variè de principijs sentiebat. Quidā enim posuerunt eā ignem, quia ignis est subtilissimum corpus, ac maximè mobile, & aliorum videtur principium. Notādum est autem, quòd Arist. vult hic Philosophos reducere, ad hoc, ꝙ etiam per cognitionem animam indagabant, quatenus ex rerum principijs animam conflabant, vt patebit in opinionibus, per quas iterum discurrit. Nota.

Democritus autem elegantius. Tex. XXX.

Democrit. præfertur Anax. DEmocritum laudat, quia distinctius reddidit rationem vtriusque, id est, motus & cognitionis, quàm Anaxagoras. Democritus.n. sensum, & intellectum existimauit idem, dixitque ex atomis rotundis animam esse: & quia atomi sunt principia rerum, potest cognoscere anima res: quia verò sunt figuræ rotundæ, & subtiles, ac paruę; ob id anima est maximè mobilis principiumque motus.

Anaxagoras autem videtur. Tex. XXXI.

Anax. sententia esse intellectum simplicē, & incompositum, &c. POnit sententiam Anaxagoręs circa animam quantum ad motum, & cognitionē. Dicit, ꝙ hic videtur distinguere inter Intellectum & sensum, seu animam. & Intellectum simplicem facit, ac incompositum; at quamuis ipsum non componat, dicit tamen ipsi motum, & cognitionem inesse.

Aduerte, quòd Arist. citat Philosophos circa ea, quæ de anima dixerunt in communi, quamuis non omnes locuti sint de anima eadem; nam Plato & Anaxagoras, vt dicetur inferiùs, tantùm de anima mundi loquebantur, quem esse animatū, ac quoddam animal crediderunt.

Videtur

Videtur autem, & Thales ex ijs. Tex. XXXII.

Thales's opinio, qui iudicauit animam esse quæ mouet.

Erat sententiã Thaletis, qui fuit vnus ex septẽ sapientibus. hic etiam animã esse id, quod maxime mouet, putauit. Quod apparet ex quodam ipsius dicto: dicebat enim, magnetem, quia mouet ferrum animam habere: videtur ergo animam existimasse motus esse principium. Nil aliud ex ipso habetur.

Diogenis sententia aere esse animam.

Alia sententia est Diogenis, & aliorũ qui aerem posuerunt rerum principium, ipsumque dicebant maxime subtilem, ob id facillime mobilem, ex hocque animã esse affirmabant. Nam qua parte ex aere sunt omnia, anima potest illa intelligere, quia omnibus est similis: qua parte est subtilissimum corpus, erit anima maxime mobilis ac motiua.

Heraclitisententia vaporem quendam esse animam.

Vlterius est sententia Heraclitj, hic posuit vaporem quendam esse animam, faciebatque omnia ex vapore: quia vapor erat subtile corpus, quod vocat incorporeum, & etiam quia perpetuo mouetur, ob idq; dicebat, omnes res esse in motu cõtinuo, similiter etiam animam ipsam, & sic erat omnino eis similis, & vapore cognoscebatur vapor, & id quod mouet, eo, quòd etiam mouetur. omnia enim putabat esse in motu, ac fluxu cõtinuo: quod etiam alij cum ipso dixerunt, vt dicitur 4. Metaph.

Similiter autẽ ex his Alcmęon opinari.

Alcmæonis sententia, animam esse immortalem, semperque moueri.

Prosequitur enumerare sententias: est aũt Alcmæonis ſhĩa similis. Dicebat, n. animã esse immortalẽ, vt sit similis rebus immortalibus: & qd ex immortalitate, ꝓueniebat, ꝙ cõtinuè, & semper moueretur: vel contrà, ex eo, ꝙ ꝓpetuò moueretur, erat immortalis, in quo etiam assimilat immortalibus, quæ semper mouentur, vt Luna, Sol, cęli. Denique hic posuit animam immortalem, semperq; motam, vt esset similis rebus perpetuis, easque posset intelligere.

Hippon. sententia animam esse ex humido.

Altera est opinio Hipponis, qui ex substantia aquę dicebat animam, quia cũcta humido consistere videbat. & sic dixit, semen, & sperma esse animã ipsam; reprehendebatq; eos, qui dicebant animã esse sanguinem, sanguis enim est post semen, anima autem debet esse primum, ob id est semen ipsum.

Reprehensio Hipponis.

Hanc opinionem dicit esset hominis onerosi, & tetri: quod dicit, vt notat Simplicius, quia ille Hippo fuit impius, negauitque Deum esse. ac meritò etiam diceretur teter, ob hanc solam opinionem de anima.

Alij autem sanguinem, quemadmodum.

Critiæ sententia animam esse sanguinem.

ALia est sententia Critiæ, qui animam esse sanguinẽ dicebat: cuius ratio est, quia sentire, quod maximè est proprium animæ, est positũ in sanguine.

Concludit Arist. quòd omnia elementa habuerunt suos assertores. Quidam enim posuerunt animam ignem esse, qui dam aerem, quidam aquam, nullus terrã solam, nisi cum aliis iunctam, vt dixit Empedocles.

Oĩa elementa habuerunt patronos vt alij putarẽt, mã ignem, aerẽ, &c.

Definiũt autem omnes animam. Tex. XXXIII.

Nota. Oẽs qui de anima inquirebant, tum cognitionẽ & omnia ad suam rõnem pertinentia mãsuescunt.

IPilogat sententias omnes, & circa modum inquirendi, & circa ipsas positiones. Omnes enim per tria inquirebant animæ substantiam, per motum, per cognitionem, per incorporeum, id est, per subtilitatem, quæ necessaria est ad motum. & vnusquisque, animam ad principium ducit, id est, esse motus principium: similiter & cognitionis. cumq; cognitio fiat per simile, animam esse ex rerum principijs dicunt, præter vnum Anaxagorã: hic enim animam, & Intellectum incompositum dicit, ac simplicissimum, negauitq; illud simile cognosci debere suo simili: quod alii omnes receperunt.

Qui-

Quicunque igitur vnã aliquam. Tex. XXXIIII.

Omnes licèt conueniant in modo in quibusdam tamen in re differebant.

QVamuis in modo cõueniant omnes, tamen re differebãt. Qui enim vnum principiũ ponebãt rerũ, puta, ignem, aut aerem, aut aquam, talem animam ponebant: qui plura, etiam ex pluribus animam componi affirmabant, præter Anaxagoram, vt diximus, qui prorsus simplicem dixit Intellectum, & nihil habere commune cum rebus, id est, nõ esse ex principijs, & nõ cognoscere simile: at modũ, quo cognosceret, nec explicuit, nec ex ipsius dictis haberi põt.

Quicunq; aũt cõtrarietates. Tex. XXXV.

Prosequitur idem.

PRosequitur dicere, quòd sicut quisque sensit de principijs, ita etiam de anima: qui enim contraria posuit principia, vt Empedocles, ponens omnia elementa, ẽt ex contrarijs componit animam. Et qui vnum ponit contrarium, vt ignem, aut aquam, idem dicit de anima.

Et non solùm ita dicunt, sed nominibus id explicãtibus exprimũt. Qui enim animam posuit ignem & calidum, vocat viuere ζῆν, quasi feruere: nã verbum hoc, ζέω, habet affinitatem cum ζῆν, quod est feruere. Qui dicũt animam esse aquam vel frigidum, vocant animam ψυχὴν quasi refrigerationem. Hæ igitur sunt Antiquorum opiniones.

Caput tertium.

Considerandũ aũt primũ. Tex. XXXVI.

Incipit disputare Aristoteles contra singulas opiniones antiquorum.

SEntentijs Antiquorũ propositis, nunc contra eas disputare aggreditur, incipitq; ab his q per motum animæ substantiam indagabant.

Tria autem ipsorum dicta reprehẽdit. Primum; quia in animæ definitione ac substantia, motum ponebant: quod falsum esse dicet, vt inferius ostendet.

Secundum; quia ipsam secundùm se moueri dicebant: quod nõ solùm falsum, sed etiam impossibile est.

Tertiò, ipsorum fundamentum falsum erat, id est, omne quod mouet, moueri. 8. enim physicorum probatum est, non omne mouens moueri, vt patet de primo motore mouente non moto. Hoc autem tertium non probat, quia iam illo loco ostensum est: reliqua verò duo redarguit.

1. 2. 3.

Dupliciter autẽ cum moueatur. Tex. XXXVII.

Impugnatio secundi fundamẽti antiquorũ. Duobus modis aliquid moueri, potest secũdum se, & secundum alterum.

DIctum secundum impugnat, quòd animæ insit secundum se motus, in cuius gratiam primo distinguit, dupliciter aliquid posse moueri: aut secundùm se ipsum, aut secundùm alterum. Id secundũ alterum mouetur, quod mouetur ob id, quia est in eo, quod secundùm se mouetur; id verò secundùm se mouetur, quòd per se ipsum primò mouetur.

V.g. nautæ existentes in naui mouentur, dùm ipsa mouetur, sed nõ eodem modo mouetur vtrunque: nam nauis secundùm se mouetur, nautæ verò secundùm aliud: quod patet. Nam motus nautæ, qui illi secundùm se inest, est ambulatio, & motus pedum: at in naui, dum ipsius motu mouetur, non ambulat; quia potest sedens moueri: ergo tũc. cum mouetur motu nauis, non secundùm se mouetur. De his modis mouendi, late dictum est in libro 5. Physicorum.

Dupliciter itaq; dicto ipso moueri. Tex. XXXVIII.

Quòd anima non moueatur secundum se, Prima ratio.

SVpposita dist nctione illius, quod mouetur, dicit quæstionem esse de motu secundùm se. An cum Animal mouetur, tunc anima secundù n se motum participet, & moueatur. hoc enim affirmant illi Philosophi.

Probat multis: rgumentis, animam moueri

Universidad de Deusto
Biblioteca

moueri non posse secundùm se, quarum prima sic potest deduci. Omne, quod mouetur, aut alteratione, aut diminutione, aut augmentatione mouetur, aut horum vno, aut pluribus: sed anima horum nullo secundum se moueri potest: ergo anima moueri non potest. Consequentia est nota. Similiter maior: quia quatuor sunt motus nomine. Dico nomine: quia augmẽtatio, & diminutio vnius generis sunt sicut alteratio, & sicut latio. Sed minor probatur; qa omne, quod sic mouetur, est in loco: at anima non est in loco; non ergo moueri potest. Maior est certa: quia omnes illi quatuor motus sunt in loco. Consequentia etiam certa est; quia nisi anima esset in loco, non moueretur secũdum se, & natura. Hæc est ratio prima.

Dub. 1. Sed dubitabis fortasse: Quomodo hi motus in loco dicuntur esse; non enim alteratio videtur esse in loco, cum sit secundum qualitatem.

Sol. multiplex. Respondet Simplicius, quòd alteratio dicitur secũdum locum ratione subiecti, quia quod alteratur est in loco. S. Th. respondet, alterationem esse secundùm locum, quia præsupponit motum localem: nam ante alterationem est approximatio mobilium. Aegidius dicit, alterationẽ esse secundum locum: quia omne verè alterabile, mobile etiam localiter est, saltẽ secundum partes; intelligo præter terram, quæ secundùm se totã localiter non mouetur. Dico igitur omnes responsiones esse bonas, ac tribus modis verum esse, alterationem esse secundùm locum: diximus de hoc libro 6. Physicor. textu 32.

Dub. 2. Dubitabis iterum: quia nõ videtur incõueniẽs esse, animam esse in loco apud Antiquos, qui eam esse corpus ponebãt, Aristoteles autem, vt benè notat S. Tho. has rationes facit ad hominem, & in doctrina ipsorum Antiquorum.

Sol. 2. Ad hoc respondet S. Tho. dupliciter. Primò, quòd non consistit argumentũ in hoc inconuenienti, quòd anima est in loco; sed deducitur per alia, quæ sequuntur.

Reiicitur Hæc responsio non videtur exacta: nam hoc argumentum est perfectum, distinctumq; ab aliis, quæ sequuntur.

Sol. 2. Aliter respondet iterum, quòd anima non potest esse in loco, quia oporteret signare partem aliquam corporis, in qua esset: quod non fecerunt Antiqui. Sed nec hoc valet, nã dicerent, totum corpus esse locum. Præterea, quia aliqui in corde, vel cerebro posuerunt. Reiicit

Aegidius respondet, quòd non est in loco per se, quia non existit per se. Sed hoc non valet; quia erat corpus secundũ hos, & sic per se erat. Sol. 1. Reiicit

Simplicius dicit, quòd anima non est in loco, quia est indiuisibilis, & est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte. Adhuc hoc non satisfacit; nam id non est verum in omni anima, & propterea id nihil est in opinione Antiquorum ponentium esse corpus. Sol. 4. Reiicit

Dico igitur, quòd anima ob id non est in loco, quia est forma animati corporis: at forma non est in loco, sed in materia. esse autẽ in materia, non est esse in loco, vt ostensum est 4. libro Physicorum. idcirco forma non habet per se locum, consequenter autem nec per se motum. Sol. 5. rior.

Si autem est substãtia aĩę. Tex. XXXIX.

EXcludit, quod dici poterat, aĩam non moueri nisi per accidens: reiicit hoc, quia si aĩæ secundũ naturã, ac substantiã inest motus; cum sit de eius definitione non erit secundùm accidens, sed secũdũ se, quod si secundum se ineſt, erit in loco secundùm se, & non erit sicut albedo, & tricubitum: ista enim accidentia non mouentur secundum se, sed ratione subiecti, ob id non sunt secundum se in loco. Secus autem est de anima, quæ cum secundum se moueatur, vt isti dicunt, secundũ se erit in loco. Quod satis si dicat anima moueri per accidens.

Amplius aũt si natura mouetur. Tex. XL.

ARgumentũ secũdum facit. Si anima mouetur naturaliter; ergo põt moueri violenter, & sic quieſcere põt naturaliter, & violẽter. Motus enim naturalis in quietẽ naturalẽ, & violen- 2. Ra

violentus in violentum terminatur; at animæ hęc inesse non possunt secundùm se, & non ratione corporis. Non enim, quantus fingere velimus, apparebit, quis sit motus violentus, & quæ violenta quies; nam vt anima est, secundùm appetitum mouetur; naturalis est.

Dubium. Dubitatur hoc loco. aduersatur rationi Aristot. quia non videtur valere, si naturaliter mouetur, quòd possit violenter moueri: nam cœlo inest primum, non autem violentum.

Solutio. Respondeo, quòd argumentum procedit doctrina supposita, scilicet, quòd sit vel elementũ, vel ex elemento; huic enim vterque inest motus.

Amplius autem siquidem sursum.

1. Ratio. RAtio tertia est ex suppositione etiã. Si anima secundùm se mouetur; ergo vel sursum, & sic erit ignis; vel deorsum, & sic erit terra, vel ad media loca, & sic erit aer, vel aqua.

Obiectio. Dices hoc non esse incõueniens; quia ita dicebant Antiqui.

Solutio. Rideo cum Philop. ♑ non solum hoc concluditur, sed ♑ ignis erit aĩa, & quæcunq; aqua erit anima; quia anima non habet motum alium quàm elementi: quãuis hoc magis concludat contra eos, qui eam incorpoream posuerunt, dicentes esse numerum.

Præterea quoniam videtur mouere'. Tex. XLI.

4. Ratio. VArtã ponit rationẽ, quæ talis est. Si anima suo motu mouet corpus, vt, ♑ illo motu eodẽ moueatur & mouet corpus; & quo mouetur corpus, econtrà erit, anima moueatur. quod si ita est, cùm corpus moueatur secundùm locum, desertq; vnum locum, & iterũ redeat ad ipsum, siue moueatur secundùm partẽ, siue secũdùm totum, poterit etiam anima sic localiter moueri, poteritq; deserere vnũ corpus, aut partem, & iterum regredi: qđ si ita est, animalia mortua poterũt reſurgere: quod videtur impossibile.

Nota. Notat Themistius, quod hæc ratio procedit apud eos qui animam dixerunt sõlùm esse in corpore, sicut nauta in naui, vel aqua in vase, puta, vt in loco; nõ apud eos, qui dicunt, esse in corpore certam dispositionem, secũdùm quam est anima, vt in materia: hac autem remota, non redibit anima.

Dubium Porphyrii, ex Themistio. Dubitatur: quia non videtur verum, quòd anima mouens suo motu corpus, eodem motu moueatur: nam Sol circulariter motus, eleuat vapores motu recto: & trahentes nauim, non trahuntur. Hoc dubium est Porphyrij, vt citat Themistius.

Solutio. Respondet autem, ♑ non debet intelligi eadem specie motus, sed de eodem genere; vt si mouetur corpus localiter, & anima similiter, & ita habet verũ in trahẽtibus nauim; Ad illud de vapore, dicit ♑ non immediatè à Sole mouetur; tunc non sic moueretur, sed à calore insito; at corpus ob anima immediatè mouetur, & sic procedit argumentum.

Motu aũt secũdũ accidẽs etiã ab altero. Tex. XLII.

OVintum facit argumẽtum, & hoc procedit contra primum dictũ tex. 36. ♑ motus sit animæ substantiæ. argumentum est tale. Omne quod fit substantiam mouetur, ac secundũ se, non põt ab alio moueri; at anima ex supposito secundũ substantiam, & secundum se mouetur, cùm motus sit de ipsius definitione; ergo non potest moueri ab altero. At verè moueri potest ab altero, ſcùm animal ipsum ab aliquo violentè impellitur; tunc enim cõstat ab alio moueri animã; ergo non mouetur secundùm se. Nam non est moueri ab altero, quod dicitur moueri per accidens, nisi eorum, quæ mouentur non secundùm se, sed secũdùm accidens. Maiorem exemplo probat. Quod est bonũ secundùm se, non est bonum propter alte- Impugnatio primi fundamẽti Aristotelis quòd motus sit animæ substantiæ. 3. Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum: & quod est bonum propter se, non est alterius gratia: ergo nec quod secundũ se mouetur, per accidens moueri, vel ab altero potest.

Non omne est bonũ secundũ se, aliud propter se.

Aduerte, quod aliud dicitur bonum secundum se, aliud bonum propter se. Id est bonum propter se, quod non propter alium expetitur finem, vt bona honesta, scilicet, virtutes, & scientię. Huic opponitur bonum propter aliud, seu quod est gratia alterius. Bonum verò secundùm se, est quod bonitatem habet non participatam, sed ex se, vt solus Deus: sicut albedo est secundùm se alba, quia essentialiter, corpus verò ab altero est album. Huic opponitur propter aliud esse, vel per aliud.

Hoc est igitur, quod Arist. dicit, bonũ secundum se, non est bonum per aliud: & bonum propter se, non est gratia alterius. Si ergo anima esset motus substantialiter, non moueretur, per accidens, & ab altero, sed ex se semper haberet motũ. Hoc argumentum probat, non esse substantiã animæ moueri, & sic non debuit definiri per motum.

Animam autem maximè. Tex. XLIII.

Præoccupatio obiectionis, & eius solutio.

VIm dixisset, animam non posse moueri ab altero, si secundùm se moueretur, ne videretur intelligere de quocunque motu, dicit quòd posset quidẽ motu cognitionis moueri à sensibilibus; sed nõ est iste motus proprius, de quo est sermo, sed de locali. quòd si anima motu etiam cognitionis secundum se moueretur, adhuc à sensibilibus moueri non posset: qđ friuolum apparet.

4. Ratio

Statim adiungit sextam rationem ad idem, quòd si anima secundùm se mouetur, remouetur à seipsa, sicut quod secundùm accidens mouetur, remouetur ab accidenti. Nam motus, remotio quædam est; non ergo substantia animæ est motus; aliter ipsa à se remoueretur, sicut motus à suis partibus.

Quidã aũt, & mouere animam. Tex. XLIIII.

Reprehensio Democr. qui putabat animam moueri motu corporis fimili.

ARguit Democritum, quòd dixit, animam moueri motu corporis simili, ac ob id corpus moueri, quia anima, & atomi inclusæ in corpore cõtinuo mouentur. dicit hoc dictum esse simile cuidã quod refert Philoponus quidã Comicus, qui refert Dedalum fecisse Venerem lignea moueri, infundendo argentum viuum intus, quod suo motu mouebat statuam. Ita videtur dicere Democ. atomos, & animam mouere.

1.

2.

At hoc friuolum est: tunc enim non posset animal quiescere. nam atomi perpetuo, & naturaliter mouentur: animę autem motus non est huiusmodi, sed secundum Intellectum, & electionem, id est, est voluntarius motus.

Nota.

Et hoc argumentũ est validum ad probandum, animam non secundum se esse motam naturaliter, quia nunquam quiesceret. Cùm igitur non sit perpetuo in motu, non est per motum definienda.

Reiicitur solutio, quę dici posset Democ.

Forsan loquebatur Democritus de motu cordis, qui necessarius est, & sine quiete: sed tamen anima non solùm illius est causa, sed exterioris motus: ob id argumẽtum procedit adhuc contra ipsum.

Eodem autẽ modo, & Timæus. Tex. XLV.

Reprehensio Platonis, qui putabat animam moueri motu cordis.

SImiliter etiam ratione arguit Platonem, qui animam mouere corpus eodem modo, dixit: nam affirmauit, animam se mouere: & quia erat corpori affixa, & colligata, secũ mouebat, & ipsum corpus.

1.

Præterea Plato dixit, animam componi ex harmoniis, vt harmonias posset percipere.

2.

Nota mẽtem Plat. 2. Fundã. In illis numeris insunt quatuor consonantiæ aspectus rectus. 1.

Dixit vlterius, quòd, vt motus corporũ resonderent motibus animæ, oportebat in anima ponere motus cœlorum. Loquebatur enim de anima cœli, ac ideo posuit motũ animæ rectum, & hunc fecit circularem; circularem autem diuisit in duos, & vnum horum in septem: & sic anima per

3.

per hosce motus in se poterit motuum corporum similium esse causa. Hic locus est valde difficilis, & à paucis intellectus: ob id non debet videri graue, si paulò diligẽtiùs, & latiùs expoluero Platonis sententiam.

Exponitur diligẽtius Plat. sententia. Primum fundam. sex esse species consonantiarum in musica.

Sit primum fundamentũ, sex esse consonãtiarum musicalium species, quarum prima est diapente, quæ est consonantia ex acuto & graui in sexquialtera proportione consistens. Altera est diatessaron, quæ consonat in sexquitertia. Altera diapason, quę ex vtraque cõponitur, & consonat in dupla proportione. Quarta est bisdiapason, quæ consonat in quadrupla proportione. Quinta est diapason diapẽte, & hęc consonat in tripla proportione. Sexta est diapason diatessaron, & hæc à multis non censetur consonantia, quia consistit in proportione superpatiẽte, vt octo ad tria, quæ est dupla super bipartiens tertias; quia octo, bis continent tria & duas tertias, id est duas vnitates, quarũ singulæ sunt tertia pars ternarij. At omnis proportio debet esse multiplex, aut superparticularis, si debet consonare: tamen, quia recipitur pro cõsonantia a Ptolomeo, & a Platonicis, nos etiam annumeramus ipsam.

1.
2.
3.
4.
5.
6.

7.

Vltra has est vnum principium, ex quo consonantia componitur, scilicet tonus, & consistit in sexquioctaua proportione.

Quib' numeris dictę consonantię cõtinentur.

Omnes hæ consonantiæ his numeris continentur septem, 1. 2. 3. 4. 8. 9. 27. Nam duo ad vnum est dupla, in qua consonat diapason: tria ad duo est sexquialtera, quatuor ad tria, est sexquitertia, in qua consonat diatessaron. 8. ad 3. est quadrupla bisdiapason. 8. ad tria est dupla super bipartiens, in qua est diapason diatessaron. 9. ad 8. est sexquioctaua, quæ est tonus. 27. ad 9. est tripla, in qua est diapasõ diapente.

Volens igitur Plato, animam ex omnibus componere consonantijs, dixit ex his septem numeris esse compositam.

Sit secundum fundamentum, quòd in his numeris insunt quatuor alia, scilicet aspectus rectus, reflexio, duplex ordinatio, identitas, ac diuersitas.

Aspectus rectus est, quia si ordinatè disponantur, vt sunt dispositi, semper quæ sequuntur maiores.

Reflexio est, quia positis paribus ex vna parte, & imparibus ex altera, pares per vnitatem additam fiunt impares, & impares fiunt pares, & hoc satis notũ est: nam par, vnitate addita, fit impar, & impar, par. Et hoc bene dicitur reflexio: quia redit numerus ad suam speciem, vt ternarius discedit quodammodo à se in quaternario, at per quinariũ regreditur: quia quinarius est impar; similiter pares respẽctu imparium.

Duplex coordinatio est, quia pares dispositi per se habẽt vnam proportionem inter se, impares habent aliam; vt si disponas illos pares 2. 4. 8. est dupla proportio inter hos, scilicet duo ad vnum, & 4. ad 2. & 8. ad 4. At si disponas impares, est tripla vt 3. 9. 27.

Est etiam in his identitas, puta, in imparibus. Si enim sumas omnes impares ordinatè vt 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. & reliquos, & quadratis resultantibus ex primis addas sequẽtes, fiũt semp quadrati numeri.

Est autem quadratus numerus, qui ex aliquo multiplicato per seipsum resultat, vt nouenarius, qui ex ter tribus.

Sume igitur primum quadratum, sit ex tribus cum vnitate, qui est quaternarius: adde secundum imparem, qui est quinarius, fiunt nouem, qui est quadratus. Iterum huic nouenario adde tertium imparem 7. fiunt 16. qui pariter est quadratus; & sic consequenter.

In paribus verò id non fit: ob id diuersitas dicitur esse in illis. Cùm autem numeri septem positis partim sint pares, partim impares, ob id in eis, & idem, & diuersum dicuntur inesse.

Tertium fundam. Arist. Platonis verba vt sonant, impugnasse, & ideo vt dendum, quid per illa intellexerit Plato.

Sit tertium fundamentum, quòd Plato dicit animam esse ex his, nõ vt vellet animam realiter esse ex numeris, sed vt per eos indicaret ea, quæ in anima sunt. Et si ita est, Aristoteles impugnans ipsum, potius verba quàm rem considerat, vt notãt Simplicius, & S. Tho. ob id quid per ista vellet explicabimus.

In corporibus cœlestibus quo illa quatuor, vel quinque sint consonantia.

Et quidem in corporibus cœlestibus hæc omnia sunt. Primò est consonantia ob maximam motuum proportionem & primi mobilis, & aliarum sphærarum, & Planetarum inter se. Non autem ob sonitum musicalem, quem dicebãt Phytago-

aspectus recti, &c. 1. 2. 3.

rei prouenire mirabilem ex illo motu, nos q̃, ob assuetudinem, non distinguere vt refert Arist. 2. Cœli tex. 52.

Est etiam aspectus rectus, scilicet axis, & linea recta transiens per polos, in qua corpora cœlestia mouentur. est etiam reflexio, scilicet motus ipsorum circularis: est duplex coordinatio, id est, motus ab Oriente in occidens primi mobilis, & ab Occidente in Oriens Planetarum, supra diuersos polos, & axes: est idē, id est, motus, perpetuitas ac continuitas. est diuersim; scilicet, motuum pluralitas: ob hæc dicuntur corpora illa cœlestia ex his numeris compos.

4. 5.

Quartum fundamē. Quo illa quatuor: vel quinque in anima reperiuntur. 1.

Sit quartum fundamentum, quòd etiā hæc applicantur animæ, non cuicunque, secundum Platonem, sed Intellectuali, & quidem secundum Platonē, primò animæ mundi, deinde nostris. putabat enim totius mundi esse quandam animam. licèt in eo deceptus fuerit.

Est igitur in anima consonantia duplex, & ratione corporis, & ratione sui. Ratione corporis, ob varia organa, & instrumenta inter se maximè ordinata: & ob magnā proportionem dispositionum in quocunq; organo. Ratione sui, ob ordinationem potentiarum animę inter se, & cum ipsa anima, & operationum simi inter: quædam enim antecedunt, quædam sequuntur, quædam imperant, quædam exequuntur: sicut etiam alia multa, quæ postea dicentur.

2.

Est præterea in anima aspectus rectus dupliciter. Primò in fluxu ab anima: primò enim est substantia animæ; sequitur postea potentia ipsius, post potentiam operatio. Secundò; quia cognitio procedit ab anima in res exteriores: & dicitur talis cognitio aspectus rectus, quia est processus ab vno in aliud distinctum.

Præterea est reflexio, quatenus ab anima procedit cognitio, & terminatur in res, & iterum per rerum externarum cognitionem anima venit in cognitionem sui ipsius, & est vt circulatio quædam.

3.

Est etiam duplex coordinatio, puta sensus, & Intellectus, partis rationalis, et partis rationis expertis.

4.

Est identitas; quia vna est animæ substantia: est autem diuersitas in potentiis, & operationibus. Vide igitur, qualiter hæc reperiantur in anima.

5.

Tex. Arist. expositio.

Superest tamen textum declarare. Dicit enim, quòd Plato rectum fecit obliquum, & circulum diuisit in duos, & vnū diuisit in septem: quæ verba, & corporibus cœlestibus inſunt, & animabus rationalibus.

Rectum vocat mundi axem; & hunc flectere in circulum, est dicere, quòd super hunc fundauit Deus totam machinā cœlestem velut vnum corpus circulare. postea fuit diuisa hæc machina in duos circulos, videlicet in octauam sphæram, quæ mouetur ab Oriente, & aliam inferiorem quæ ab Occidente. Non enim Plato, nec Aristot. cognouerunt nisi octo sphæras: postea illam ab Occidente diuisit, in septem sphæras, secundùm numerum planetarum.

Quo esset anima coniuncta.

Ista autem applicantur animæ. Rectū, & velut axis, est ipsius essentia in qua sit circulus. mā est essentia, virtus, operatio: & hæc iterum redit ad essentiam, quia se anima cognoscit. Fuit diuisum hoc in duos circulos, scilicet, in partem intellectiuam, & in partem sensitiuam: iterum sensitiuam in septem potentias, id est, Sē sum exteriorem, Sensum communem, Imaginationem, Aestimatiuam, Memoriam, Irascibilem, & Concupiscibilem.

Fit etiam diuisio ex parte obiectorum cognoscibilium. Primum in intelligibilia, & sensibilia. Iterum sensibilia diuidū tur in septem corporum genera, puta cœlū, elementa, mista imperfecta, mista perfecta, plantas, animalia, hominem. Hæc sunt, quæ pro intelligentia loci huius videntur facere: & sunt notanda, quia per ea declaratur locus Arist. difficilis.

Primum igitur non bene est dicere. Tex. XLVI.

Reprehenditur Plato.

COntra Platonem argumentatur, ipsumque reprehendit, & quòd posuerit animam esse magnitudinem, & quod potuerit ipsam circulariter moueri. Ne tamen fit æquiuocatio in disputatione, distinguit primò de qua anima loquutus fuerit Plato, scilicet de Intellectu, & anima mundi, nō autem de sensitiua, vel

vel appetitiua, illamq; dixit circulariter moueri: sensitiua autem, & appetitiua nō mouent circulariter, sicuti nec corpora, in quibus sunt; Intellectus verò circulari ter mouetur, suoque motu mouet cœlos, atq; de tali locutus est Plato in Timæo.

Vis & energia rationis Aristot.

Intellectus autem vnus & cōtinuus est. Tex. XLVII.

Quòd intellectus non sit magnitudo.

PRimum facit argumētum, quo probat, Intellectum non posse esse magnitudinem, nec diuisibilem continuè. est autem ratio huiusmodi. Intellectio, quæ est operatio ipsius Intellectus, est vna & non sicut magnitudo, sed potius vna secundum numerum, & discretum: ergo etiam Intellectus est vnus, non sicut magnitudo, sed sicut indiuisibile, vel sicut discretum. Consequentia est nota; quia, vt notat Simplicius, res spirituales, cùm non habeant figuram, nec sensibilia accidentia, per operationes considerantur. At antecedēs probatur: quia intellectio est sicut notio, id est, res cognita; sed res cognita, nō est sicut magnitudo, sed sicut numerus: ergo & intellectio.

Prima ratio contra Platonem.

Nota expositionē rationis Aristo.

Pro declaratione huius rationis nota, quòd Intellectio, est operatio ipsius Intellectus, per quam res intelliguntur ab Intellectu. Hæc autem intellectio non accipit quantitatem à rebus; quia res sunt extra animam secundùm se, & intellectio est immanens: sicut cùm video cœlum, visio non accipit quantitatem a cœlo, aliàs tā extēsa esset visio, sicut cœlum: hoc enim accidit in actionibus transeuntibus in subiectum, vt tanta est calefactio quantum id quod calefit. Intellectio igitur nullam prorsus capit magnitudinem à notione, & re intellecta, sed modo indiuisibili est res in intellectione percepta.

Quamuis autem intellectio nō sumat continuationem à re cognita, sumit tamen numerationem, & discretionem: ea vnius vna est intellectio, & multorum multæ, & sic notiones benè dant quantitatem discretam intellectioni.

Dicit igitur Arist. quòd cū intellectio, vt intellectio est, nō sit vna continuatione, sed potius secundùm numerum, nec ipse Intellectus habebit magnitudinem, sed erit indiuisibilis; & si quantitatem habet, potius erit discreta. Argumentum igitur est, quòd cùm res indiuisibiliter percipiatur, erit intellictio, & intellectus expers magnitudinis, eritq; indiuisibilis.

Qualiter enim intelliget, magnitudo cùm sit.

2. Ratio contra Plat.

SEcundū facit argumentum, non iā ex obiecto, sed ex ipsa Intellectione sumptum: procedit antē ex duobus dictis Platonis. Alterum est, quod intellectus non intelligit rem, nisi ipsam aliquo modo tangat. Alterum, ꝙ intellectus mouetur circulariter, & per motum tangit rem, quam intelligit.

Suppositio duorū dictorum Platonis.

Est itaque huiusmodi argumentum. Vt Intellectus, qui magnitudo dicitur esse, intelligat, tangit rem. peto, vel debet tangere rem secundùm omnia puncta sua, vel secundùm omnes partes suas, vel secundùm aliquam, vel vnum punctum solum, vel secundùm totum. Sed nullo modo horum contingit intellectio.

Nectitur argumentum.

Primò, si secundùm quodlibet suum punctum tangere debet rem, cum tangat, mouendo se, & puncta sint infinita, nunquam finietur tactus, & sic nec intellectio.

Secundò, si secundùm omnes partes debet tangere, cùm sint innumeræ & infinitæ partes, idem infinities intelligetur: nā quilibet tactus erit Intellectio; at friuolū est hoc, quia contingit aliquid semel intelligere.

Tertiò, si dicas, Sat est vno puncto tangere, vel vna parte: sequitur, quòd non est tam necessarium quòd Intellectus tangat secundùm alias suas partes: & sic sequuntur duo. Alterum, quod non est opus, Intellectum circulariter moueri, cum absq; tali motu possit rem semel tangere: alterum, quòd non est magnitudo, quod patet. Nam si, vt intelligat, non est opus, ꝙ totum tangat, sed secundùm aliquid sui; profectò hoc, quod tangit, erit Intellectus, nec est necessaria quantitas, cum secundum illam non tangat.

Qui autò, si dicas, quòd secundùm totū debet tangere, idest, nulla tactione partiū

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est intellectio, sed cum absolutus est tactus secundùm omnes partes: protectò, non videtur quis sit tactus partium, ideſt, quid sit, cùm singulæ partes per se tangunt, si nõ est tunc intelligere. Hoc est argumentum.

Clariùs autem sic proponitur. Si Intellectus est magnitudo tactu rẽ intelligẽs, peto, Vel tangit successiuè omnibus suis punctis, vel partibus, rem in singulis intelligendo; vel vno solo; vel nullo per se intelligit donec absoluatur tactus totius Intellectus. Non primum: quia nunquam finietur intellectio, & infinities idem intelligetur. Nõ secundum; quia fruſtra erit magnitudo reliqua Intellectus, similiter & motus. Non tertium, quia non videtur, quid sit tactus partium; ergo Intellectus non est magnitudo.

Clarior eiusdem argumentum explicatio.

Nota.

Hoc argumẽto Simplicius & Philoponus voluit probare indiuisibilitatem animæ etiam sensitiuæ: sed non probat hoc argumentum, nisi, quòd secundum se nõ sit Intellectus magnitudo, vt dicebat Plato; non autem probat, quòd per accidens ratione subiecti sit diuisibilis; aliter enim potentia sensitiua esset indiuisibilis omnino. sed de hoc latè posteà disputabitur, vbi magis examinabimus rationem hãc, ipsius vim aperiemus: interim sufficiant hæc pro textus expositione.

Amplius quomodo intelliget. Tex. XLVIII.

3. Ratio.

PRiora verba textus huius sunt exposita: sunt.n. superioribus connectenda, in reliquis sit argumentũ tertiũ, quo nõ per tactũ intellectione fieri posse probatur. Nã Intellectus vel est indiuisibilis, vel diuisibilis. si indiuisibilis, quo tanget diuisibilia? non enim se adæquabit illis: si autẽ diuisibilis, quomodo tãget indiuisibilia? Cùm igit intelligatur vtraque, non potest esse indiuisibilis, sicut punctum, nec diuisibilis, sicut magnitudo, quia non posset sic omnia tange

Necessariũ aũt est intellectum esse circulum hunc.

4. Ratio.

QVartum argumentum facit, quo ostendit, quòd non sit Intellectus magnitudo circularis; & tale est. Si Intellectus esset circulus, eius operatio diceretur circularis; nam circuli operatio, circulatio est, & circulatio est circuli: cùm ergo Intellectus operatio sit Intellectio, hæc esset circulatio: at id est impossibile: ergo Intellectus non est circularis magnitudo Probat minorẽ. Circulatio est perpetua, ideſt, carens principio, & fine, vt notum est; at nulla intellectio est absq; principio, & fine: ergo intellectio non est circulatio.

Actiuarum enim intellectionum.

Probat omnẽ intellectionẽ habere principiũ & finẽ; nam intellectio omnis, vel est practica, vel speculatiua: & speculatiua, vel simplex, vel definitiua, vel cõposita. s. demonstratiua. At omnes habent terminos; practicæ.n. incipiunt à fine, & terminantur in finem: nam causa finalis est principiũ cognitionis, & finis executionis in practicis, nec vltra finem procedunt: demonstratio autẽ terminos habet; syllogismũ, ideſt, præmissas, & conclusionem.

Probat notis logicis quod omnis intellectio habet principium & finem.

Præparatio ad sectionem.

At quia posses dicere, quòd non est finis in demõstrationibus; nam ex vna cõclusione potest alia inferri, & ex hac alia; respondet, quòd talis motus est potius rectus, non circularis, cùm non fiat regressus ad principia, non est enim circulus in demonstratione.

Nota.

Et aduertte, ꝙ poterat respõdere, adhuc esse finem; quia nõ est processus infinitus in post, sumendo, vel subsumendo, vt probatur 1. post. Tamen, quod notius est, dixit, scilicet, nõ esse processum circularem, vt Plato volebat: similiter et definitiua cognitio, finita est, cũ non sit processus infinitus in prædicatis essentialibus.

Am-

Amplius autem, si eadem circulatio.

1. Ratio.

QVintum argumentum facit, ꝙ cùm circulatio sit regressus frequens eiusdem, oportebit, ꝙ idẽ sæpe intelligatur necessario: quòd falsum est.

6. Ratio.

Fit etiam sextum argumentum. Nam intellectio simplex similiter discursiua, potius quies dici debet, q̃ motus, & hoc in opinione Platonis. Vt enim dicitur 7. Physic. cap. 3. quiescentibus passionibus, & corporum turbationibus fiunt cognitiones in anima, secundum Platonem: potius ergo quies est intellectio, vtpote, quæ fit in fine motus.

At verò neque beatum. Tex. XLIX.

7. Ratio.

SEptimum argumentum facit, quod intelligi debet sic: Intellectus.n. vt Intellectus est, non est moueri localiter, sed id est præter naturã ipsius: intelligere enim solum est illi naturale. Hoc suppositio, argumentum procedit, ꝙ Intellectus nõ esset beatus: quod absurdum videtur. Anima enim mundi maximè debuit beata esse. Sequela autẽ patet: quia mouetur localiter, qui motus, cum non sit secundum ipsius naturam, erit illi violentus, & cũ difficultate: nihil autem huiusmodi beatum esse potest.

Nota ex Philop.

Philoponus exponit, vt hoc argumentum pendeat ex præcedenti, in quo dictũ est intelligere potius esse quiescere: vnde sequitur, quòd moueri est propter ipsius naturam. Sed mihi placet magis data expositio prior.

Laboriosum autem est, & commistum.

8. Ratio.

OCtauum facit argumentum. Quod melius est, id est dandum Intellectui, cũ sit nobilissima natura: at melius est esse sine corpore: ergo non debet dici, ꝙ Intellectus est in corpore, ita, vt nunquã possit separari: quod dicebat Plato de anima mundi.

Not. 1. ex Simpl.

Notat Simplicius, quòd esse in corpore Intellectum ad tempus nõ est absurdũ hoc enim nostris accidit aĩabus. at esse semper, & inseparabiliter, hoc absurdum est; & sic dicebat Plato de anima mundi, Intellectus enim, cùm sit res spiritualis, non est alligandus semper corpori.

Dubium. Solutio.

Dices, Nonne Arist. alligauit Intelligẽtias orbibus? Respondeo ita esse, sed negauit moueri motu orbium, & per se, & per accidens. Absurdum autem esset Intellectum ligare orbi, vt simul cum ipso moueretur.

Nota 2. contra Auer.

Ex quo nota locum cõtra Auerroem, q̃ dixit, vnum Intellectum in omnibus hominibus: hic enim ponit illum, sicut Plato mundi animam.

Nota 3. circa ppetuã vnionem aĩæ cum corpore.

Hic etiam aduerte, quòd partim dicebant bene illi Philosophi, partim non bene circa animam nostram. Bene quidem; quia nõ debuit Intellectus alligari corruptibili semper, & bonum est et absque tali esse corpore: errabant tamen, quia putabant nunquam futurum intellectum in corpore, quin corpus esset corruptibile. At nos, vt veritas habet, credentes corpõrum immortalium resurrectionem, dicimus, melius esse rationali animæ esse cũ tali glorioso corpore.

Immanifesta autem est. Tex. L.

9. Ratio.

NOnum facit argumẽtum: q̃ ex dictis Platonis nõ colligitur causa, cur cœlum circulariter moueatur: Nõ enim est ipsa anima: quia motus localis, vt ostensum est, est illi non secundum naturã, nec ipsum cœlum potest sibi esse causa, quia corpus cœleste non est causa circularis motus, sed potius anima: nulla ergo causa per se debetur, secundùm Platonem.

Præterea nec causa finalis debetur, cur circulariter mouetur: & tamen dici non potest. quòd non est causa: nam sicut gloriosus Deus propter finem aliquem fecit cœlũ moueri, & quiescere, ita ẽt fecit propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter finem quòd circulariter moueretur, & non alio modo. at Plato has causas nō explicauit.

Quoniam aũt huiusmodi intentio. Tex. LI. LII.

Prima rō non solū contra Platonē, sed etiam cōtra reliquos Philosoph.

QVia consideratio causarū motus huius circularis ad libros de Cęlo pertinebat, hoc ad illum remittit locum: Decimū tamē argumentum facit contra Platonem, & contra reliquos Philosophos, quo insufficientiæ arguuntur. Nam cùm omnes animam in corpore esse dicant, nihil de corpore tractent, nec reddunt causam, quare in corpore sit, nec qualiter se habeat ipsum suceptiuum corpus.

At cognitio corporis necessaria est profectò, sicut & corpus necessarium est ad animam: sunt enim inuicē proportionata: aliter vnum non moueret, nec alterum moueretur. Mouere enim, ac moueri inuicem, non quibuscunq; inest, sed, quæ inuicem habent rationem aliquam. Oportebat ergo explicare, & notitiam facere ipsius corporis, tractantes de anima.

Hi aũtē solum conantur. Tex. LIII.

Prosequitur idem ex proportione animæ ad proprium corpus.

COntinuat sermonem, dicēs, ꝙ isti nihil de corpore dicentes videtur consentire fabulis Pythagoricis, ideſt, quòd corpus nullam habet cum anima proportionem ac ob id animas transmigrare ex corporibus in varia specie corpora. hoc autem est falsum: quod probatur. Ita enim se habet ad ad corpus anima, sicut ars ad instrumenta; at non quælibet instrumenta cuilibet arti competunt: nō enim tibi arti faciendi tecta: sed quæcunque instrumētā habent propriam formam, secundùm quam peculiari seruiunt arti; ergo similiter de anima dicendum est; non enim eadem modò corpus hominis, modo equi, modò leonis potest accipere, vt dicebat Pythagoras.

An anima rationalis per se moueri possit. Quæst. IX.

Difficultas huius quæstionis eiusque necessitas.

QVærtio hæc difficilis est, tamē admodum necessaria ad intelligentiam immortalitatis animæ: sermo autem est de rationali anima: & petimus, an per se moueri possit anima, ita, vt recipiatur in ipsa motus. Difficultas autem est, suppositā veritate, puta, ipsam esse incorporeā, ac spiritualem, simplicemque substantiam.

Primum argumentum ad partem negatiuam.

Videtur primò, quòd non possit moueri. Loquimur autem de motu secundùm locum præcipuè. Nullum non existens in loco pōt moueri localiter: at anima non existit in loco: ergo non potest moueri. Consequentia est certa cum maiori. Minor probatur; quia anima est incoporea, at incorporeum non potest commensurari loco, qui quantus est: nec possumus signare locum correspondentem incorporeo: ergo non potest esse in loco.

2. Arg.

Præterea secundò. Motus diuisibilis est ratione temporis, & ratione etiam mobilis partium, vt dicitur 6. Physic. tex. 33. at spirituale nullas habet partes: non ergo potest motum in se recipere, sicut nec albedinem.

Confirmatur 6. Physic. tex. 86. probat, nullum indiuisibile posse moueri.

Cōfirmatio 3. Arg.

Præterea tertio. Si anima moueretur, vel naturaliter moueretur, vel violentè. Si violentè, etiam naturaliter aliquando moueretur: tunc, vel moueretur sursum, vel deorsum. si sursum:, ergo est ignis, vel ignea. si deorsum, ergo est terra, vel terea: quæ omnia falsa sunt: cum sit spiritualis substantia.

4. Arg.

Præterea quartò. Omne, quod à se mouetur est diuisibile in partē motā, & partem mouētem, vt Aristot. probat 8. Physic. per multos textus: sed anima impartibilis est, & spiritualis, ergo impossibile est, ꝙ moueatur per se, & à se: non igitur, separata à corpore mouebitur.

5. Arg.

Præterea quintò. Omnis forma substātialis est immobilis per se, nec aliter q̄ cum composito mouetur: at anima rationalis est verè substantialis forma: ergo est immobilis per se.

Præterea

6. Arg.

Præterea sextò. Quia aliter discursus Aristot. periret, quo probat esse primum motorem immobilem: quia quod mouetur, componitur ex parte mouēte, & mota: at primus motor, non sic componitur. quòd si simplex, & incorporeum moueri posset, vtique non conuinceretur immobilitas illius, posset enim moueri absque tali partium distinctione: ergo anima per se moueri non potest.

No. his argumen. aliqui decepti pessimè putarunt, secundum mentem Arist. animā esse mortalē.

Hęc argumenta probantia animā non posse moueri per se, videntur, saltē secundùm doctrinam Arist. simul etiam probare mortalitatem animæ: nam si nō est per se mobilis, videtur quòd ab ipso corpore non sit separabilis. atque ob id his argumentis decepti pessimè credunt aliqui secundùm mentem Arist. ipsam esse mortalem. At nos contrarium secundùm vera naturalia principia, & secundùm Aristo. mentem determinabimus, & demonstrabimus.

1. Funda. de natura loci, q̄ consistit in hoc, ꝙ ambiat, et circūscribat rem. Illationes duę.

Sit igitur primum fundamentum. Loci naturam consistere in hoc tantùm, ꝙ ambiat, & circūscribat rem ita, vt sit res hic, & non alibi. Et hoc paret ex diffinitione ipsius. Dicitur enim, locus esse superficies corporis continentis.

Sequitur ex hoc, quòd non est ex natura loci, ꝙ duo corpora sint in loco vno; non enim ex parte loci repugnat, duo, vel plura corpora, simul circunscribere: repugnantia verò est ex parte eorum, quę in loco sunt. Nam duo corpora mutuò se impediunt, quo minus in vno sint adæquato loco.

1. Nō repugnat ex natura loci, ꝙ duo insint corpora.

2. Nō repugnat ex natura loci, ꝙ res sit tota in qualibet parte loci.

Sequitur etiā, quòd non repugnat naturæ loci, quòd res existens in loco, sit in qualibet parte loci illius res tota: dummodo enim res sit præsens loco alicui circunscribenti, seu definienti rem totam: sat est vt res sit in loco, quanuis res non sic sit in loco, vt pars rei respondeat parti loci: sed sit tota in qualibet parte: quòd si res non potest esse tota in qualibet loci parte, id non ex natura loci, sed ex parte eius, quod in loco est, prouenit; puta, si corpus est. Vide igitur, quid ex natura loci fit.

De natura loci est continere, & circūscribi loco.

Sicut igiē natura loci est definire locatum, & continere, ita etiam de natura locati est cōtineri, & comprehendi à loco, ac ei toti commensurari. Hinc fit, quòd si nos inuenimus modum, quo res possint loco limitari, & definiri, inuenimus etiā modum, quo sit in loco.

Duobus modis res possūt loco definiri, ex quolibet.

Dupliciter autem possunt res loco definiri. Quædam per suam quantitatem, & magnitudinē, quales sunt corporeæ substantiæ: hæ enim sunt in loco per suam quantitatem, nam per hanc aptantur loco. Quædam aliæ per suam operationem externam possunt aptari loco. Cùm enim certum sit, rem esse simul cum sua immediata operatione, fit vt vbi operatio immediata rei fit, ibi etiā res sit, & hoc modo sunt substantiæ spirituales in loco. Vt enim corpus per quantitatem suam, locū in quo sit, sibi determinat: ita substantia incorporea per operationē, quam extra se exercet, dicitur esse in loco. Est enim præsens intelligentia vbi operatur, ac in tanto loco in quanto operatur.

Quo corpora, & quomodo res spirituales sint in loco.

Nota.

Nec intelligas, quòd per operationem actualem est Intelligentia semper in loco: sed per operationem virtualem. Vt enim, si ab isto corpore auferetur quantitas, vt ꝙ in eodem loco manerer, in quo antè, per aptitudinem ad talem quantitatem; Sic Intelligentia, & substantia incorporea terminatur in loco tanto in quanto potest immediatè operari, quāuis non operetur semper.

Discrimē vtriusq; modi.

Est autem iste modus diuersus à priori: nam in priori res existit in loco per aliquid internum, scilicet per suam quantitatem, qua existente diuisibili, id etiam, quod per eam in loco est, diuisibile est, & in loco existit totum, & in parte pars. At operatio, in ordine ad quam existit in loco incorporea substantia, est extra substantiam ipsam, & ei externa: idcirco nō diuiditur Angelus diuisione suæ operationis, potestque esse in loco toto totus, & totus in qualibet parte, sic etiam quæuis incorporea substantia.

Qō Deus esse i omni loco dicatur.

Hinc fit, quòd neutro modo illorum duorum Deus in loco est, cùm nulla differentia loci circumscribatur, ac termineatur: est enim vbi est, & in mūdo & extra mundum, nullibi contentus totus. Modus prior illorum duorum dicitur existēdi in loco circunscriptiuè: posterior definitiuè, vt diximus 4. Phys. Deus verò est indefinitè, & sine termino vbique præsens.

Sit secundum fundamentum. Non im-

2. Fūda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non est necesse, vt si aliquid moueatur à se, detur in eo pars mouens, & pars mota.

plicat, quòd aliquid moueatur localiter à se, saltem proximè, quin illius motus detur pars mouens, & pars mota in illa re: imò hoc verissimum est in multis: Primò, mouetur ferrum ad magnetem proximè à se, non à lapide, cum distet, nec ab aere, cum quiescat: at huius motus nō est pars mouens forma ferri, sed sola virtus impressa, tota autem substātia est mota. Similiter idem fit in motu cibi ad partes animalis nutriendas, idem in vapore eleuato per calorem; idem in motu grauium, & leuium.

Substātia corporea moueri potest à virtute in se inhærente.

Si igitur substantia proximè mouetur à se motu proueniente à virtute inhærēti, non implicat profectò, substantiam incorpoream moueri à se per aliquam virtutem existentem in ipsa.

Nec oportet componi ex duplici parte substantiæ: repugnaret vtiq; incorporeū moueri à se, si esset tam simplex, vt nullā admitteret, nec accidentis compositionē, sed esset actus purus, qualiter se hēt gloriosus Deus, & quales quadā ex parte putauit Arist. esse intelligentias: ob id dixit, esse immobiles, non tantùm, quia carent partibus substantialibus, id probat; sed quia sunt omnino simplices, & puri actus; vt patet 12. Metaph. cap. 8. & 9. at anima rationalis habet virtutes, & potentias, nec tantam simplicitatem sortitur: non ergo prohibet ipsùm per se moueri posse, & à se. & hoc fundamētū cōsidera.

Non repugnat animam moueri per se & à se. 1. Fundamen qui bus conueniant per se esse in loco.

Sit tertium fundamētum, esse in loco per se, siue vno modo, siue altero dictorū non competit nisi his, quæ per se sunt. vn de formæ substantiales omnes, quæ per se esse nequeunt, nullo modo per se in loco sunt; nec animæ omnes; præter humanam; cùm etiā per se esse non possint.

At anima rationalis, quę media est inter spiritualia, & corporalia, potens per se subsistere extra corpus, potest in loco esse per se, cum corpus, relinquit, quamuis nōdum est in corpore, sicut nec reli quæ formæ substantiales.

2. Cōclu.

His verissimis fundamentis suppositis, sit prima cōclusio circa quæstionem. Substantia incorporea potest localiter moueri, & ab vno in alium locum mutari: nec id vllo modo repugnat. Probatur primò. Si aliqua esset repugnātia, quominus moueretur, esset, quia non est in loco: sed est in loco: ergo moueri potest: nec id repugnat. Sequela patet ex Arist. tex. 38.

2. Ratio.

Sed minorem probo primò ex Arist. 8. Physic. tex. 84. Dicit, Intelligentiā mouentem cœlum, esse in orbe. peto, quomodo sit in orbe: si discurras per omnes modos, quibus vnum est in alio, enumeratos ab ipso. 4. Physico. non inuenies alium, nisi esse in loco, nisi contra ipsum alium fingas. Vide igitur esse in loco incorporea.

Probo etiam idem: quia incorporeum intra certum loci spacium est, ita, vt alibi, & extra non sit: ergo est in loco. Est profectò euidens argumentum.

2. Ratio.

Probatur secundò. Si aliqua esset repugnantia, esset, quia non componitur: ergo non prouenit ex illa parte repugnantia. nec vlla alia videtur esse: quia, quamuis probetur, id esse non posse, solùm sequeretur, quòd à se non moueretur; sed non ostēderetur, quòd nō moueretur ab alio: at res dicitur per se moueri, & cùm a se, & cum ab alio mouetur.

3. Ratio.

Probatur tertiò. Intelligētia potest assistere vni corpori, puta, lapidi sicut assistit cœlo: lapide igitur moto, mouebit simul Intelligētia, cùm semper ei assistat: ergo potest per se moueri: nam quod mouet in alio, potēs per se esse, potest per se moueri. Nec est simile de orbe, quod aliqui non benè considerāt: nam orbis nō mutat locum totus, sed intrà secundùm partes, mouetur manens in eodem loco: ob id Arist. dicit, absq; suo motu mouere Intelligentiam: at si totum mutaret locum, vtiq; moueretur, vt in casu posito.

1. Cōclu.

Nec talis casus repugnat: nam Auerr. Intelligentiam corporibus humanis assistentem ponit, quam necessariò fateri debet moueri cum ipsis: ergo poterit etiam per se moueri, sicut nauta extra nauim.

Secunda conclusio. Probabilis est mihi valde Platonis sententia contra Aristotelem, quòd anima moueatur per se in corpore, & suo motu moueat etiā corpus sibi alligatum, & cōiunctum: & hoc maiorem probabilitatem habet in sententia Platonis, qui ponit animas rōnales assistere corporibus, & non informare, si cut nautas nauibus: si adhuc dico, id esse probabile, quamuis dicamus informare. hæc conclusio, quamuis noua sit, credo, quòd

quòd placebit.

Relicitur quorandam Plat. expositio.

Omnes ferè exponūt Platonem, cùm dixit, animam seipsam mouentem loquutū fuisse de motu improprio, scilicet de Intellectione secundum quam se intelligit. sed profectò ista expositio est potius eius extorsio: non enim nisi de motu proprio locali loquebatur, existimauitq; animam se mouere primò, sicut quędā Intelligentia se mouet, ac consequenter moue re corpus sibi allegatum. Hanc itaq; sententiam dico esse valde probabilem.

Probatur conclusio 1. Ratio.

Probatur primò suppositā cōmuni doctrina Arist. animam saltem hominis esse indiuisibilem, ac vnam in vnoquoque. sit igitur argumentum. Cùm nutritur homo, anima, quæ antè erat: ingreditur in nutrimentum: similiter in diminutione recedit, ergo anima sola mouetur in corpore citra corpus: similiter in abscissione membri retrahitur: & primum, quod viuit, & vltimum moriens, est cor: ergo anima profectò per se mouetur his motibus, & non cum corpore; nam partes corporis ibidem semper manent. Nec est dicendum, quòd cum parte materiæ recedit, vel accedit pars animæ; quia in homine vna est, & indiuisibilis.

2. Ratio.

Probo secundò, anima habet potentiā mouendi in seipsa; ergo potest per se moueri etiam in corpore. Consequentia videtur certa. Antecedens patet; quia si non habet potentiam mouēdi, dum est in corpore, nec separata mouebitur: quod falsum est, quamuis Duran. id admittat.

Nota, duplicem in anima potētiā motiuam.

Vbi nota, quòd est duplex potentia motiua. Altera secundùm quam corpus mouetur, & hęc est in neruis, & musculis secūdùm quas partes, anima mouet totum corpus; & hæc est organica, nec manet composito dissoluto, sicut nec manet potentia sensitiua. Altera est secundū quam mouet ipsos neruos; & hęc in sola anima manet, & corpore dissoluto superstes est, & secundùm quam mouere se potest in corpore.

Quòd si non esset talis potētia, sed omnis esset organica, cogeretur quis fateri, quòd separata anima, non potest moueri, nec recedit à corpore, nisi ab alio violentè expulsa; quod est fictum. Loquimur autem de anima rationali.

3. Ratio.

Probatur tertiò. Anima rationalis est per se, quamuis forma sit. vt igitur potest moueri separata, potest etiam in corpore; imò forsan sic prouenit, cum aliqui ex oratione feruenti eleuantur à terra, quod prouenire videtur ex motu ipsius animæ ferēte corpus secum, qui motus est in anima ex suauissima mentis in Deum contemplatione, quo impetu quodam ad ipsum fertur.

Hæc sunt probabilia: nec in hoc credo Aristoteli, qui talem sentētiam putat impossibilem: videtur profectò probabilis.

3. Concl.

Tertia conclusio. Sententia Arist. est probabilior, quòd anima non mouetur per se, sed per accidens ad motum totius corporis, ita vt vnius sit motus totius, & per accidens anima moueatur, vt totum facit cum materia, & per accidens se mouet; quia est causa motus totius, quo ipsa mouetur. Loquimur autem de anima, vt est in corpore. hoc teneo propter authoritatē Aristo. & omnium interpretū ipsius.

Probatur conclu. 1. Ratio.

Probatur etiam. primò, si anima per se in corpore moueretur modo, quo diximus, sequeretur duos motus esse in animalibus, quorum neuter esset naturalis: quod videtur absurdum. Sequela patet: nam esset vnus motus animę, & alter corporis, sicut vnus libri, & alter ipsius manus mouentis librum. Motus animæ non esset naturalis: quia non est à principio interno substantiali, sed à virtute motiua: anima enim simplex est substātia. motus corporis esset violentus, quia esset ab extrinseco, & contra proprietates corporis, cum enim sit graue, motus progressiuus esset illi violentus.

2. Ratio.

Probatur secundò. Anima est forma informans, vnumque per se cum corpore faciens, sicut aliæ formę: ergo non potest moueri per se, dum est in corpore motu proprio, quousque separetur.

Probatur tertio. Quia si anima moueretur illo modo, tunc corpus, quod est materia, per se moueretur: non enim est in corpore, citra animam, alia forma substātialis, sed est sola materia: at materia nō potest per se moueri localiter, vt alibi probat Aristoteles. Hæc sunt pro Aristo. nec inuenio fortiora argumenta.

Quarta conclusio. Secundùm Aristotelē, anima separata moueri potest per se. nec quidquam concludunt loca ista con-

Mouere est eig quod est actu potestate loquor de motu locali ad diuersa loca. ac corpus est potentia, est enim materia. ergo est quod mouetur, nec potest recipi motus localis nisi sit in 8 physic. tex. 25 et 26

Universidad de Deusto
Biblioteca

tra Platonem: in omnibus enim loquitur de anima existẽte in corpore. At quia huius probatio est solutio rationum propositarum in principio, ipsas conabimur soluere.

Probatur ex solutione rationum cõtrariũ.

Ad primum sufficienter patet solutio ex primo fundamento, & prima conclusione, vbi etiam secundùm Aristot. diximus, & ostẽdimus, incorporea esse in loco: anima autem in corpore existens, nõ est in loco per se, ideo ab Arist. profertur, nõ posse moueri per se: at de anima sepa rata alia est ratio, sicut de intelligentia.

Ad primum.

Ad secundum solutio est nota. Arist. lo quitur de motu corporum naturalium; ta lem enim Physicus considerat: & hic du pliciter est diuisibilis, non tamen quicun que motus.

Ad secundum.

Quod autem dixit lib. 6. indiuisibile non moueri, manifestè loquitur de indiui sibili habenti posituram in continuo, sci licet de punctο, vt ipse se exponit. At nõ sic est Intelligntia, vel anima: nam est in loco quanto, ac loco continetur, nõ sicut punctum, quamuis non occupet locum, sicut corpus: occupare enim locum, est, non solùm esse in loco, sed impedire, quominus aliud sit ibi corpus: & hoc proprium est corporum.

Ad tertium dico, illud argumentum esse Arist. contra Antiquos dicentes, ani mam esse corpus, & tunc procedit. Si fur sum mouetur erit ignis: at anima non est corpus: ob id argumentum non valet.

Ad tertium. 1.

Præterea etiam: quia anima non mouetur determinate fursum, sicut ignis. sed fursum, vel deorsum: est enim motus vo luntarius, & secundùm appetitum.

2.

Ad quartum dico, illum Aristotelis di scursum esse in corporibus, vt satis liquet ex ipsius rationibus, vbi de continuò ar gumentatur: quod autem incorporea moueantur, diximus in conclusionibus.

Ad quartum. 1.

Et propterea non concluditur, animã non moueri vllo modo, sed non à se: sed nec hoc concluditur.

2.

Ad quintum dico, procedit de forma pro statu, quo est in materia, non de se parata anima.

Ad quintum.

Ad sextum responsum est in secundo fundamento, ꝙ Aristot. colligit immobilitatem primi moteris ex omnimoda ipsius simplicitate, quia purus actus est.

Ad sextum.

Caput quartum.

Alia autem quædam opinio. Tex. LIIII.

Confutat Aristo. opinionem quandam referentem quæ assignat animæ esse harmoniam.

COnfutare prosequitur sententias Philosophorum, atque vnam impugnat, quam dicit multis fuisse visam probabilem, & rationabiliter videtur omnibus præcedentibus. at rationibus, ac argumentis damnata est tanquam falsa. Quãuis igitur visa multis sit probabilis, tamen rationes sunt contra ipsam. quas rationes dicit esse traditas in sermonibus communibus.

Nota.

Per sermones communes intelligit Simpli. dialogum Platonis, qui dicitur Phædo, vbi rationibus communibus talis opinio impugnatur, & dicit posse intelligi dialogum compositum ab Arist. qui nominatur Eudemus, in quo impugnatur illa sententia: & hoc dicit Philoponus: adducitq; quinque rõnes ex illo.

Exponitque sententiam hanc, quæ est, animam esse harmoniam, & proportionem contrariorũ in corpore. Cùm enim corpora ex contrarijs consent, crediderunt esse corporis in illorum proportione consistere, ac ob id, talem aliquam proportionem, ac harmoniam animam crediderunt.

Atqui harmonia ratio quę dam. Tex. LV.

1. Ratio.

IMpugnat hanc sententiã quatuor rõnibus, quarum prima est. Omnis har monia, aut in mistione, sicut in compositione multorum, est: at aĩa nõ est huiusmodi: ergo non est harmonia. Maior declaratur. Harmonia est proportio quædam multorum: multa autem dupliciter proportionantur; aut secundum compositionem, vt partes integrales, in animali, & domo, & aliis, hęc enim congregantur absque sui passione: aut etiam secundùm mistionem, vt elemẽta in misto, quæ altera manent, Vnde de fit, quòd harmonia sit duplex, & mistio, & compositio. Minorem nõ probat, sed probari potest: quia anima subsẽtia est: at neutra harmonia est subsẽtia.

2. Ratio.

Alteram rationẽ facit. Anima est prin cipium motus, vt omnes fatentur: at harmonia non est principium motus: ergo non est anima. Minorem non probat, sed potest facilè probari, quia potius est finis motus, non principium.

Congruit autem magis. Tex. LVI.

3. Ratio.

ETiam prolaturus rationem, dicit, quod corporis habitus, puta sanitatem, robur, pulchri tudinem, magis est rationabi le dicere, esse harmoniam, cum sint in tẽ perie contrariorum, sed non ipsam animam.

Vbi nota, videri Arist. afferere hoc loco non esse illos habitus qualitates distin ctas à proportione contrariarum qualita tum, & membrorum dispositione, vel ꝓportione.

Quòd autem anima non sit huiusmodi, probat: quia passionum animæ, & ope rationum simul, non potest reddi ratio per harmoniã: ergo non est anima: aliter enim per ipsam redderetur ratio passio num. Per passiones, intelligit Simplicius, odium, iram, & huiusmodi: per opera, co gnitiones, & Intellectiones.

Obiectio. Solutio. 1.

Dices. Quare non potest reddi ratio ꝓ harmoniam? Dico primò, quia passiones potius sunt improportiones, & non har moniæ, quàm harmonia. Dico secundò, quòd Arist. vtrumque contingit: passio nes enim, & cognitiones sensus, & ratio dissonant sæpissimè: non ergo in harmo niam sunt reducenda.

2.

Amplius autẽ si dicamus. Tex. LVII.

4. Ratio. Suppositio, quid significet harmonia.

QVartam facit rationem, quę ta lis est: primo tamen ponitur distinctio harmonię tacta, sed nũc clare ab Arist. explicatur.

Harmonia est analoga, significans duo. Vnum per prius alterum per posterius. Per prius significat proportionẽ magnitudinum sensibilium, habentium positionem inter se talem, ita, vt nihil illius generis desit. v.g. cùm lapides ita dispo nuntur in domo, vt nullus lapis desit ad talem dispositionem: similiter cùm chor dæ ita in motu, & sono aptantur, vt nihil illius generis deficiat. talis est harmonia, quæ dicitur compositio. Et per posterius dicitur harmonia, quæ fit in mistione duorum, vel plurium.

Probat igitur Arist. quòd neutra harum sit anima. Primo, ꝙ nõ sit cõpositio quia compositio multum inuestigabilis est, id est, multiplex est in vno corpore: sunt enim multa organa, & membra diuersis composita partibus, vt notum est, quarum nulla videtur anima esse: quia non est, vnde assignetur ratio, vt talis cõpositio sit anima intellectiua, talis sensitiua, talis appetitus: nec ipsi assignant hãc distinctionem in tali compositione.

Nectitur ratio.

Similiter autem, & inconueniens. Tex. LVIII.

Altera ex iustè reprobationis pars.

PRobat alteram partẽ, quòd non sit mistio. Mistio elementorum est varia, pro partium varietate, vt in osse, carne, & neruo: si igitur anima est mistio in vno toto, erunt plures animę: quod relinquitur vt impossibile. Alia enim erit in osse, alia in neruo, alia in alijs partibus pro mistionum diuersitate: nam quælibet pars mista est, hoc idem etiam sequebatur, si anima esset compositio.

Et nota hic aliter, quomodo Arist. dixerit absurdum in vno composito, plures animas ponere, quod posterius examinabitur.

Nota. Arist. absurdum putare, plures animas in vno composito.

Postulauit hoc vtique aliquis. Tex. LIX.

Reprehẽsio. Empedo. in tribus.

1.

IMpedoclem huius sententiæ authorem taxat, eo ꝙ indistinctè locutus fuerit: & hoc in tribus. Primò dixit quamque animam in ratione, & proportione consistere:

Universidad de Deusto
Biblioteca

consistere: sed non explicuit, an ipsa proportio esset anima, an aliud aduenies toti, & membris propter proportionem, & rationem: quod sit illud dixit, rationes factæ militant contra ipsum; si vero hoc, iam anima non est harmonia.

2. Secundò, dixit, amicitiam esse causam mistionis, sed non explicuit, an sit causa omnis mistionis, etiam illius, quę nō est anima, an solius huius, quæ est secundū rationem, & anima est: si enim est causa cuiuslibet, tunc oportebat dicere, quomodo sit causa huius, quæ est anima: si verò est istius, tunc debuit ponere aliam aliarum mistionum causam: quam nō ponit.

3. Tertiò dixit, amicitiā esse causam mistionis; sed nō explicuit, an ipsa amicitia sit mistio, & ratio, vt videtur esse, an aliquid propter mistionē. Hęc igitur dubia insoluta reliquit Empedocles, quæ tamē profectò debuit enodare & explicare.

Si verò est aliud à mistione. Tex. LX.

Ratio Empedoclis, & harmonia Emp.

COmmunis expositio est, vt vult Arist. huius sentētiæ rōnē ponere, propter quam videt probabilis. Ratio aūt est ista. Id videtur anima, quo posito, ponitur, quo ablato, aufertur anima; at huiusmodi est compositio, & harmonia: nam ablato esse, ac proportione carnis, & partium aliarum, etiam tollitur anima: præterea, ablata anima, tollitur talis harmonia partium.

Solu. huius rōnis. Hoc non soluit Aristoteles, sed solutio facilis est. non enim valet à concomitantia mutua ad identitatem. Posito enim vno relatiuo, ponitur alterum: & ipso ablato, auferetur; non tamen idem sunt. Similiter de subiecto, & eius passione, de materia, & forma. Quamuis ergo anima cōsequatur harmoniam, & econtrà; nō sunt idem, sed harmonia est proxima materia, & dispositio animæ, non tñ est anima, ideoque fit talis conuersio mutua, & soluitur huius opinionis argumentum.

Quod igit neq; harmoniā possibile est. Tex. LXI.

Epilogat dictorū. EPilogat quæ dicta sunt, scilicet duo, animam non esse harmoniam, nec animam moueri, & per se, sed per accidēs moueri, & per accidens se mouere, dum totū mouet, vt diximus; nec aliter contingit ipsā moueri localiter, dum in corpore est, nisi per accidens.

Rationabilius autem dubitabit. Tex. LXII.

Obiect. Arist. contra illos, qui animā vltro moueri per se ponūt. CVm animam per se moueri nō posse, probasset; nūc dubium & argumentum quoddam ponit, quo meritò quis posset dubitare, an moueretur anima. Argumentum autem videtur ex animæ ipsius passionibus, scilicet, gaudere, irasci, cogitare timere: hi enim animæ motus sunt, ac hisce videtur anima moueri per se, dum gaudet, timet, vel irascitur.

Hoc autem nō est necesse. Tex. LXIII.

Soluit Arist. SOluit argumentum, q̄ non est necesse asserere hic, animam moueri, quàmuis sint motus. seu potius vnumquodque sit moueri in concreto: anima ergo non mouetur per se hisce, sed organum & compositum, puta cor, vel alia pars.

Nota. At quia numerat, cogitare, ideſt, intelligere, inter ista, dicit, quòd aut est tale, puta, per organum, aut aliud aliquid; nō aūt velle determinare modo, an sit per organum, vt quidam dixerūt, an sine organo, vt ipse probabit post. Vide igitur, q̄ non mouetur anima his motibus per se, sed per accidens, simul cum organo.

Passiones sensitiuæ animæ esse in composito. Distinguit autem, quòd hæ passiones quædam fiunt cum motu locali, vt ira, in qua spiritus à corde mouētur, vel timor, in quo spiritus confugiunt ad cor; quædā cum alteratione, vt sensatio cū mutatione per speciem, & alia, quę fiunt cū calore, vel frigiditate.

Nota 2. Nota quæ Themistius, quod huiusmodi passiones non sunt essentialiter tales motus, sed ipsos præsupponunt: Arist. autem circa explicationem motuum comitantium passiones, remittit se ad alium locum.

Dicere autem irasci animam. Tex. LXIIII.

Profequit solutionē q̄ anima per passiones non dicatur gaudere, irasci, sed totū per animam, atq; adeo nec moueri per illam. RE explicata, nunc modum loquendi docet, dicitque non esse dicēdum, animam gaudere, vel timere, sicut nec texere, nec ædificare: sed homo per animam: non igitur tribuitur motus animæ tanquam subiecto, & tanquam ei, quod per se mouetur: sed quia per ipsam inest talis motus compositio.

Et hoc dupliciter. Vno modo incipiendo à re exteriori, vt in sensatione, quæ fit, quia res, & obiectum imprimit sui similitudinem in compositio, quod sensit quia animam habet; & hoc est motum prouenire à re vsque ad animam.

Altero mō incipit ab anima, vt in reminiscētia, quæ fit, nō quia moueat obiectum exterius, sed quòd anima interius operatur, & discursu vtitur; & tunc dicitur motus ab anima vsq; ad rem, quia per recordationem venit in speciem rei præteritæ.

Quam speciem vocat motū, vel quietem; quietem secundùm quod est in memoria, motum secundum quod est in actuali cognitione. Vide ergo, quòd nullus motuum horum per se est in anima.

Intellectus autem videtur. Tex. LXV.

Quod alia intellectiua sit incorruptibilia, & impassibilia. CVm animam per se non moueri probasset alteratione, nec motu locali, nunc, vt Simplicius, & Auer. dicunt, ostendit, nec etiam corrumpi, atq; hoc de Intellectu probat. Proponit ergo intellectū, seu mentē innasci hominibus, ac substantiā quandam esse, quæ corrumpi non potest.

Quòd autem non corrumpatur, signo ostendit. Si corrumperetur, maximè id fieret ex debilitate quæ fit in senio: sed in tali non corrumpitur: ergo in nullo alio. Sequela nota est: nam senium est via in corruptionem totius, & dissolutionem eorum, quæ in ipso sunt: 3.

At quòd in tali nō corrumpatur, ostēdit, dicens, esse simile hoc ei, quod accidit circa sensoria sensuum, qui quidem corrumpuntur, anima non corrupta, nec debilitata secundùm se: vnde senex debilitatur visu ratione organi, sed non ratione animæ. Cuius argumento illud est, quòd si animæ senis daretur Instrumentum, & oculus iuuenis, videret sicut iuuenis: non igitur patitur anima secundum se, sed secundùm corpus.

Hoc idem accidit in morbis & ebrietatibus: anima enim videtur debilitari, cū impediatur à suis operationibus; sed id nō est secūdū se, sed ratione corporis. Hic textus magis in sequēti dilucidabit. 2.

Ipsū igitur ītelligere, & ipsum speculari. Tex. LXVI.

Quòd ipsa etiam ipsa operatio intelligere, & speculari non corrumpatur per se. OStensa animæ substantiæ impassibilitate secundū se, nūc ipsarum operationum eius impassibilitatē ponit, dicitque, intelligere, & speculari, quæ ipsius Intellect' operationes sunt, marcescere, & debilitari, & non secundum se, sed ratione alterius, scilicet imaginationis, vel spirituum in corpore, in quo est anima.

Obiectio. Vt possēs dubitare. Nā cogitare, odisse, irasci, & alia, quæ sunt opera Intellectus, corrumpuntur, nec manent post cōpositum. Respondet, ita esse, sed non erant ipsius Intellectus solius, sed cōpositū ex ipso corpore, & Intellectu; ob id compositō dissoluto, non manent cum solo Intellectu similes operationes. Non sic autem est de intelligere, & speculari, quæ solius intellectus sunt: ob id cum ipso manent.

Solutio. Not.

Ex quo sequitur, cum Intellectus, & ipsius propria operatio non corrūpātur, quòd fortasse Intellectus est quid diuinius, & nobilioris naturæ, quàm res sensibiles.

Not.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota 1.

Nota, quod per intelligere, possumus exponere simplicem Intellectionem: per speculari, compositam, vtranq; speculationem: per cogitare intelligit cognitionē sensitiuam quandam circa particularia, & particulares propositiones.

Ex his omnibus concludit, quòd anima nullo modo per se mouetur in corpore: quòd si nō moueri potest, nec à se mouebitur, vt dicebant Philosophi illi.

Conclusio rationis Arist. animam non moueri per se.

Dubiū 1. quid per intellectū Arist. hoc loco intelligat. Alex sententia q̄ fit: ipse Deus, reijcitur & ea Arist.

1.
2.
3.
4.

Circa horum duorum textuum expositionem dubitabis, quid per Intellectum hīc velit Arist. significare. Alexan. quia sustinet animas omnes esse mortales, timens Aristotelem sibi contrarium, per Intellectum, exponit Deū, propter illud verbum, Esse fortasse quid diuinius.

At Philoponus bene reijcit hoc ex verbis ipsius Arist. Nam dicitur, quòd Intellectus innascitur, at Deus nō innascitur. Dicitur præterea, Videtur nō corrumpi: at de Deo nō oportebat dicere, Videtur, sed certissimè nō corrumpitur. Præterea Intellectus statim dicitur anima: at Deus nō est anima. Præterea dicitur, Fortasse diuinius: at Deus absq; Fortasse, diuinissimus est; non ergo per Intellectum Deus intelligitur, & nos id manifestissimè paulò post ostendemus:

Auerroes aliter exponit. in cuius declarationem aduerte, quòd in homine ponit animam, & Intellectum: anima hominis est quædam substantialis forma, quę dicitur cogitatiua, & est sensitiua quædam anima per quam homo cognoscit, ac formar propositiones singulares; & per hāc distinguitur à brutis aliis animalibus, & quilibet homo habet suam animam. Hęc autē est corruptibilis, & generabilis, eductaque de potentia materiæ. Præter animam, ponit in vnoquoque homine Intellectum, qui non est forma informans, sed substantia quædam separata, immaterialis, assistens, quæ vnitur hominibus singulis secundùm operationem, & per phantasmata ad intelligendum. Vnde non est in hominibus cunctis, nisi in habentibus phantasmata, quibus possit secūdùm intellectum copulari.

Hæc autem est vna in omnibus hominibus & hæc est ingenerabilis, & incorruptibilis, præcedens, & manens post composita: & de hoc Intellectu loqui Aristo. dicit.

Auerroes sua opinio fit vnicus intellectus in oibus hominibus. Nota.

Reiicitur impia Auer. sententia, & in Arist.

At veritate huius opinionis ptermissa, de qua postea erit sermo vbi ostendemus esse falsam, & impiam, nunc tamen euidenter probo, contrarium dicere Aristo. & hoc loco ipsum conuinci. Primò: quia quem Arist. vocat prius Intellectum, statim nominat animā, ac dicit, esse principium videndi, ac non pati nec corrumpi: ergo quod ad substantiam identificat Intellectus cum anima sensitiua, vt in homine eadem sit substantia, quæ est principiū intelligendi, & quæ est principium sentiēdi quamuis potentiæ diuersæ sint, quia vna est organica, altera non: Arist. itaq; loquens hic de aię substantia, p eodem sumit Intellectum, & sensitiuam animam hominis. at secundum Auerr. id esse non potest: alia est enim substantia Intellectus, anima sensitiua in homine: & hęc est corruptibilis, illa verò non: quod manifestè conrradicit Arist. qui eā, quæ sensationem exercet, dicit nō corrumpi.

Sed secundò cōuincitur euidentius ex illo quod Arist. dicit, quòd cogitare, & amare, & odisse non sunt opera solius Intellectus, sed coniuncti, & habentis Intellectum prout illud habet. Quid clarius dici potuit quòd cogitare, & amare, & similia ab Intellectu vt à principio prouenīt, & vt Intellectus est non ergo cogitatiua est distincta ab Intellectu, cum aperte dicat, quod à quo prouenit intelligere & speculari, ab eodem prouenit & cogitare & amare: sed illud est solius Intellectus, hoc autem coniuncti.

Ex quo collige contra Auerroem, cùm Intellectus sit principium cogitandi, & amandi in composito, quod est hominis forma informans, & dans esse: & talis substantia est separabilis & immortalis, contra Alexandrum.

1. Sententia Simplicii & Philoponi per Aristotelem refellitur.

Vnde dico cum Simplicio, & Philopono, quòd per Intellectum hic Arist. vult significare animam nostram rationalē, ob id dicit, innasci nobis, tanquam formam: alius textus dicit, aduenire, idest, non educi de potentia materiæ quod alibi examinabimus. Dicit substantiam quādam, vt notat Philosophus, ad discrimen formarū accidentium: dicit non corrūpi, ad discrimen aliarum formarum, quæ substantiæ sunt, sed corrumpuntur.

Aliud

Dubiū 2. circa litera de incorruptibilitate aliq; sensitiua.

Aliud dubium est. Videtur, enim signū essecontra Aristotelem; nam probaretur, quòd anima sensitiua brutorum est incorruptibilis, quia non patitur, nisi ratione organi, tamen ipsa secundùm se non patitur.

Primasententia Auerr. & Simpl.

Ad hoc Auer. respondet, esse argumentum Aristotelis probabile tantùm, quia non valet, si anima non patitur passione corporis, quòd ipsa sit incorruptibilis: & hoc videtur Simplicius dicere: exponitur enim textus, secūdùm hos, comparatiuè, sic, Intellectus non corrumpitur senio sicut nec visus.

Reiicitur Auerr. sententia.

1.

Sed hæc expositio non est vera, tunc enim non sequeretur quod intendit, scilicet, obiid intellectum esse incorruptibilem. Quid autem absurdius, quàm asserere, Aristotelem contra Antiquos disputātem, de re tam seria, proposuisse argumē tum ineptum? Non enim est probabile, cùm tam apertam habeat instantiam.

2.

Pręterea, quia nō pati passionibus corporis videtur esse sufficiens mediū ad incorruptibilitatem formæ, quia aliter non potest pati.

2. Sententia verior.

Dico igitur, quòd Arist. in illo textu loquitur de substantia animæ, quæ eadem est sensitiua, & intellectiua in homine, & ideo est incorruptibilis & sensitiua secūdum substantiam, & de hac loquitur non autem de alijs purè sensitiuis, quę debilitantur cum corpore, sicut & aliæ formæ.

Nota. Secūdùm Arist. anima sensitiua in homine eadē re est cum intellectiua.

Quòd autem identificetur secundùm substantiam intellectiua cum sensitiua in homine, probat sequens textus, in quo dicit Intellectum esse principium cogitandi, & amādi, & reliquorum: vbi clarè colligitur, eandem esse substantiam. & hoc magis rationabile videtur, quàm dicere, Arist. argumentum non esse bonum, nec probare, nisi probabiliter.

Dubiū 3.

Aliud dubium est. Quomodo dicit Aristot. intelligere, & speculari marcescere?

Solutio.

Respondeo, quòd non ita marcescunt, vt non maneant post corpus: nam hoc discrimen posuit inter illa, & cogitare, & amare, quòd hęc manent, cùm sint ipsius compositi; illa verò manent, sed marcescunt, quia non ita facile exercentur, propter ordinem, quem habent ad corpus, quamuis in eo sint tanquam in subiecto.

Nota ex

Notat hic Simplicius, quòd est duplex

animæ intelligere; Alterum, quod à phantasmate pendet; alterum contemplatiuū: in primo habet ordinem ad corpus, in altero non; tamen vtrunque impeditur ratione corporis.

Simp. &c. intellegere animæ cum phātasmate, & eōtemplatiuū.

Quod quidem eleganti explicat exemplo. Nauta in naui, ventis validè agitantibus, & infestantibus nauim, non solūm impeditur in illis actionibus, quibus à naui dependet, idest, regere, & gubernare; sed etiam in alijs, quas extra nauim potest exercere per se, scilicet ambulare, discurrere, vesci, dormire; hæc enim prę tur batione non potest commodè exercere: ita fit intellectu.

Vbi nota secundùm Simplicium, in anima dum est in corpore esse, intellectionē independentem à corpore, quàmuis ego non credam secūdùm veritatem ita esse, est tamen secundùm Aristotelem.

Nota. anima dum est in corpore, habet operationem indepentē à corpore.

Multò autē his, quæ dicta sunt. Tex. LXVII.

Confutatur ab Arist. sentēntia Xenocr. asserētis animā esse numerum le mouentem.

IMpugnata sententia eorum, qui animam moueri per se dicebant, impugnat nunc sentētiam Xenocratis, qui non solū moueri dicebat, sed esse numerum seipsum mouentem: dicitq;, hanc sententiam esse irrationabiliorem alijs; quia ipsam se quuntur inconuenientia, quæ sequuntur dicentes, animam moueri per se: & præter hæc sequuntur inconuenientia propria, quatenus dicit, animam esse numerum.

1. Ratio.

Hoc autem impugnat multis rationibus, quarum prima est. In eo, quod se mouet, est id, quod mouet, & id, quod mouetur. sed in vnitate, cùm sit indiuisibilis, & non habens differentiam in partibus, id esse non potest: ergo non potest se mouere. non ergo est anima numerus se mouens. tunc enim vnitates mouerentur. nō videtur autem à quo moueantur, & quomodo, vt probatum est. Sic videtur argumentum procedere, quāuis Philoponus, & Simplicius aliter exponant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amplius autē, quomodo dicunt lineā. Tex. LXVIII.

1. Ratio. Suppositio 1.

ALtera ratio est, quæ procedit ex duobus suppositis. Alterū est geometrarum, ꝙ punctū suo motu relinquit post se lineam, & linea superficiem, & superficies corpus. Nec hoc intelligi dēt de vero motu: quia non possunt illa moueri, sed tantùm per imaginationem, vel ex conditione, quòd si mouerentur, ita fieret.

Suppositio 2.

Alterum est; quòd tam pūctum, quàm vnitas, sint quid indiuisibile, scilicet differenter. Nam punctum habet positionē: vnde si auferas positiones nō habere, ab vnitate indiuisibili, fiet punctum.

Ex his fit argumentum. Numerus vnitatum habentium positionem, est numerus punctorum: anima est talis numerus, quia est in continuo corpore: ergo est numerus punctorum. Vlterius, talia puncta mouentur: ergo lineam faciunt. ergo aīa non est numerus, sed linea, & continuū. Ista est ratio secunda sic exponenda.

Amplius autem à numero si auferat.

2. Ratio.

TErtia ratio est. Ois numerus aliqua facta diminutione, vel additione, mutat speciē: anima non mutat speciē ablatione facta; ergo anima nō est numerus; consequentia est euidens cum maiori. Minor probatur. In animalibus & plantis, in quibus non mutatur species animæ, quamuis auferatur aliqua pars ipsius, cum abscinditur ramus vel pars animalis, quod sæpe accidit.

Videbitur autem vtiq; nihil differre. Tex. LXIX.

4. Ratio. Reducit hæc ſi ſa ad ſenten tiam Democr.

QVartam facit rationē, prius tamen reducit sententiā hāc ad illā Democriti, vt vtrāq; impugnet. Democritus dicebat, atomorum, & corpusculorum numerum, & multitudinem esse animam: hęc etiam opinio ponit animam numerum, in hoc tamen differt, quòd ille atomos, hic puncta, & vnitates positionem habētes ponit, tamē vterque, quantitatem ponit, animam ipsam multa faciens.

Nectitur ratio.

Contra hoc fit argumentum. Oē quantum se mouens, siue discretum, sine cōtinuum, cōstat ex eo, quod mouet, & ex eo, quod mouetur: sed ille numer⁹ se mouet: ergo habet quod mouet, & quod mouetur. Sed animæ in animali est mouere: ergo etiam in numero, id, quod mouet ipsum, anima est, non autem ipse.

Illam maiorem ostendit, dicens, quòd siue sint atomi, siue corpora magna, siue quid aliud, dummodo quantum sit, si se mouet, debet habere id, quod mouet, & aliud quod mouetur.

At verò quomodo possibile est. Tex. LXX.

5. Ratio Suppositio.

QVintam facit rationem, supposito primum vno, quòd punctum non differt ab alio puncto nisi positione, cum vnicum sit, & indiuisibile. Vnde quia in alia parte continui est hoc, in alia illud, ob id differunt, adeo vt duo simul, & adæquatè esse nequeant, quin vnum sit, non autem duo.

Nectitur ratio.

Tunc fit argumentum. Cùm animæ sit numerus vnitatum in corpore, erit pūctorum numerus: peto, vel ista puncta differunt à corporis punctis, vel non. Dici non potest, quod differant: quia, cùm sit simul punctum animæ cum puncto corporis, & penetratiuè, non erunt plura, nec differentia.

Præterea, qua ratione vnum punctum animæ est in vno puncto corporis poterunt esse omnia; quia non occupant locū nec indigent loco diuisibili: & sic tota anima esset in vno puncto: vni enim possunt esse infinita simul, si semel duo esse possunt. Iam enim ipsorum locus est indiuisibilis, sicut & ipsa.

Si verò dicas, non differre puncta animæ à pūctis corporis, sequitur, quòd omnia corpora haberent animam, quia habent puncta, imo infinita: At friuolū est corpora omnia habere aīam: ergo aīa non

Nota. 1. non est numerus.

Aduerte literam. Dicit enim, Si puncta corporis sunt numerus animæ, hoc per conuersionem accipiendum est: ideſt ſi numerus animæ est numerus punctorū corporum: quod idem est.

Amplius autē. Tex. LXXI.

6. Ratio.

VErba huius textus priora continuanda sunt cum præcedentibus, & sequentibus. Facit sextam rationem talem; Anima est separabilis, vt Xenocrates fatetur; at puncta non sunt separabilia à magnitudine; ergo anima non est numerus. non enim esset numerus, & discretum, nisi pūcta essent extra continuum.

Minor probatur, quia magnitudo non potest diuidi in puncta; ergo nō possunt separari puncta. Non enim nisi per diuisionem possunt separari: vel si possent separari, posset etiam esse diuisio in puncta: quod est impossibile. Hæ sunt rationes contra istam sententiam.

Caput quintum.

Accidit autem, sicut diximus. Tex. LXXII.

Hanc Xenocr. ſententiam, aſſerit aīam eſſe numerum eſſe aliis irrationabiliorem ꝙ in eum inc dat in conueniē tia.

QVod superius dixerat, scilicet hanc sententiam aliis esse irrationabiliorem, quia omniū inconuenientia ipsam sequuntur, nunc ostendit.

Sunt autem duæ sententiæ, & eorū, qui corpus aliquod subtile animā posuerunt, & eorum, qui atomos, & per atomorum motū moueri corpus, sicut statua, in qua est argentum viuum vt dictum est.

Quòd incidat in inconueniens illud ponētiū aīam eſſe corpus.

Dicit ergo Arist. quòd accidit isti sententiæ fateri proprium inconueniens, quod euenit ponētibus animam esse corpus; accidit etiā alia ex parte fateri, quòd sit inconueniens in opinione Democri ti, scilicet, moueri corpus motu alicuius in eo inclusi.

Explicat inconueniens priorum ponētium corpus. Hi enim debēt fateri, si anima est corpus, quòd duo corpora se penetrent, scilicet anima, & corpus; nā simul esse debent. Quòd autem hoc debeat fateri Xenocrates, ostendit; quia debet dicere, vt expositum est, quòd puncta animæ sunt simul cum punctis corporis, nisi velit esse eadem, & tunc omnia corpora haberent animam. Hoc autem idem est absurdum. Vt enim corpus cum corpore, ita nec punctum cum alio puncto simul esse potest, quin vnum fiant.

Accidit q; animal moueri à numero. Tex. LXXIII.

Quòd incidat in inconueniens Democri.

OStendit modò etiā sequi incō ueniens Democri. Sicut n. dicebat, motu atomorum moueri corpus: ita etiam debet hoc fateri, qui animam numerum se mouentem intra corpus ponit. Parum enim differt, quòd hic numerum vnitatum, ille atomos ponat, dummodo modus idem mouendi sit, in quo consistit inconueniens.

Complectētibus igitur in vnum. Tex. LXXIIII.

Concludit nō ſolum non eſſe definitionē animæ, numerū eſſe mouentē, ſed neq; hanc eſſe eius paſſionem.

OConcludit, quòd his, qui simul dicunt, animā se mouere, & numerū esse, accidunt inconuenientia dicta, & alia multa: dicit q;, non solum illam non esse animæ definitionem, scilicet numerum se mouentem, sed nec esse accidens animæ, cùm talia inesse non possint animæ. Ita exponunt Themistius, & S. Tho.

Ostendit autem, non esse definitionem: quia per ipsam non potest reddi ratio operū, & passionum animę. Quę enim proportio est inter numerum, & intelligere, sentire, & amare, & reliqua?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tribus autem modis traditis. LXXV.

Epilogus dicta esse contra eos qui p motum, & p incorporeum animam indagabāt, nunc esse dicendū cōtra eos qui p cognitionē indagarunt.

EPilogat vniuersaliter, quæ dicta sint. Triplici.n. via, indagabāt Philosophi animam, & per motum, dicētes seipsam mouere; & per incorporeum, dicentes, ipsam corpus esse subtilium partium; & per cognitionem, dicentes, eam componi ex principijs omniū, vt omnia cognoscat. Duæ sententiæ priores sunt discussæ, tertiam nunc discutiendam proponit.

Necessariū aūt est accidere. Tex. LXXVI. LXX VII.

Contra eos Philosoph qui per cognitionē animam indagabāt, rationes decem.

2. Ratio.

DEcem rationibus impugnat sentētiam hanc, quarum aliquæ sunt cōtra Empedoclē aliæ contra alios; fere omnes.n. huius sententiæ fuerunt.

Est prima ratio, sumpto ipsorū fundamento. Dicunt enim animam componi ex omnium principiis, perinde, ac si res omnes esset, vt omnia cognoscat: est ergo argumentum. Plura multò cognoscit anima, quā sint principia; & plura multò sunt entia, quàm principia: ergo vel non cognoscit anima talia, vel ex eis cōponitur: quorum vtrumque est falsum, & secundum est impossibile.

Probō antecedēs.

Antecedens declaratur, quia composita non dicūt solum rerum principia, sed aliud quid, & accidentia multa, ac passiones, quæ non sunt ipsa principia materialia, qualia ista ponunt, vt homo, os, animal, non sola elementa quatuor, vel solas atomos dicunt, sed rationem, ac proportionem saltem aliquam includunt.

Confirmatio.

Fit hoc idem confirmatur ex Empedocle, qui non solùm principia ponit in cōpositis, sed proportionem. Citat carmina quorum sensus est, quod os est album, quia constat ex pluribus partibus ignis, fit enim ex duabus partibus terræ, & ex vna fluidi, id est, aquæ, & altera luminis, id est, aeris recepti in infundibulis, ideſt, concauitatibus terræ, & ex quatuor Vulcani, ideſt, ignis. Vide ergo quomodo in composito ponit vltra principia, proportionem. Aduertendum, quòd terram vocabant concinnam, quia erat numerus cubus, qui dicitur maximè harmonicus.

Probatio cōsequētiæ.

Consequentia est certa, quod non cognoscet anima ipsa composita: & hoc falsum est: experimur enim talium cognitionem.

Obiectio & eius solutio.

Nec potest dici, quòd ex his cōstet anima, ideſt, ex homine, leone, petra, & reliquis, quod tanquam manifestum impossibile relinquit. His duobus textibus continetur ratio, idcirco non exposui separatos, & litera est satis manifesta.

Amplius aūt cū multipliciter. Tex. LXXVIII.

2. Ratio. Suppositiones duæ.

SEcunda ratio proponitur, duobus suppositis. Alterum est, quòd ens diuisum est in decem genera, quod apud omnes receptum erat. Alterum, quòd omnium horum nō sunt eadem principia essentialia: quia sunt genera primò diuersa, & in nullo vniuoce conueniunt: quod probat Arist. 12. Meta. cap. 4. & 5.

Nota.

Nectitur argumentum.

Est igitur argumentum. Anima vel cōstat ex principijs solius substantiæ, vel ex propriis etiam aliorum. nulla.n. omnibus communia sunt. Sed ex solius substantiæ si constat, tunc non intelliget alia genera, quod superfluum est: si verò ex aliis, hoc esse non potest: nam ex propriis principijs quantitatis, non fit nisi quantitas, & ex qualitatis, qualitas. At anima substā tia est, quæ non potest ex accidentibus esse: non ergo anima ex omnium principijs constare potest.

Inconueniēs autem est dicere. Tex. LXXIX.

3. Ratio.

TErtium ponit argumētū, qd est ad hominē, reducitq; ipsos ad contradictionem. Ipſi enim dicūt duo. Alterū est, simile non posse pati a simili, vt hī 1. De generat. Alterū est, q̄ simile cognoscimus simili, & cognoscere ac sentire esse quoddā pati, & moueri

moueri ab obiecto. Ista duo contradicūt: nam ex hoc sequitur oppositū prioris, & econtrà est priori oppositum posterioris.

Nota.

Aduerte, quòd cognoscere dicitur pati, quia immutatur potentia à specie obiecti, vt cognoscat, de quo post dicitur latè in lib. 2. huius.

Cum autem multas dubitationes.

4. Ratio.

QVartam facit rationem, dicens, quòd cùm multa incōuenientia sequantur contra Empedoclem: sequitur etiā hoc, quod dictum est, id est, dicetur, vt exponit Simpli. Et est argumentū quartū. Si simile simili cognoscitur, sequitur, quòd ossa, nerui, pili, & reliquæ animatorum partes, quæ multum habent terræ, sentirent, imò maxime, cum abundent principio, & simili. At oppositum fit: ista enim non cognoscunt: ergo non fit argumentum illo modo. Notandum, quòd dicit neruum nō sentire, quod post examinabitur.

Amplius aūt vnicuiq; prīcipiorum. Tex. LXXX.

1. Ratio.

QVintam facit rationem. Prīcipio cognitionis plus debet inesse scientiæ, quā ignorantiæ, alias potius erit principium nesciendi: sed si anima ex talibus principijs componatur, id sequitur: ergo non componitur. Minor patet: quia anima per terram non cognoscit nisi terram, omnia alia ignorat: simili ter per aquā cognoscit solum aquam, reliqua ignorat: ergo principijs singulis plus ignorantiæ inest, quàm scientiæ; quod videtur absurdum.

6. Ratio.

Addit sextam rationē. Sequitur, quòd Deus est aliorum insipientissimum, secū dum Empedoclē. Patet: quia omnia alia componuntur ex omnibus, id est, quatuor elementis, concordia, & discordia, & sic omnia cognoscunt. At Deus non cōstat, nisi ex quinq;, non enim ex discordia: ergo cognoscit minus alijs.

Nota secundum Arist Deū hæc inferiora etiā cognoscere, aliter esset insipientior aliis.

Hic notandum, quòd Arist. censet Deū fore insipientissimum, nisi cognosceret discordiam, id quod infert, vt absurdum contra Empedoclem: colligi ergo potest secundum Aristotelem, Deum inferiora ista cognoscere, & prouidentiam habere aliter multò esset insipientior.

Omnino autem propter quā causam. Tex. LXXXI.

7. Ratio.

SEptimam rationē facit. Sequitur, quòd omnia cognoscerent: quod est apertè falsum. Sequela patet: quia omnia, aut sunt elementum, aut ex vno, duobus, tribus, vel omnibus constant, elementis, quocunq; modo assimilantur alijs, quæ poterunt cognoscere.

Nota.

Aduerte, q̄ non est mixtum, quod ex vno elemento constet: sed id dicit, vt diuisio fit completa, vel vt comprehendat eos Philosophos, qui ex vno faciebāt omnia.

Dubitabit autem aliquis. Tex. LXXXIII.

8. Ratio.

OCtauam facit rationem, si ex elementis fit anima, vt dicit Empedocles; quo fiunt elementa illa vnum, & quo determinatur vel alio, vel nullo. Nullo, esse non potest, cùm talia sint materia: si autē alio, id erit anima. Quod probatur, anima est nobilissimum omniū naturalium. quod continet autem, est nobilius contento, & determinato: ergo anima est potius id quod continet.

Nota circa tex explicationem.

Dicit, quòd anima nihil est nobilius, multo minus nobilius est aliquid Intellectu, qui est antiquissimus, & dominus secundum naturam. Simpli. & Philop. per Intellectum intelligūt animam rationalem, dicuntq; , esse dominum secundum naturam, id est, nobilioris naturæ, quàm sint naturalia: & antiquissima, quia est prior natura, quàm materia: actus enim est prior potentia, vt dicitur 9. Metaphysic.

1. Expō.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Ratio. Sed mihi videtur, quòd hic per intellectum intelligat Empedocl. mentem, & Deum, quem putauit mundi animam, dicíque, hoc nihil esse nobilius, nec antiquius; igitur debet esse continens. At isti nihil ponunt esse animam, nisi ipsa principia, & elementa. quod falsum est, sunt enim tantùm materia, indigentque determinati, & tale est in anima.

Omnes autẽ, & qui ex eo. Tex. LXXXIII.

3. Ratio. communis ista contra omnes alios Philosophos. NOna ratio est communis cõtra omnes Philosophos, tam eos, qui dicũt, animam ex elementis, & principijs compositam, vt omnia cognoscat, quam eos, qui animam se mouere dicunt. Omnes hi definiunt animam diminutẽ; non enim omnes comprehendunt animas: quod patet. Quia non omnia animata habent motum, qualem ipsi ponũt, scilicet localem; per hunc enim definiunt animam, sunt autem animata immobilia, vt conchæ, & spongiæ, & alia, similiter & plantæ.

Similiter etiam, non omnia animata sentiunt, vt plantę, nec omnia habent Intellectum: ob id, qui animam, & Intellectum idem esse ponunt, diminute loquuntur.

Si autẽ aliquis & hoc concesserit. Tex. LXXXIIII.

Obiectio pro Philosophis illis. EXcludit responsionem. Possent dicere, ꝙ anima est vna specie, & non plures; sensitiuum autem, & Intellectiuũ, ac motiuum sunt partes, ac potentiæ animæ: ideoque loquuntur de omni anima, cùm Intellectiuum, & reliqua non sit animæ.

Respons. Respondet, adhuc non loqui de omni, nec de tota. Non quidem de omni, quia non de vna, & singulis loquuntur, quia non de illa, quæ est in his, quæ non mouentur, nec sentiunt. Non de tota, quia nõ de omnibus ipsius partibus, & potentijs dicunt.

Reprehẽdit Orph. Hunc defectum dicit etiam esse in ratione, & opinione Orphei. Hic enim totum aerem, & mũdum credit animatum esse, & ex toto illo ingredi animã in particularia animata motu venti agitata, & per respirationem. Adhuc autem iste diminutus est, quia non loquitur de plantis, nec de multis animalibus, quę non respirant; ob id his non contingit anima illo modo.

opin. eorũ de ratione.

Hoc autem latuit sic opinantes. Tex. LXXXV.

10. Rõ. VErba ista continuantur superioribus. Sensus est, quòd omnes Philosophi in hoc communiter defecerunt, quòd nõ de omni anima locuti sunt. statim addit rationem decimam. Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora: sed quamuis illo modo cognitio fieret, poterat esse, quin anima ex oĩbus elementis constaret, ergo non debuit ex omnibus componi. Minor patet; quia per rectum cognoscitur rectum, & obliquum, & per positiuum, priuatiuum, & positiuum, non tamen econtrà: at inter contraria elemẽta vnum reducitur ad obliquum; ergo poterat cognosci per alterum. semper enim vnum contrariorum est imperfectius altero, locum tenens priuatiui: non ergo ex omnibus constat.

Et in toto mistã quidã esse dicunt. Tex. LXXXVI. & LXXXVII.

Repr. tur eũ pugnare opin. Orphaicam etiam Deum esse omnium ens. RE greditur ad impugnandam sententiam Orphei, quæ fuit Zenonis, & Varonis Romani, & videtur fuisse Democriti. Hi dicebant, Deum esse formam, & animam omnium rerũ, & totius mundi, quę in variis varia erat, in elementis simplex forma, in animatis anima, in mistis compositio: denique per omnia se diffundebat, & miscebat. Quod significare videtur Virgilius, dum dixit.

Principio cælum, ac terras, cãposq; liquẽtes.
Lucẽsemque gl. bum Lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totãque infusa per artus
Mẽs agitat molẽ, & magno se corpore miscet.

Contra

1. Ratio. Contra hanc sententiã proponit duas dubitationes, quæ duo argumenta sunt. Prior est: quare aer, & ignis, cum habeãt animam, non sunt animalia. est autem argumentum sic. Si aer, & ignis animã habẽrent talem, vtique animalia essent; at irrationabile est dicere, ipsa esse animalia ergo non habent animam.

2. Ratio. Altera est: quare illorum anima est nobilior quàm animalium, cum horum anima sit mortalior, non autem illorum? Vnde est argumentum, ꝙ si esset animata, haberent nobiliorem animam, quia elementa semper sunt: & absurdum est ignẽ vel aerem dicere meliorem animalibus.

Opinari autem videntur. Tex. LXXXVIII.

Ratio ꝙ Orphæi opinio. RAtionem ponit eorũ, qui totum aerem, & mundum animatum ponũt. Pars est eiusdẽ rationis cum toto: sed pars est animata; ergo & totum. Minor probatur de parte aeris sumpta per respirationẽ: hæc enim videtur animata, quia facit animal animatum: non enim consisteret absque respiratione: ergo animata est, & consequenter totum ipsum. Hæc est horum ratio vnica.

Quare necessarium ipsis dicere, & animam.

Confutatio eius ratio. ARistoteles subtiliter consequentiam illorum enervat hc. Si ob id aer est aĩatus, scilicet illa particula prę-spirationẽ discerpta, qa sa ẽia aeris cum omnibus animalibus, & inter se: est enim aer eiusdem speciei: at id manifestè est absurdum. Quòd partes aeris, licet sint eiusdem rõnis, tamen sint diuersarum animarum specie, iam nõ licet colligere. Ergo totus aer est animatus: sed vna pars sit, altera non: quia non est eiusdem speciei pars cum parte, nec cum toto.

Vnde concludit, quòd oportet concedere, aut ꝙ est eiusdem speciei anima in omnibus, aut quòd non in toto aere, & mundo est anima. sed hoc inest; hoc nõ; ideſt, vna pars habet animam, non autẽ altera. Consequentia ergo, & ratio illorũ nihil probat.

Conclusio totius disputationis. Concludit tandem duo, quæ hactenus sunt discussa, animam non componi ex elementis, vt cognoscant, nec per se moueri.

Quoniam autem cognoscere animæ est. Tex. LXXXIX.

Dubia de numero, & indiuisibilitate anima. SEntentijs Philosophorum circa animæ substantiam impugnatis, nunc breuiter circa numerum, & aĩæ diuisibilitatem dubitat. Duas aũt proponit qõnes. Altera: cùm multæ sint operationes, quæ ab anima prouenium, scilicet cognoscere, sentire, opinari, concupiscere, deliberare, moueri, qescere, augeri, decrescere, quorũ aliqua sunt opera Intellectus, alia sensus, alia appetitus, alia vegetationis: dubiũ est, an omnia illa, quæ in vno subiecto, puta, hominis, reperiuntur, procedant ab vnica anima, & tota; an à diuersis partibus, id est, diuersis specie animabus in uno existentibus, ita, vt quædã ab vna, quædam ab alia procedant. Notã dum quòd vocat partes, species.

1. Qõ de numero, & partitione animæ.

Altera quæstio; cùm ea quæ animam habent, viuant, an vita consistat in oĩbus his operationibus simul, an in vna illarũ saltem, an in multis simul, an in nullis, sed in aliquo alio.

2. Qõ, in qua operatione vita consistat.

Ac si dicat, vt aliquid viuat, satis non est, vt vna harum operationum exerceat vel omnes simul, aut plures sunt opus, aut potius harum nulla, sed aliud quid opus sit. Hæ sunt quæstiones.

Dicunt itaque quidam. Tex. XC. XCI.

Plat. opi. tres esse animas i homine, intellectiuam i cerebro, sensitiuam i corde, vegetatiuã in hepate. OPinionem narrat Platonis, q̃ animã partibilem ponebat, & in vno tres animas specie multiplicabat, Intellectiuam in cerebro ad intelligendum, sensitiuam in corde, vegetatiuam in hepate; quod idem dixit Pythagoras.

Contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Ratio contra Plat.

Contra hanc sententiam argumentatur tripliciter. Et primo. Illæ tres animæ, cum vnum faciũt compositum, quo continentur, & copulantur inter se? non quidem se ipsis, cum sint substantiæ speciediuersæ inter se: non corpore, quia potius corpus cõtinetur ab anima: cuius signum est, quòd egrediente anima ipsum dissoluitur in elementa. ergo alio continẽtur. hoc igitur erit anima, nam animę est continere.

Confirmatio.

Iterum petã, an hoc continens sit vnũ, vel plura: si plura, simile faciam argumẽtum, donec ad vnum simplex, & specie deueniatur, cũ non sit processus in infinitum, id quod erit anima. Cùm igitur tandem ad vnum sit deueniẽdum, non oportet tot admittere processus, sed statim in vno vna est ponenda specie anima.

Nota.

Hoc est argumentum Aristotelis, quãuis primam partem prætermiserit, scilicet, quòd non se ipsis contineantur. reliquit id tanquam notum, cùm sint actus specie differentes.

Dubitabit autẽ aliquis, & de ipsius. Tex. XCII.

1. Ratio.

SEcundam facit rationẽ; si anima tota plures partes habet specie differẽtes, sequitur, quòd tota erit in toto corpore, & pars in parte corporis: oportebit ergo dare partem, in qua sit pars, quæ dicitur Intellectus: at huius nulla dabitur, licet velimus fingere, quia Intellectus non alligatur organo vlli.

Nota.

Et nota rationem hanc. Nam intellectiua anima ob id est in corpore forma, qa quo ad substantiam est idem realiter cũ sensitiua: quòd si ab ea omnino esset separata, ita, vt esset purus Intellectus, seu purè intellectiua tantum, non esset forma. Cũ ergo isti ipsam sẽparent, non possunt eam alligare corpori, nec toti, nec parti.

Videntur aũt, & plantæ viuere. Tex. XCIII.

1. Ratio.

TErtiam facit rationem. Partes animalium insectorum, & plãtarum diuisæ, sunt eiusdẽ speciei: ergo & in toto erant eiusdem speciei, licet non numero, quia erãt diuersæ partes. Consequentia est certa. Antecedens probatur: quia in vtraq; parte abscissa reperitur motus, & sensus, nõ autem in vna tantum vnum, in altera, alterum, sed in vtraque vtrunque. sunt igitur eiusdem speciei.

Si autem non permanent. Tex. XCIIII.

Obiectio.

EXcludit dubitationẽ. Posset qs dicere: Si anima manet in abscissa parte, & eiusdem speciei cum tota; quid est cur non duret multùm?

Solutio.

Respondet, id esse, quia desunt instrumenta, quibus operari possit, & est imperfecta dispositio. Vnde fit, vt qui paucioribus indigeat instrumẽtis, diutius durẽt; tamen in vtraq; animæ parte insunt omnes partes, ideſt potentiæ animæ, scilicet motiua, & sensitiua.

Suntque eiusdem speciei ad inuicem illæ animæ partes, & cũ ipsa tota. Ad inuicem quidem, quia non sunt separabiles, ideſt non separantur secundum potẽtias, sed, vt diximus, in vtraque parte per se ineſt, & motiua, & sensitiua potentia. Sunt etiam eiusdem speciei cum tota, qa tota anima est indiuisibilis specie, velut exponunt Græci iuxta aliam literam, est indiuisibilis in partem eiusdem rationis, sicut albedo: ita enim diuiditur anima p accidens, quamuis non omnis, vt alibi dicemus.

No. tanq

Ex his colligitur Arist. sentẽtia, animę substantiam esse vnam in vno, tamẽ potentias esse multas: sicut pomi substantia vna est, accidentia tamen ipsius multa sunt. sententia ergo Aristo. est, esse animã in vno vnam; quod inferius disputabitur.

Et nota quoque contra Auerroem, q principium, quo intelligimus, est idem substantia cum eo, quo sentimus: docetq; omnes operationes hasce ab vnica prouenire anima.

Nota.

tra Auer. eandem esse substantiam, quæ est, qua intelligimus principiũ & qua sẽtimus.

Videtur autem & quod in plantis. Tex. XCV.

Solutio, in qua operatione vitacõ fiſtat.

SOluit posteriorem quęstionẽ, docens, q; plantę habent animam, quæ est tantùm principium vegetãdi, & in hac cõcãt cęta animalia, & omnibus est cõis huius operatio. Quæ enim sensum habẽt, etiam vegetantur, & similiter quæ habẽt Intellectum; sed non econtra. Exquo sequitur, quòd in illius operationibus cõsistit maximè vita; quia omnia, quæ vitã habent, illas habent.

Nota, vĩuere dupliciter dicitur actus 1. & 2.

Aduerte, quòd dupliciter dicitur viuere. Vno modo sumitur pro ipso esse substantiali viuentis; vt viuere non sit aliud, quàm esse animatum, & vita sit tale esse in abstracto: & sic dicitur vita actus primus, & vita substantia est.

Aliter dicitur viuere, pro ipsa operatione, quæ à tali esse procedit, & dicitur vita actus secundus, & viuere est operari secundùm vitam, & operatio vita est; & de hoc viuere loquitur Aristoteles, sintque operationes dictæ vita, sed vniuersalissimè ipsæ operationes vegetandi, quæ insunt omnibus habentibus animam.

Finis Primi libri.

IN SECVNDVM ARIST. LIBRVM DE ANIMA:

Caput primum.

Cùm autem quę à prioribus: Tex. I.

De quibus agat Aristo in hoc 2. & 3. li.

POSTQVAM Antiquorum sentẽtias circa animæ substantiã discussit, nunc quid ipsa sit, explicare secundùm propriã sententiam aggreditur, triaque facit in hoc libro. Primò, quid sit anima in communi ostendit, quotuplexque sit. Secundò, de vegetatiua. Tertiò, de sensitiua, ipsarumque potentijs disserit. In libro verò tertio de Intellectu.

Intentio Aristo. qd sit anima inquirẽte.

Proponit igitur suam intentionem in præsenti textu, dicens, se velle definire in communi, quid anima sit, postquam ab Antiquis non accepimus definitionem vllam animæ bonam.

Nota 1.

Attende, quòd dicit, iterum se tanquã à principio incepturum: quia Antiqui nõ dederunt nobis cognitionem fere vllam animæ; dicit tamen, Tanquam à principio: quia saltem ab illis accepimus animam esse, & per motum, ac cognitionẽ esse inuestigandam.

Nota 2.

Attende vlterius, quòd definitio communis dicitur dupliciter. Vno modo, quæ per accidentia communia, & per extrinseca datur: & talis dialectica, & vana superius dicta est. Altero modo dicitur communis, quia est alicuius definiti communis, quamuis sit essentialis: & talis est ista, quam Aristoteles intendit, quæ bona est, & necessaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicimus itaq; vnũ quoddam. Tex. II.

Suppeditationes diuisionum quorundam

1.

2.

Nota 1.

Nota 2.

Dubiũ in Arist.

Solutio.

Nota. de principio indiuidualionis.

ANimæ definitionem inuestigaturus, diuisiones quasdã communes præmittit, ex quibus quid ipsã sit dicit. Est autem prima diuisio, entium multa esse genera, puta, decem, quorum vnum est substantia.

Secunda est subdiuisio substantiæ: est enim triplex, materia, forma, compositũ ex vtraq;. De materia dicit duo. Alterum, quòd secundum se nõ est hoc aliquid. Alterum, quòd est quædam potentia. & nos simul coniungamus, dicentes, esse potentia hoc aliquid.

Vocatur hoc aliquid substantia perfecta, & determinata in aliqua specie, qualis est cõposita, vt ignis, leo, homo, plãta.

Materia igitur est talis substantia, quæ non est quidem aliqua ex his perfectis substantiis, tamen est in potentia quæcunque.

De forma dicit etiam alia duo. Alterũ quòd est id, quo est iam hoc aliquid. Alterũ, quòd est actus. ex posteriori hoc emanat prius.

Vbi nota, ϕ actus Græcè est ἐντελέχεια explicat Themistius optimã perfectionẽ. Id enim, quod inconsummatum consummat, imperfectum perficit, incompletũ complet, id actus hic dicitur. talis est forma respectu materię, ipsam perficiẽs; ob id dicitur, quod per formam iam est hoc aliquid, id est, perficitur, & completur.

Hic dubitabis. Nam 7. Metaph. tex. 7. ca. 3. substantia quadrupliciter diuiditur, scilicet, materia, forma, compositum, & vniuersale. Idem tex 44.

Respondeo, quòd illa diuisio est famosa, & secundùm Platonem. Nõ enim probat Arist. Vniuersale esse substãtiam: imò ibidem multis impugnat rationibus, contra Platonem, qui credidit vniuersalia esse Ideas separatas. Hæc responsio patet ex Arist. 8. Metaph. tex. 2. vbi ipsemet dicit per vniuersalia intelligere Ideas. In præsenti autem sumit tantùm veras substantias.

Aduerte vlterius, quòd ex hoc aliqui sumunt, formam esse principium individuationis: quia ipsa dicitur facere hoc aliquid, id est individuum. At quicquid de hac re sit, tamen locus nihil probat: nam per hoc aliquid, compositam substãtiam intelligit vniuersaliter, siue in singulari sumatur, siue in specie.

Et hoc dupliciter, hoc qui dem sicut scientia.

3. Diuisio

Ver' Arist. sensus.

1. Expositio Auer.

2. Expositio Themist. Simpl. Philop.

4. Diuisio.

Quid sit vita.

Obiectio, & solu.

2. Expo.

3. Expo.

TErtiam ponit diuisionem, quæ subdiuisio est actus ipsius. Actus duplex est. Alter est, esse ipsum, Alter est operatio. Ille dicit primus, & est ipsa forma, vt scientia, Alter est secundus, & est operatio fluens á forma.

Auerr. intelligit hãc diuisionem esse eiusdẽ rei ad diuersa cõparatæ: vt forma sm se dicatur actus primus; forma sm operationem, & vt operans est, dicat actus secundus: & pro hac sententia videtur facere, quòd Arist. postquam dixit, animã esse formã, ostendit, ϕ sit actus primus, non secundus; ϕ si forma esset tantùm actus primus, non erat opus id ostẽdere.

At Græci, Themistius, Simplic. & Philop. hanc diuisionem intelligunt tãquam duarum rerum: vt forma sit actus primus, operatio autẽ ab ipsa procedẽs, sit actus secũdus. Et hoc ita est; nec ratio illa quicquam valet. Nam cùm Arist. dixisset, animam esse formam, non dubitauit, an sit actus primus, vel secundus, sed velut inferens dixit, esse actum primum. Hoc etiã recipit S. Tho. & alii etiam Latini.

Substãtiæ aũt maximè esse videntur. Tex. III.

SAnctus Thomas, Aegidius, & alij existimant, hic fieri quartam diuisionẽ, scilicet substantiarum, alia est corporea, alia incorporea. Dicunt tamen, quòd non est expressa, sed virtualis. Nã dicit, corpora maximè videri substantias; in hoc manifestat, alias esse substantias, quæ sunt incorporeæ, quæ non ita sunt cognitæ substantiæ.

At Themistius, Simplicius Philoponus, nu, quos secutus est Auer. nullam hic cẽsent diuisionem fieri; sed qd volẽs Arist. diuidere compositam substantiam, quæ corpus dicitur, dicit, esse magis substantias, quam materiam, & formã, idest notiores substantiæ sunt compositæ, quàm materia, & forma. Corpora enim etiam vulgus substantias vocat.

Et mihi placet ista expositio, quia ista diuisio substantiæ in spiritualem, & corpoream, non videtur ad rem, quia debuit præcedere diuisionem in materiam, formam, & compositum, cùm ista sit subdiuisio illius.

Dicamus igitur, nullam hic fieri diuisionem talem, sed comparationem inter diuisas substantias, scilicet materiã, formam, compositum, quarum composita, notissima est substãtia: imò est maximè, cum maximè per se subsistet. At quia corpora quædã sunt naturalia, quædam mathematica, vel artificialia: dicit naturalia esse maximè substantias, quia sunt principia aliorum. Artificiata enim in naturalibus subsistẽtantur, & mathematica in naturalibus insunt, ab ipsisq; abstrahuntur, consideratione sola.

Naturaliũ aũt alia quidẽ.

OVartã hic diuisionem ponit, quæ corporis naturalis subdiuisio est. Quædã corpora naturalia habent vitam, quædã non habent vitam; & hæc est eadem cũ illa, quædam sunt animata, quædam inanimata: animata quidem, quæ vitam habent; inanimata, quæ vitam carent.

Quid autem vita sit, explicat, dicẽs: Vita est alitio, augumentatio, diminutio, q̃ per ipsum corpus fit: ac si dicat, sunt hi motus, vt procedunt à principio intimo ipsius corporis naturalis. Vnde augmẽtatio, quæ ab extrinseco fit, id est, per additionem, quomodo augetur aqua non est vita, nec aqua dicitur habere vitam: similiter nutritio ab externo, quomodo foue tur ignis, nõ est vita. nec ignis dicitur vivere: at vita tunc sunt, cùm ab actuo interno principio veniunt

Dices, Quare has operationes vocat vitam, non alias, scilicet sensationem, & motus secundùm locum?

Respondeo: quia illæ sunt communissimæ operationes omnibus viuentibus competentes: hic autem, quod cõmune est, considerat.

Dubitat Philoponus de fœtu in vtero matris, quod viuere videtur, tamen non per se nutritur, nec augetur, sed à matre per vmbilicum trahit alimentum.

Dubium ex Philo.

Ad hoc dicit duo. Alterum est, ϕ per se nutritur, & augetur: non enim à principio interno matris, sed à suo nutritur: mater autem solum prępărat illi cibum, & ministrat, sicut nutrix, quę præmansum cibum prębet puero. Hoc dictum verum est.

Resp eius dem.

Alterum, quod dicit, est, non esse sm se animal: quia motum non habet localem, nec sensum: hoc falsum est, & est argumentum. Puer in vtero, & extra vterũ eandem habet speciẽ, & numero formã substantialem: ergo sicut simpliciter est animal extra vterum, ita intra: & satis est habere potentias, quamuis non exerceat illas actu.

Reprehẽditur ex parte Philo.

Cùm Arist. declarasset, quid sit vita, vt inde notum esset, quid esset corpus vitã habens, scilicet quod per se tales operationes hẽt, & in se principium ipsarũ cõtinet, tale corpus substantiam esse dicit, & non quamcunque, sed compositam: in quo vult ostendere, animã esse substãtiã. Si enim corpus vitam habens, est substãtia, & non habet vitam, nec illos motus nisi per animam, profectò & anima est substantia.

Quid sit corpus viuens. & ϕ anima sit substãtia.

Ex quo dico, ϕ nõ supposuit in prima diuisione, animam esse substantiam, vt dicit Auer. sed id modò ostendit ex eo, ϕ corpus vitam habens, substantia est.

Reprehẽsio Auer.

Quoniã autem est corpus huiusmodi. Tex. IIII.

OStenso aĩam esse substãtiã, nunc qualis substantia sit, declarat, & ϕbat. facit hoc argumentum. Corpus non est in alio: at anima est in alio: ergo aĩa non est corpus: si igitur non est corpus, erit forma corporis naturalis habẽtis vitam in potẽtia. Qd corpus sit nõ in alio, ostenditur quia corpus est tale, (habens vitam: at anima nõ est habens vitam: cor-

Quòd anima sit corp. sed forma corporis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus ergo subijcitur, & habet rationē materiæ: anima vero, quod habet, est, & habet rationem formæ.

Aduerte, quòd illud, Enim, est declarationis; nec intelligas, q̄ anima est in subiecto sicut accidens, sed sicut forma in materia. Longe enim aliter est in alio, q̄ accidens in subiecto, vt diximus olim in 1. Physic.

1. Dubiū. Dubium hic est, quid per corpus intelligat Arist. Scito.n. corpus dupliciter sumi. Vno modo pro composita ipsa naturali substantia: vt ignis dicitur corpus, & homo, & leo, & planta. Altero modo pro altera parte compositi, & præcipuè animati; vt cum dicimus, animal cōstare ex anima, & corpore. Hic enim corpus, non compositam dicit substantiam, sed materiam cum proximis dispositionibus ad animam ipsam. Dubium igitur est qūo hic sumatur, cum dicitur anima non esse corpus, sed actus corporis.

2. Sntia. S. Thom. S. Tho. Aegidius, & aliqui Latini, dicunt sumi pro altera parte compositi, vt anima dicatur actus talis materiæ, sic dispositę; & quòd non est corpus, id est, nō est materia, sed forma.

3. Sententia Themist. Themist. & Simplicius, & Philopon⁹ videntur declinare in oppositū, quos etiā sequitur Auerroes. Dicunt, quòd corpus pro toto composito naturali sumitur; vt sit sensus, Anima est forma ipsius corporis naturalis, sicut anima rationalis dicitur forma hominis; & mihi magis hoc placet. Nā sumit corpus naturale, eo mō quo textu antecedenti sumpserat, idest, pro composita substantia: similiter, corpus vitam habens sumpserat pro cōposita substantia, & huius formam dicit esse animam, & hoc inferius magis apparebit. Probatio ergo Arist. est, quòd nō sit anima composita substantia viuens, sed ipsius forma.

Obiectio. Dices, Vnde valet, quòd si non est cōposita substantia, quòd sit forma?

Solutio. Respondeo, quòd hoc argumentum etiam est contra alios oppositæ sentēcię. Vnde enim valet, si non est materia, q̄ sit forma: dico tamē cum Auerroe, quòd supponit, animam non esse materiā; quia id est notum, cum materia sit communis omni corpori, nec per eam differt anima tum à non animato.

Dico etiam, quòd, qua probatione ꝓbatur non esse corpus, & compositum, quia compositum non est in alio: etiam probatur non esse materia anima.

Dubitatur, quid intelligat per, Potentia vitam habentis. Aduerte, quòd dupliciter dicitur vita, vno modo pro forma substantiali, quo compositum dī viuēs, seu potius pro actu formali, & essentiali, quem dat corpori, hoc est tale esse, & talis dicitur vita, actus primus. Altero mō, vita est operatio ab anima, & tali esse veniens, scilicet nutritio, & augmētatio, motus, & alia: & talis dicitur vita, actus secundus. Dubiū 2. Nota 1.

Aduerte vlterius, quòd dupliciter aliquid potest habere vitam potentia. Vno modo potentia essentiali, vt est tunc, cū caret anima, vt semē dicitur habere vitā in potentia essentiali, non enim actu animam habet saltem sensitiuam. Altero modo habet vitam in potentia accidēta li, cum habet quidem animam, sed est in potentia ad operationes ipsius, vt augeatur, vel moueatur, sicut quod est calidum dicitur in potentia accidentali, vt calefacit. Nota 2.

Iuxta hoc est duplex modus exponendi, qui.n. corpus pro materia sumunt, dicunt, q̄ potentia sumitur pro essentiali, & vita pro actu primo; vt sit sensus. Corpus, & materia est in potentia ad vitam, & animam recipiendam. At qui tenent, sumi corpus pro composito, potentiam pro accidentali, & vitam pro actu secundo sumunt; & tunc est facilis sensus: Aīa est forma illius corporis naturalis, quod est in se potentiam habens, vt nutriatur, vel augeatur, vel moueatur. Duplex expositio.

Et hoc profectò cōfirmat hanc expositionem: Nam eo modo sumitur vita in definitione, quo declarata fuit in præcedēti textu: at illic pro operationibus sumpta est. Præterea, quia ridiculum esset dicere, anima est forma corporis quod potentia habet animam. definitio enim esset obscurior: melius definitur per compositum cum operationibus, quę notiores sunt: est enim sensus, Anima est forma corporis illius naturalis, quod per se nutritur, & operatur. Ratio 1. secundæ expositionis.

Substan-

Substantia autem actus. Tex. V.

Quòd aīa sit primus actus corporis. ANimam esse formā docuit, nunc actum, & primum esse ostendit. & facit hoc argumentum: Substantia, idest, forma omnis, actus est: (Supplenda est minor.) at anima forma est, igitur actus est ergo anima actus corporis talis, idest potēta vitam habentis. Et vocat hic substantiam formam, vt dicit Simplicius.

Statim deducit esse actum primum, facta distinctione. Est enim actus primus, vt scientia, & forma rei: est autem actus secundus, vt speculatio, & operatio à forma vel habitu procedens. Anima actus quidem est, sed primus, vt scientia; & hoc patet ex eo, quia aīa forma substantiæ est.

Obscurius etiam aliter, quòd sit actus primus; quia sicut speculatio à scientia procedit, & hæc est illius principium, ita ab anima sensus, & vigilia procedunt, & vigilia similatur speculationi, vt somnus habitui, & scientiæ.

Nota, eædem accidentales formæ sunt actus primi, & secundi respectu diuersorum. Aduertendum hic primò, quòd dupliciter accidentales formæ possunt comparari. Vno modo ad ipsam substantialem formam compositi, in quo sunt. Altero modo ad suas operationes ab ipsis procedentes. Si modo priori considerentur, omnes actus secundi dicuntur: si verò modo posteriori, sunt actus primi. v.g. calor respectu formæ substantialis, est ignis actus secūdus; at respectu calefactionis, actus est primus. Similiter scientia homini respectu animæ, actus est secundus: at respectu speculationis ab ipsa procedentis, actus est primus. Idem etiam sit in reliquis.

Sensus Aristotelis. Aristo. ergo vtitur comparatione, non vniuoca, sed proportionali, scilicet. Ita se habet anima respectu operationum vitę, sicut scientia respectu speculationis; sed hæc est actus primus: ergo & anima. Sed simpliciter non est æqua ratio: nam anima simpliciter est actus primus viuenti, non autem scientia.

Dubij ex iisdē solutio. Ex quo intelliges cuiusdam dubij solutionem, quare Arist. assimilans animam scientiæ, postea dixit, quòd est ante somnum & vigiliam, & somnus est sicut scię tia. Dixit enim hoc, vt indicaret, non sic esse prorsus sicut scientiam: est enim anima actus primus simpliciter in re, & ante speculationem, & ante scientiam, cùm sit ante somnum, quæ similatur scientiæ. & nota expositionem.

Aduerte iterum, quòd speculatio, quæ est scientiæ operatio duplex est. Altera præcedens habitum scientiæ, per quam fit habitus: nam ex frequentibus actibus, & speculationibus fit habitus. Altera est, quæ est post habitum scientiæ: postquam enim habet quis habitum scientiæ, speculantur. Et quamuis speculationes antecedentes, & sequentes sciētiæ habitū, sint eiusdem speciei; tamen, quæ sequuntur, sunt perfectiores, faciliores, & promptiores. Hæc eadem distinctio fit in omnibus actibus cuiusque habitus naturalis. Nota 2.

Arist. ergo loquitur hic de speculatione perfecta, quæ à scientiæ habitu procedit, & talis actus secundus dicitur: adhuc autē talis speculatio in eodem debet sumi: nam in diuersis, speculatio prior est habitu, vt speculatio magistri prior est habitu discipuli: at in eodē prior est habitus. Sensus Arist.

Et per hoc intelligimus, quòd anima est actus primus non absolutè, sed in eodem composito respectu operationum illius: quod est dicere, esse primum in genere causæ formalis: est enim primus actus illius rei. Qūo anima sit actibus primus.

Ex quibus collegit Arist. quòd cum anima fit actus, & sit primus, poterit sic definiri. Est actus primus corporis naturalis potentia vitam habentis.

Prior autē generatione in eodem. Tex. VI.

VErba textus priora, iam superius declarata sunt; vnum tamen superest declarandum, quomodo anima sit similis habitui. Qūo anima sit similis habitui.

Exponunt enim communiter, quòd sicut habitus potest cessare ab operationibus, ita anima à suis. Hoc autem videtur dubium. nam à nutritione nō vacat, quia dum viuit, nutritur viuens. 1. Expositio reiicitur.

Aliqui dicunt, quòd sat est, quòd ab aliquibus vacet, scilicet, augmentatione, motu, sensu. 2.

Alij

Universidad de Deusto Biblioteca

7. Alij dicunt, quòd non continuò nutritio fit; sed per aliquod tempus frequenter vacat, & præsertim propè mortem, & in infirmitatibus, & alias etiam: sed verum est, quòd non consistet multum temporis absque nutritione: & ob id dicitur, dū viuit, nutriri.

At quamuis ista expositio sit bona, mihi videtur posse dici, quòd Aristo. comparat animam scientiæ habituali: hoc, quòd est principium operationis: & in hoc, quòd ratio habitus non consistit in operando, siue operetur, siue non. Ita anima est principium operationum vitæ: & esse animæ non consistit in operādo, sed in eo, quòd sit principiū operationū. Vn de habere vitam potentia, non est non operari, sed habere principium, quo sic operetur, siue operetur, siue non. Est igitur anima actus corporis physici potētis, & habentis facultatem operandi opera vitæ. Et est notanda expositio.

Quòd corpus vitā habēs sit organicū.

In sequentibus verbis textus probat, quòd corpus hoc vitā habens, sit organicum, & instrumētale, habens varias partes, quibus operetur. Cùm enim animata in se, & à se operentur, debent habere principium, vt à se operentur, & organa, vt in se varie operentur.

Hoc ostendit ex ipso sensu à minori. Nam plantæ, quæ inter viuentia minus sunt organica, adeo vt simplicia, & similia videantur, habent organa: ergo etiam alia omnia. Antecedens patet: nam habent folia, quæ sunt cooperimenta illius, quòd est circa fructum, id est, putaminū, & quod est circa fructum, idest, putamē, cooperit fructum: habet etiam radices, quæ sunt sicuti os in animali, quibus cibum trahant: denique cum varia habeāt munera, & varias debent habere partes.

Complectur tota anima definitio.

Est igitur anima, actus primus corporis physici, & organici. In hoc verbo includitur, Potentia vitam habentis: quātuis ad maiorem declarationem, soleat addi, Actus primus: indicat, esse formam substantialem corporis physici, id est, non artificialis, sed naturalis; non cuiusque, sed viuentis, vt declaratum est.

Si aūt aliquid commune' in omni. Tex. VII.

Definitionem omni animæ competere.

COncludit, si aliquid commune omni animæ definitionem competit, esse definitionem: nam hæc enim omni animæ competit, in communiq; complectitur, rationalē, sensitiuam, & vegetatiuam.

Dubium quo ex corpore & anima fiat vnum ens per se.

Vnum statim excludit dubium, quod poterat aliquis opponere. Videtur enim, quòd anima non sit corpori vnibilis, sed potius aliquid per se: nam quomodo ex anima, & corpore potest fieri vnum, quòd sit animatum, nisi aliquid aliud vniens ponatur? & hoc potius erit anima. Sic enim argumentabatur Arist. contra Platonem, 1. de anima. tex. 91. quòd non sint plures animæ in vno, quia oporteret illas quodam alio vniri.

Respō.

Respondet ad hoc, q̄ nō oportet quærere causam, quare ex corpore, & anima vnum fiat, sicut nec quare ex corpore, & anima fiat ens per se. Vnū enim, & ens, pari modo dicuntur, & se sequuntur. Vt enim est ens per se, & per accidens, ita vnum; & vt ex anima, & corpore fit ens, per se, ita vnum per se. Fit autem ens per se, quia anima est actus, & corpus potentia, & actus est, quòd propriè est, ob id animatum ab anima dicitur esse, & vnū esse.

Nota.

Aduerte circa horum intelligentiam, quod 8. Metaph. cap. 6. quæritur, quare ex materia, & forma fiat vnum per se, cùm ipsa duo sint. & 7. Metaph. cap. 11. quare ex genere & differentia fiat vnū; & vtrobique respondet; quia vnum est vt actus, alterum vt potentia: ex actu autem, & potentia, natum est fieri vnum per se.

Per potentiam intelligit imperfectū, inconsumatum, & incompletum ens: Per actum, id, quod complet, & consumat. Ex incompleto autem, & completo vnum fit: nec est alia causa, nisi quia vnū est inconsumatum, alterum consumans: materia est imperfectum quid, forma perficiens, ob id ex materia, & forma fit vnum per se.

Sensus Actus.

Hoc est igitur, q̄d modò dicit: anima est vt actus perficiens, & complens: corpus, vt materia, incompletū, & imperfectum.

Aduertēdum.

ctum. Non est opus igitur quærere, quomodo, aut quo fiat ex his vnum, sicut nec quæritur, quare ex cera, & figura vnum fiat; sed hoc est vnum accidentale; ex anima verò, & corpore vnū essentiale; sicut illud est ens per accidēs, & hoc ens p̄ se.

Attende, quòd hic sumitur corpus pro materia ipsa, & altera compositi parte; sed non ob id partes, sic sumi in animæ definitione: in illa enim probabilius est vt dicimus sumi corpus Physicum viuēs, quod compositum est. at argumentum contra Platonem adhuc vim habet; nam plures animæ non sunt, vt actus, & potētia, sed vt actus tantùm.

Vniuersaliter igitur dictū est qd sit aīa. Tex. VIII.

Animam esse finalem.

ITerum concludit animæ definitionem vniuersalem. Est enim anima substantia secūdùm rationem, idest, forma, & quod quid, id est, natura talis corporis, scilicet viuentis corporis. Vide quo modo corpus pro composito sumatur; nam anima est, quòd quid & natura corporis, totius.

Exēplū.

Explicat hoc exemplo artificiati corporis, quod similitudinem habet cum naturali. Si securis esset animal, anima ipsius, non ferrum, sed figura esset: ita similiter corporis habentis in se principium motus, & quietis, forma est anima.

Vbi iterum corpus pro composito sumi videtur; non enim materia est corpus habens in se principium motus, & quietis, sed compositum; & talis forma corporis dicitur anima. Et sicut securis non esset, ablata figura, nisi vocabulo æquiuoce sumpto; ita nec viuens esset viuens, ablata forma, seu anima. Hoc est vnum exemplum.

Cōsiderare autē & in partibus. Tex. IX.

a Exemplum

ALtero exemplo vtitur ex parte viuentis sumpto. Si oculus esset per se animal, profectò anima esset non pupilla, id est, ila pars carnis, sed visus, & videndi principium, quæ est oculi forma, quo ablato non esset oculus, sed æquiuocè, sicut pictus oculus dicitur oculus. Si igitur in parte forma esset anima, si esset talis pars animal, hoc idem erit in toto, vt principium sentiendi in toto, & totius forma sit anima sensitiui, vt sensituum est.

Nō est autem, quod abiecit. Tex. X.

Qūo corpus cuius actus est anima dicatur habere vitā in potentia.

QValiter corpus, cuius actus est anima, dicatur habere vitam in potentia, explicat, in quo manifestatur expositio superius data. Dicit, non sic dici corpus in potentia, acsi non haberet animam, sicut semen dicitur potentia viuens, quia non habet animam; sed dicitur potentia viuens quod animam quidē hēt, p̄ quā possit exercere opera vitæ, & talis corporis aīa, actꝰ est primus.

Assimilat iterum eisdem exemplis. Nā antè solùm aīam explicat, nunc explicat, & comparat vitam, quæ est operatio animæ. Vigilia, & animæ operationes sunt, sicut incisio in securi, & visio in oculo; anima est sicut figura in securi, & visus in oculo; corpus, in quo est anima, sicut in materia, est sicut ferrum, vel pupilla; totum autem animal, & animatum, est sicut pupilla simul cum visu.

Quòd igitur non sit anima separabilis. Tex. XI.

Aliquas aīæ partes esse inseparabiles à corpore & alias separabiles.

VIm Arist. animam actum corporis definisset, ac inde videretur aliquid colligi circa ipsius separabilitatem; hoc ipsum manifestat, dicitq;, quòd manifestū est, aliquas animæ partes inseparabiles esse à corpore: eas, scilicet, quæ sunt actus corporis; aliquas etiam separabiles esse, quæ nullius corporis actus sunt.

Dubium.

Dices; Quid intelligit Arist. per partes? Philoponus dicit, partes substātiales & species, vt sit sensus; Animæ aliquę inseparabiles sunt, idest, sensitiuæ, & vegetatiuæ, quia sunt actus corporū: at rationalis

1. Soluti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nalis non est actus corporis, ob id separabilis est.

Notat autem Philoponus duo; Alterum, ꝙ anima rationalis nõ sit forma informans secundùm Arist. Alterum, quòd sint plures animæ in hoíe: in quo dicit, non sibi constare; nam libro primo id reprehendit contra Platonem. hæc eadem expositio ferè est Auerr. nisi quòd hic ponit vnum intellectum in omnibus.

Altera expositio Simplicij, Themistij, Alexand. S. Tho. Caiet. & aliorum, quòd per partes intelligat potentias, sitque sermo de anima humana, vt quantum ad aliquas potentias, sit in separabilis, ideſt organicas, quales sunt sensitiuæ, & vegetatiuæ: quantum ad alias, sit separabilis, quia non sunt organicæ, scilicet secundùm Intellectum, quod idem dixerunt. 1. animæ text. 66. quod intelligere est solius animæ intellectiuæ: sentire est compositi ex tali anima, & corpore: ob id illud separatur, hoc non.

Cõfirmatione. Et hoc etiam confirmatur: quia absurdum est dicere, sibi Aristot. contradicere, multasque in vno animas ponere; quod etiã inferius reprobat. Et absurdum quoque est afferere animam rationalem non esse formam informantem, nec actũ esse corporis, atque adeò nec datam in communi animæ definitionem ab Aristotele omni animę conuenire, aut non vniuocè conuenire, cùm tamen Aristoteles simpliciter, & in communi omnem animã definierit, & vniuersalem definitionem assignarit, & omnem actum esse corporis organici voluerit, &c.

Amplius autẽ manifestũ.

An aía sit actus corporis, vt nauta in naui.

Via separabilem animam dixerat, quia secundum aliquas potentias non est corporis actus: posset quis dubitare, an aía talis sit actus corporis, vt est nauta in naui scilicet solùm vtens corpore, & nõ dãs esse: dicit, hoc nondũ esse manifestũ.

Ne intelligas, ꝙ vult significare, quod in definitione actus vtroque modo sumi potest, & non sit manifestum, quomodo sumatur; sic enim aliqui intelligunt, & decipiunt, vt nos. q. 2. probabimus: sed vult dicere, quamuis ex definitione cõstet esse animam omnem actum informãtem, tamen id nondũ est probatum, & certũ: & sic exponit Alexander, & benè.

An anima sit substantia. Quæstio I.

VT animæ definitionẽ exami Primus argumẽtum pars quæstionis.
nemus, ab ipso genere incipiamus. Ponitur autem anima ab Aristotele in genere substantiæ. Videtur autem primò non ita esse, substantia est, quod subsistit: at anima non subsistit. Quod enim est quid incompletum, & non per se, non subsistit: tale autem est anima: ergo non est substantia.

2. Præterea secundò. Substantia est, quod secundùm se subsistat accidentibus: at anima non est huiusmodi; nam accidentia non insunt animæ, sed compositæ substantiæ: ergo non est substantia.

3. Præterea tertiò. Anima est in subiecto, vt hic fatetur Aristote. non ergo est substantia.

4. Præterea quartò. Aía non est species, nec genus, nec indiuiduum prædicamenti substantiæ, cùm non sit totum, vel quid completum; ergo substantia non prędicabitur de ipsa, nec dicetur substantia.

1. Opin. Galeni. Attende, ꝙ Galenus fuit dubius in hoc putãs, animam esse temperamentũ qualitatũ primarum, & sic esset accidens: nam talis temperies vel est ipsæ qualitates simul proportionatæ, vel vna simplex reliquarum. Vide lib. 3. de locis affectis cap. 6 dicit, animam esse temperamentum qualitatum, ac cum his immutari. Idem lib. 3. de symptom. & lib. 7. de vsu partium c. 8. fatetur, se ignorare animæ naturam, & lib. de eo, quòd mores animæ temperaturam corporis sequatur, dubius est, & inclinare videtur, ꝙ sit temperies eo, quòd fit animæ mutatio in ebrietatibus, & in varijs veniens varios effectus efficientibus: quædam enim melancholiam, quędam lethargum inducunt, ac si aía sit temperies illa mutabilis.

2. Opi. Hanc aut huic similem sententiam recitat etiam Arist. tex. 54. dicitque esse rationabilem alijs multis, puta, quòd anima sit harmonia.

Alij

1. Opin. Alij Philosophi dixerunt animam esse substantiam corpoream, vt expositum est in Arist. Alij esse ex substantia Dei, vt minimus superius. Variè varij senserunt.

4.

1. Conclusio. At pro dilucidatione sit prima conclusio. Anima non est accidens, sed substantia. Hanc solent aliqui probare, sed iudicio meo non efficaciter.

1 Rõ Auicen. Auice. lib. de anima cap. 3. & Alb. sum ma de homine. q. 3 faciunt hanc rationẽ. Susceptiuum contrariorũ est substantia: at anima est susceptiua contrariorum: suscipit enim in se habitus contrarios: ergo est substantia.

Confutatio hic eius rationis. Sed hoc nõ videtur concludere. Primò quia id est in sola anima humana. Præterea secundò, quia negaretur maior. Nam superficies susceptiua est cõtrariorum, id est albedinis, & nigredinis, tamen nõ est substantia. Quòd si diceres, superficiem recipere, quia [illegible] est in alio, pariter diceret ille de anima.

2. Ratio Auerro. Auerro. com. 1. dicit esse per se notum, animam esse substantiam, facit autem argumentum. Omnis substantia est nobilior accidentibus: at anima est nobilior accidentibus, ergo est substantia.

Reiicitur ẽ Auer. Sed ille negaret minorem. Et aduerte, quòd est argumentum in secunda figura ex affirmatiuis duabus, & ita nil concludit. Quòd si maiorem conuersam assume ret. Quicquid est nobilius accidentibus, id est substantia; sed anima est nobilior: ergo, &c. tunc maior esset dubia, nã perfectissimum accidens esset cæteris omnibus perfectius; & præterea, q diceret animam esse accidens, & negaret minorem.

3. Rõ Alber. Anima est nobilior oĩbus accidentibus. Albertus in præsẽti aliter probat: quia anima est pars substãtiæ, cùm sit pars animati corporis, quod est substantia. Sed adhuc non concludit: quia negari id potest facilè.

4. Ratio. Ob id mihi videtur id posse sic ostendi primò duobus suppositis.

Primum suppositum. Alterum est, quòd accidens nõ agit vnquã in virtute propria, nisi ab aliqua substantia sumptum, vt Instrumentum, & calor non agit, nisi in virtute ignis, nec frigiditas, nisi in virtute agentis alicuius principalis. Hoc enim principio vtimur ad probandum grauia, & leuia moueri à generante, vel remouente prohibens. Non enim grauitas, vel leuitas possunt agere, nisi vt alicuius instrumenta, sicut virtus in ferro trahit ipsum ferrum, sed vt talis virtus est in magnete. Nunquã enim accidens est causa principalis: quia cùm non habeat esse, neque materiam per se, neque habebit similiter operationem. Hoc principio vtimur ad indagandum diuersitatem substantiarum ex diuersitate virtutum, & passionum.

Secundũ. Alterum principium est, animam esse primum principiũ internum motionis: hoc enim cõitet omnes vocant animam.

Ex his fit argumentum. Nullum accidens est principium primum motionis: anima omnis est principium primũ motionis: ergo nulla aĩa est accidens. Consequentia est euidens: & maior, & minor ex suppositis patet. Si enim accidens esset istud, non moueret nisi in virtute alicuius substãtialis principij: & tale esset anima.

2. Ratio. Probatur secundò. Id, quo duæ substantię substantialiter differunt, necessariò est substantia: at corpus viuens, & non viuẽs sunt substantię substantialiter differentes per aiam: ergo anima est substantia. Cõsequentia est certa cum maiori. Probo minorem, quòd substantialiter illa differant: nam differre per animam, certũ est.

Si non differunt substantialiter: ergo accidentaliter, & per aliquod accidens, sicut corpus album, & non album: tunc peto, Illud accidens, vel est commune, vel proprium. Si commune: ergo poterit inesse non viuenti, & sic lapis per solam alterationẽ fieret animal: quod est impossibile. Si proprium: ergo aliqua etiam est forma substantialis viuenti propria: non enim differret in proprio accidenti, nisi differret in propria forma: quia propria à formis emanant, & distincta à distinctis: ergo illud erit anima, nam per animam primò differunt.

3. Ratio. Probatur itẽ tertiò. Si esset accidens, vel esset qualitas prima, vel ex qualitatibus primis, cùm viuentia sint mista: sed neutra possunt esse: nam tales qualitates non sunt principia multiplicitũ motuum, & operationũ, quales insunt viuentibus: non ergo aię est accidens, nec esse potest.

4. Ratio. Denique cõsimilibus rationibus, quibus in libris Physicorũ probatur forma substantialis: hic potest in viuẽtibus ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia probari ex operatione videlicet rei propria naturali, & semper eadem cõstãti, & permanente: hæc enim indicat potẽtiã, & potentia essentiam vnde prouenit, ac primum eius principium constans, & permanens, naturale, & semper idem, atque adeo non accidens, sed substantiam.

1. Ratio. Probatur tandem quinto, quia omnia accidentia viuentis, & omnia organorum, & eorum temperies, & dispositio ab anima conseruatur, quod experientia videmus: nam ipsa recedente, omnia diffluunt, & corrũpuntur: ergo anima aliud est ab ipsa accidentium omnium congerie, & ab omni deniq; rei accidẽte, quod conseruat. Confirmatur, q omnia rei accidentia, & tota temperies accidentium contrariorum, & diuersorum inter se ab aliquo debent conseruari, alias secum pugnarent, & dissoluerentur statim: ergo opus est præire ipsa accidentia aliud vinculum ipsa colligens, & retinens.

2. Concl. 2. Ratio. Secunda conclusio. Anima non potest esse corpus. Probatur primo argumento Arist. 1. Animæ, tex. 72. Corpus non põt esse simul, & cum qualibet parte alterius corporis. Non enim est penetratio corporũ: at anima est in quaq; corporis parte: ergo non põt esse corporis. Minor probatur: quia in quacunq; parte corporis est animæ opus, nutritio, motus, sensus: ergo est anima: non enim potentia separatur ab ipsa.

3. Ratio. Probatur secundò ex illo principio superiori. Nullum corpus est principium primũ motus: at anima est principiũ primum motus animati: ergo non est corpus. Probat maior. Si corpus primo moueret, animal ipsum etiam moueretur: corpus enim non mouet, nisi motum sit.

Vlterius. Omne corpus se mouens, habet partem motam, & mouentem: ergo corpus illud, quod dicitur anima, habebit partem mouentem: erit ergo hæc motus principium: ergo animæ. cumq; hæc sufficiat mouere, non opus fuit ipsam ponere corpus.

4. Ratio. Præterea probatur tertio. Si anima est corpus, vel est elementum, vel ex elementis mixtum, vel ex natura cœlestis corporis. Sed nullum horum potest esse. Non quidem elementum: quia elementa hẽnt determinatos mot' vel sursum, vel deorsum: at anima nõ tales: propterea illa necessario, hæc secundùm appetitum mouetur.

Non mistum: quia tunc impediretur à cognitione accidentium. Quod enim cognoscit, debet denudari ab eo, quod cognoscitur, vt dicetur inferius, & experiẽtia patet. Cũ enim manus est calida, non potest discernere calorem alienæ manus tactæ, & cum est frigida, non sentit alienam frigiditatẽ: quòd si anima esset corpus mixtum, vtique haberet qualitates, & accidentia varia, quibus impediretur ab exteriorum cognitione.

Præterea: non potest esse corpus cœleste: quia hoc est inalterabile, & inincorruptibile: at anima omnis alterabilis est saltem per accidẽs, & corruptibilis sicut Vegetatiua, & sensitiua: non ergo anima est corpus.

3. Concl. Tertia conclusio. Anima non est materia.

1. Ratio. Probatur. Materia enim non est principium actiuum motus: anima autẽ sic.

2. Ratio. Præterea. Corpora viuentia à non viuentibus non differunt in materia, differunt autem in anima; ergo anima nõ est materia.

4. Concl. Quarta conclusio. Anima est forma. Hæc colligitur discursu Arist. Anima est substantia, non materia, non compositũ: ergo forma.

Obiect. Vnum superest dubium contra discursum talẽ. Nõ enim videtur valere, si anima est substantia, & nõ materia, nec cõpositum, quòd sit forma. Nam dicet quis, esse aliam substantiam spiritualem: nam hæc diuisio est corporeæ substantiæ, non autem substantiæ in communi, quæ diuiditur in spiritualem, & corpoream.

Solutio Ad hoc respondemus primò, Aristotelem supponere, animam non esse ens cõpletum, sed incompletum, & ita non opus erat, vt ostenderet, non esse aliã substantiam spiritualem separatam completam. Deinde secũdò, necessario debet fateri, quòd Arist. supponit animam esse in corpore, & esse actum corporis, vt ex eius definitione liquet. Quare ex hoc iam reijcitur sufficienter, non esse substantiam separatam, quæ non sit actus corporis. Deinde tertio, quia constat, animam esse subiectum accidẽtibus sensibilibus, & motibus saltem per accidens cum corpore animato: id autem non est substantiæ separatæ, sed in corpore existentis, & cor-

pori vnitę corporaliter, & substantialiter. Quod cùm ita sit, vide, apertum argumẽtum contra Auerroem, qui dicit animam intellectiuam esse spiritualem substãtiam vnam in omnibus: tunc enim destruitur discursus Arist. Oportebat enim substantiam in communi sumi: & sic insufficienter esset diuisa, & discursus esset nullus. Hoc considera.

Ad 1. Soluamus argumenta. Ad primum dico, quòd substantia non dicitur ab eo, quòd subsistit tanquam suppositum per se, sed ab eo, quòd non est in alio inhæsiuè: & sic sumpta diuiditur in illa tria mẽbra. Loquor de corporea substãtia. & ita forma est substantia.

Ad 2. Ad secundum pari modo respondetur. Non enim ab eo, quòd per se subsistet accidentibus substantia in communi sumitur: id est proprium primis substantijs: sed, vt diximus, ab eo, quòd non sit inhærens alteri.

Ad 3. Ad tertium solutio est nota ex his, quæ sæpe alibi diximus. Forma enim & anima non sic dicuntur in subiecto, sicut accidens dicitur esse. Non enim accidens subiectũ, sicut forma materiam, perficit.

Ad 4. Ad quartum respondeo, quòd, cum dicitur, anima est substantia, non prædico substantiam, quæ est genus generalissimum: hæc enim est substantia completa: at aïa incompleta est substantia, & pars substantiæ, non autem completa substantia sumpta pro cõposita, & pro parte, quam dicunt esse analogam, vt alibi dicemus.

Dubium. Dices, Nunquid anima est genus, vel species? Prędicatur enim vninocè in quid de pluribus.

Solut. 1. Dico, quòd est species logica, sed non physica. Vt sit species, vel genus logicũ, sat est, vt sit quoddam commune prędicatum quidditatiuum: at vt species sit physica, vlterius debet esse completa natura, & non pars, qualis est anima. Reductiuè ergo ad genus pertinet.

2. Secundò respondeo, quòd sicut anima est pars, ita etiam dici potest habere partialia genera, & partiales species, &c.

3. Tertiò, & fortasse probabilius dicimus, quòd genus animæ propriè non est substantia, sed forma substantialis. Hoc autem esse verum, & propriè genus, & verè, & propriè habere species formarum substantialium sub se, vegetatiuam, sensitiuam. Hęc nota, quamuis breuiter dicta: non enim immoror in his, quia logica, vel metaphysica sunt.

An definitio animæ sit vniuoca, siue (quod in idem recidit) An sit anima assistens, & vna in omnibus hominibus, an sit informans, & in singulis diuersa. Quæstio II.

Hæc est solennis illa difficultas de anima assistente: ipsius enim determinatio, & elucidatio, & eorũ, quę dicta sunt, & dicendorum, magnam afferet veritatis lucem.

Qua in hac quæstione agenda. Vt igitur distinctè procedamus, faciã sex. Primò sensum quæstionis aperiam, ac opiniones illustrium Philosophorum ponam. Secundò opinionẽ Auerrois peculiariter explanabo cũ suis rationibus, nulla, me sciente, prætermissa. Tertiò euidenter probabo, esse contra Aristotelem, & contra principia Aristot. Quartò, esse contra veram Philosophiam, & lumẽ naturale. Quintò opiniones alias falsas cõfutabo, & pśertim Mirãdulani, & Achillini nõ minus impias, & fatuas, quã Auerrois, de vnitate scilicet animæ informantis in omnibus hominibus. Sextò proponam veram doctrinam. Et tandem septimò soluam rationes in oppositum.

Circa sensum tituli qõnes. Circa primum, forma dupliciter accipitur. Vno modo prò parte substãtiæ, quæ informat materiam, & cum ipsa vnũ per se essentiale compositum facit: & talis dicitur forma informans.

Quid intelligamus per formam, seu actũ informãtem & assistentẽ. Altero modo pro forma, vel substãtia, quæ non vnitur essentialiter, nec secundùm substantiam, sed solum secundùm operationem quandam, sicut nauta vnitur naui, quam mouet, & Intelligentia orbe: & talis dicitur forma assistens. Cùm autẽ forma his duobus modis sumi possit, pariter etiam actus. Erit itaque duplex actus & informans, & assistens.

Ex hoc surgit difficultas, quomodo in In quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Status difficultas.

definitione animæ sumatur. Et quidem, si sumatur tantùm pro informante, tũc definitio erit vniuoca: si tamen partim pro informante, partim pro assistente, vel in communi, non erit vniuoca.

Difficultas autem tota est de anima rationali: de vegetatiua enim, & sensitiua omnes fatentur, esse actus informantes; de rationali est controuersia. Vnde qui hanc dicunt non informare, dicunt esse definitionem analogam; qui dicunt informare, dicunt illam vniuocam esse.

Sensus quæs.

Sensus ergo quæstionis est, an in animæ definitione comprehenderit omnem animam, actus tantùm sumatur pro informãte. & si vis clarius: an anima rationalis secundùm substantiam suam sit corporis forma.

Et quamuis sit multum cum hac coniũcta materia de immortalitate ipsius, nihil tamen hic ea de re tractabitur, sed suo loco libro 3. solum ergo hic de informatione tractabo.

1. Opinio S. Th. Alex. &c.

Sunt igitur quatuor sententiæ in hac parte. Prima est S. Tho. Alexandri, Aegidii, & ferè Latinorum, quòd definitio est vniuoca, animę quæ rationalis corporis est forma informans.

2. Opinio Philopo. Simpl.

Alia est sentẽtia Philop. tex. 11. & Simpli. tex. 7. qui animam rationalem non informantem credunt, sed solùm vtentem corpore, sicut nauta est in naui, ita tamẽ, vt quælibet anima sit in suo corpore. Quę sententia fuit Platonis, & Greg. Nysseni. 2. de anima, cap. 5. Credebat autem Plato, quòd homo esset sola anima, corpus autem non esset hominis pars, sed instrumentum, & mobile, cum tamen non ita sit, sed verè homo ex vtroque essentialiter constet.

3. Opinio Themist.

Tertia sententia fuit Themistij 2. de anima cap. 27. vsque ad 32. quòd anima intellectiua sit assistens solum, & substantia quædam incorporea, ac immaterialis, sempiterna, vna numero in omnibus hominibus. Credidit autem, quòd homo substantialiter cõstitit in tali forma, imò non est aliud homo, quàm talis forma, quæ dicitur Intellectus.

4. Opinio Auer. de vnico intellectu omnibus hoibus.

Quarta sententia est Auer. 3 de anima cõm. 5. differens ab omnibus Græcis, quã Bessarion libro 3 contra calumniatorem Platonis cap. 22. dicit solius fuisse Auer. & Alber. tract. contra vnitatem Intellectus, dicit tantùm esse illius. Ipse autem Auerr. dubitando dixisse id videtur & rogando alios, vt sua placita scriberent, sed quod ille dubitatiuè dixit, quidam tãquã certissimum receperunt. Sententia ergo Auerr. exponatur, & sit secũda pars quæstionis ex his, quas proposuimus.

Sñia Auerro. & sit 2a tribus.

Sententia Auerrois consistit in his tribus. Primum, quòd est quædam anima particularis hominis, ei essentialis, per quam distinguitur à cæteris animalibus, quæ cogitatiua dicitur; & hæc est sensitiua, tota organica quantum ad omnes ipsius potẽtias, per quam sola singularia cognoscuntur, educiturque de potentia materiæ, & corrumpitur corrupto composito, & generatur cum ipso, multiplexque est, pro multitudine hominum, quilibet enim habet suam.

Secundũ.

Secundum est, esse quandam aliã animam Intellectiuam, quę non informat sicut prior, sed assistit, & per hãc homo nõ distinguitur essentialiter à brutis, nec ab illa suam sumit speciem: hæc autem est sempiterna, vna in omnibus hominibus singulos præcedens, & post singulos manens, singulisque vnitur per phantasmata, & per eam quisque intelligit. Aduertẽdum autẽ, quòd differt à Themistio multum. Nam Auerro. hominem putat non essentialiter constitui per Intellectum, sed per animam cogitatiuam; at Themistius, putat hominem esse ipsum Intellectum: & hoc minus est absurdum, quia saltem saluat modum, quo homo intelligat, quem nõ potest assignare Auerroes, vt dicemus.

Nota de scrimen inter Them. & Auerr.

3.

Dicit tandem tertiò Auer. quòd Intellectus hic dicitur plures extrinsecè, quatenus diuersa phantasmata habent ordinẽ ad ipsum, sicut columna dicitur dextera & sinistra respectu diuersorum, tamen in se vna est: ita Intellectus hic multiplex est respectu phantasmatum diuersorum hominum, quibus operatur.

Dubium in Auer.

Dices, Quæ vnio est ista? Dico, quòd nec ipsemet Auerroes (credo) intellexit, & quisque varie exponit, omnes autem modi sint imaginarij, tamen dicam illũ, qui ei conformior est.

Explicatio eius.

Aduerte igitur ex 3. Physico, quòd eadem operatio, qua agens agit, & patitur patiens,

patiens, vt eadem est re calefactio, qua calefacit ignis, & calefit aqua: ex quo sequitur, quòd sit vnio quædam ratione huius operationis inter agens & patiens, quia vna est operatio. Cùm igitur obiectum habeat rationem agentis, & potentia rationem patiẽtis in respectu speciei, sequitur, quòd eadem est operatio p quã phantasma agit in Intellectus speciem, vel Intellectus sumit speciem à phantasmate: ob id ratione huius vnitur nobiscũ ille Intellectus. Et notandum, quòd qua parte recipit species, dicitur possibilis, qua parte agit, & intelligit dicitur agens, vna tamen est substãtia separata hæc est impij Auer. sententia.

5. Opin.

Quinta opinio est non minus fatua, & impia, quam Auerrois, atq; haud scio an magis, asserentis, vnam esse animã rationalem, non assistentem, vt ille erat intellectus Auerroisticus, sed informantem in omnibus hominibus; estq; Mirandulani lib. 32. de euersione singularis certaminis sectione 1. & lib. 33. sect. 2. & 6. & Achilli libro de Intelligentijs, quodlibeto 3. dubio 2 & 4. vbi vterq; contendit p Phi losophiam, & rationem naturalẽ ita esse, & per Aristotelem quoque, quamuis per fidem dicant aliud esse dicendum. Hæc opinio in nullo alio ferè differt ab Auerroe, quam quòd ille assistentem, isti verò eam ponant vnam informantem: hoc ergo impium deliramẽtum post cõfutatio nem Auerrois euertemus: nũc iam rationes Auerrois, & eius fundamenta refutemus.

Primò p Auerr. ab authoritate.

Probatur ergo Auerr. stultitia. Primò authoritate, quãuis re ipsa nulla sit in toto Arist. quæ probet talem vnitatẽ Intellectus, imò nec vllũ eius referat vestigiũ, nec ipse citat: tamen adducam aliqua loca, quæ pro illo adferri posse, alicui videntur. Primò animæ tex. 82. dicit Intellectum esse antiquissimum, & secundũ naturam dominium. Præterea 2. animæ tex. 11. dicit non esse actum corporis, & 3. de anima tex. 5. esse immissum, & separatũ. & 2. de generatione animal. cap. 3. de foris venire.

2. Ratio.

Probatur etiam secundo argumento, quod facit Auerroes dispur. 1. cap. 8. Omne, quod pluralificatur numero habet materiam: sed Intellectus non habet materiam, vt dicit Aristoteles 3. animæ tex. 5. ergo non potest esse plures numero: ergo erit idem in omnibus, & vnum.

3. Ratio.

Præterea tertiò ibidem arguit. Nam si pluralificaretur, cum ipse sit immortalis, ac mundus ab æterno secundum Aristo. sequitur, quòd essent animæ infinitæ actu: at infinitum actu esse non potest.

4. Ratio.

Præterea quartò, & hoc est fortissimũ apud ipsum, quod sumpsit tñ à Themist. Si Intellectus est in materia, ergo est singularis: sed singularis esse non potest: ergo non est in materia. Probatur minor. Si esset singularis, non posset recipere speciem vniuersalem, nec intelligere vniuersalia. Cùm autem intelligat vniuersalia, erit profectò vniuersalis, & abstractus.

5. Ratio.

Præterea quintò. Si esset forma, non posset esse ante corpus, sed necessariò deberet de nouo produci: hoc autẽ esse non potest: nam sequitur, quòd esset corruptibilis: quod patet. Nam secundum Aristo. quod incœpit esse, non erit perpetuũ. Nã 1. Cœli cap. 10. arguit cõtra Platonem dicentem mũdum fuisse factum, dicit, q; si factus est, vtique corrumperetur.

6. Ratio.

Præterea sextò ex Iã du. 3. de anima q. 5. si Intellectus informat; ergo pendet ex dispositionibus sensibilibus materiæ: ergo illis remotis corrũperetur: quod enim est in materia pendens à dispositionibus ipsius, his remotis corrumpitur. hoc autẽ falsum est.

7 Ratio.

Præterea ibidẽ septimò. Si Intellectiua anima fm suã substantiam informat, vniturq; materię, peto de illa vnione, Vel est substantia ipsius animæ, vel accidens. Si substantia: ergo remota vnione, non manet animę substantia, & sic corrumpitur. Si accidens: ergo separabile, vel inseparabile. Si inseparabile; ergo illo remoto, simul destruet aĩa: aliter non esset inseparabile. Si separabile: ergo põt manere anima in materia absque vnione, & sic erit vnita absq; vnione: quod est impossibile: ergo anima non vnitur secundum se.

8. Ratio.

Præterea octauò sequeretur, quòd homo nunquam esset corruptus: quod est falsum. Deducit sequelam sic. Si anima intellectiua est forma; ergo in homine nulla est alia forma substantialis nisi illa: sed illa est incorruptibilis, similiter & materia, & homo nõ dicit aliud nisi illa: ergo non.

Universidad de Deusto Biblioteca

non corrumpitur, sed est quædam separatio.

9. Ratio. Arguit nonò. Si intellectus est forma; ergo diuisibilis est saltem per accidens; quia cum sit in materia quanta, diuidi, & extendi debet extensione illius: at Intellectiua anima indiuisibilis est: ergo non potest esse forma.

10 Ratio. Tandem est decimum argumentum nostrum. Si anima est forma secundùm suam substantiam: ergo omnes ipsius potentiæ sunt organicæ: Sed hoc est impossibile: tunc enim nō esset separabilis. Cō sequentiam probo: quia si aliqua esset nō organica, tunc talis esset abstractior, quā animæ substantia: quod esse non potest. Non enim accidens est abstractius ipso subiecto. Hæc sunt argumenta, quibus ista sententia innititur, & hęc est secūda pars quæstionis.

Confutatio impii Auerr. Probandum est modò talem sentētiā esse prorsus contra Arist. & contra principia ipsius: & quidem hoc non est opere sum probare, adeò enim cōstat, vt Aristo telē videantur ignorare, & oculos obstinate claudere, qui talem errorē ei adscribunt. Incipiamus ergo id ostendere.

Quòd ei' sententia sit cōtra Aristo. & Arist principia. Est primus locus 12. Metaphy. tex. 17. vbi dicit, causas efficientes esse ante suos effectus, tamen formalē simul esse cum ipsis, nec posse antè esse: vt sanitas non potest esse ante sanum: at à parte post nō ita est; non enim prohibet, aliquam formalem causam manere post effectum, &

Primus locus Arist. Arist contra Auer. manifestus. hæc est anima, non omnis fortasse, sed mens. Hæc dicit Arist.

Nota. Vbi nota, mentem esse causam formalem, non antecedentem effectum. quòd si non antecedit, producta est, si non antecedit, informās est: nam assistēs illa Auerrois, æterna est. Nec poteris dicere, quòd per mentem intelligit cogitatiuam: nam cogitatiua non manet post effectum: est enim corruptibilis: at mens manet.

Relicitur tur oēs fugæ q excogitari possunt. Nec poteris dicere, quòd dicitur non esse ante omnes homines simul. nā hoc modo non diceret, quod manet post: loquitur ergo de singulis per se. Etiam non poteris dicere; quod loquitur dubitatiuè: nam cum dixit, Fortasse, non dubitauit de mente, sed de omni anima: at de mente, vt certum protulit.

Nec fuit ex sententia Platonis, quia id est contra ipsum: nec alterius Philosophi, quia nullius meminit vnquam Arist. qui talem habuerit sententiam: ergo id ex propria sententia dixit.

Vnde habes mentem esse formam informantem productam, & immortalem, ac consequenter multiplicatam, cùm nō antecedat effectum, & compositum. Hoc vnum sufficiebat testimonium profectò, cùm talis error nullum, pro se testimonium habeat.

Secundus locus Arist. citus Auer. minus ficè. Sed notandum etiam secundum testimonium 1. de anima tex. 66. loquens de Intellectu immortali, dicit hæc verba: Ipsum intelligere, & ipsum speculari marcescit alio quodam interius corrupto: ipsum autem impassibile. Cogitare autē, et amare, aut odisse, non sunt illius passiones, sed huius habentis illum, & prout illum habet. Hæc Aristoteles.

Nota. Vbi nota, quòd cogitare, & amare, & passiones sensus, dicuntur esse compositi ex Intellectu seu aīa intellectiua, & corpore, & quòd non per aliud principium cogitamus, amamus, odio habemus, & exercemus reliquas cōpositi affectiones sensibiles, nisi per illudmet principium, quo speculamur: quod si ita est, quomodo audet dicere Auerr. quòd per Intellectū solū speculamur, & per aliam distinctā animam cogitamus, cū eidem principio hæc oīa tribuat Aris. Quòd si idē est principium sentiēdi, & intelligendi elsē tiale, scilicet Intellectus, erit profectò forma informans: nam principium sentiēdi non potest esse abstractum, cum sentire sit compositi, & totius, nullo reclamāte.

3. Locus Arist. Sit tertium testimonium 1. Eth: corum cap. 7. volens indagare hominis beatitudinē, sumit principiū hoc, Beatitudinem hominis esse ponēdam in ea ipsa operatione, quæ homini est propria, in qua à brutis distinguitur, atque ex hoc infertur quòd non in vegetatiua, nec in sensitiua collocanda est: hæ enim communes sunt enm aliis: sed in sola rationali & intellectiua parte poni debet: hæc enim est homini propria, in qua à brutis distinguitur. Hæc dicit Arist.

Quomodo ergo dicit Auer. hominem non per Intellectum à brutis distingui, sed per animam cogitatiuam? ponēda ergo erat in huius operatione fœlicitas. Intellectus

tellectus enim nō pertinet per ipsum ad hominis naturam cōstituendam, nec est pars hominis, per quam ab aliis differt.

Inepti ma fuga tetici tur. Quòd si dicat, q Aristo. loquitur ibi vulgariter. Profectò hoc est responsum indignum homine. Quis enim patietur Arist. indagantem rem maximi momenti, scilicet hominis fœlicitatem, & finem vltimum, ac beatitudinem, quòd procedat vulgariter, & ex principio falso?

4 Locus Arist. Sit quartum testimoniū Proble. sect. 30. q. 4. qui locus est maximè nominandus, & dignus, vt ab omnibus legatur: in eo omnes hi modernorum errores eradicantur: Ibi quærit Aris. cur senes vigeant magis mente, & facilius discant. Respondet in vltimis verbis: quia senes sunt iā pleni scientia, & perceperunt multa, cūque mens non sit infinita, vt infinita capiat, non potest de nouo recipere plura, sicut iuuenes, quia vacuam habēt mētē.

Proble-mata Arist. Quædam Arist. dicta. 1. Vt tamen hoc explicaret ipse, præmisit aliqua, quorum primū est, naturam dedisse nobis duo instrumenta, cum nos fecit, manum, & mentem: mentē dedit animæ, manum corpori. Vt enim est manus instrumentum corporis, ita mens instrumentum animæ: notatque vtrunq; esse opus naturæ.

Nota. Perpende iam hic mentem nō esse separatam Intelligentiam: non enim esset animæ instrumentum, nec esset opus naturæ. Sed collige tu, mentem esse potentiam animæ rationalis quod dixit 1. Ethi co cap. 6. vt visus inest pupillæ, ita mens in anima.

2. Dicit illic secundò, quòd sicut manus quàmuis à natura, nō statim perfecta est, sed paulatim perficitur tempore succedē te: ita mens, licēt sit à natura, tamen non statim perfecta est, vt possit operari, sed post tempus.

Nota. Nota iterum, esse opus naturæ mentē, & imperfectam à principio: quę nō possunt Intelligentiæ separatæ inesse.

3. Dicit tertiò, quòd sicut manus instrumenta alia requirit, quibus operetur ipse tē, scilicet gladium, tibiam, calamum, alia: ita mens sua instrumēta, & hęc sunt scientiæ.

Addit quartò, quòd instrumenta mentis tardè acquiruntur: ob id dicitur mens cōsingere senibus, non quia non sit potentia animæ à natura data, sed ęa tardè perficitur per scientias, & habitus.

Nota. Nota ex hoc, cùm dicit Arist. alias mē tem aduenire, non velle dicere, quòd sit Intelligentia separata, sed quòd nō à natura omnem suam habeat perfectionem, sed post tempus. Hoc enim clare ipsemet exponit. Vide tu quomodo ista quadrent vni Intelligentiæ sempiternæ omnibus solum assistenti.

Relicitur fuga quę dam. Nec poteris dicere, non esse ex propria sententia Arist. quia nullus Philosophus est, cui tale possit adscribi.

5. Locus Arist contra Auer. Sed ne à libris de anima discedamus, discurramus per eos libros de anima in quibus mens Aristotelis magis apparebit. Sit quintū testimonium ex 1. de anima tex. 12. & 13. vbi inquirit, an omnes animæ passiones sint communes, vel asi quæ sint propriæ: dixitq; conducere hoc maximè ad animæ separabilitatem cognoscendam. Dicit ergo, intelligere esse proprium, seu videri proprium ipsius animæ, tamen reliquas operationes esse cōmunes animæ cum corpore. Absq; dubio de anima Intellectiua hic sermo est.

Nota. Si igitur anima Intellectiua est, quæ hēt operationes communes, scilicet sentire, amare, & reliqua, & quæ videtur habere propriū, scilintelligere: rectè sequē profectò, quòd idem sit principium, eademq; anima, qua intelligere, & sentire nobis prouenit: ergo est forma informās: aliter non esset sentiendi principiū. Quo ergo Auerroes duas ponit animas, vnam ad sentiēdum in materia, alteram ad intelligendum abstractam, quæ nomen animæ non meretur.

6 Locus Arist contra Auer. Sit sextum testimonium ex eodem 1. tex. Dixit esse fabulam Pythagoricam: q anima subintret corpora varia. Et rationem dedit: quia corpus est instrumentū animæ. Vt autem ars non vtitur instrumentis alterius: non enim vtitur tectonica tibijs: ita nec anima vna diuerso corpore.

Nota Perpende ergo, si ista anima intellecti ua vna prorsus est, quomodo potest modò in me, post in alio, modò in his, postea in aliis venturis esse? profectò nihil potest responderi, quod posset dicere Pythagoras contra Aristotelem: non igitur tale figmentum est doctrina Arist.

Septi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

7. Locus Arist.

Septimum testimonium est eodem in textu 90. & sequentibus; vbi Arist. reprehendit Platonẽ dicentẽ, intelligere, sentire, & appetere, & reliqua prouenire in vno homine à diuisis animabus, scilicet Intellectiua, quæ erat in cerebro, in corde sensitiua, & in hepate vegetatiua: & hoc arguit, & vult vnã esse aiæ substãtiã à qua oĩno ista proueniat fm varias tamen potentias. Et hanc mentem Aristo. explicant insignes Philosophi, Simplicius & Philoponus, eleganter ibi. Igitur idem est principium scẽm substantiam, quo sentimus, & intelligim⁹: aliter enim totus ille corruit Aristotelicus discursus.

Nota.

8. Locus.

Sed accedamus ad secundum librum, & sit octauum testimonium. Anima omnis esse actus primus definitur. Si ergo anima intellectiua est anima, vt oẽs ipsi etiam fatentur, siue vniuocè, siue analogicè sit, debet esse actus primus: ergo nõ vnitur solùm fm operationem: sic enim esset actus secundus. Vide expressum testimonium, quod ipsi non aduertunt.

Nota.

Confirmat idẽ.

Adde etiam, ϙ ἐντελέχεια, significat qđ perficit: consumit, & complet, quod proprie est actus & formæ informantis: non enim dicitur nauta ἐντελέχεια nauis.

9. Locus Aristo.

Præterea sit nonum ex eodem 2. textu 7. Dicit, Non oportere dubitare, quomodo ex aĩa, & corpore fiat per se vnum, ϙa est id, sicut ex actu, & potentia; at ex actu assistente, & corpore impossibile est fieri vnum per se, cum vtrunque sit secundũ se completum, ex sola forma informante vnum fit per se, cum materia. cùm autẽ ex omni anima cũ corpore fieri dicatur vnum per se, profectò forma erit informans.

10 Locus Aristo.

Præterea est decimum ex eodẽ 2. lib. text. 74. & est hoc adeò testimonium expressum, vt respondi nõ possit. Dicit Aristo. quòd duplici forma dicimur scire. Vna est habitus scientiæ, secundùm quẽ sumus potentes contemplari, sicut potentia sensitiua sentire. Alterum est principium primum formale, sicut sanitate dicimur sani. Dicit statim, ϙ anima non est sicut illud prius, sed sicut posterius: anima enim intelligimus, sicut sanitate sani dicimur. Vide clarè, animam intellectiuam vere formam esse vnitam secũdùm esse.

Et aduerte ibi, ϙ ibi dicitur, scientiã; Græce dicitur ἐπιστήμη quod vocabulẽ, scientiam perfectã apud Aristotelem significare solet: vt colligas de Intellectu sermonem facere, non de cogitatiua.

Nota.

11. Locus Aristo.

Vndecimum ex eodem tex. 51. vbi Intellectiuum dicit continere sensitiuum, sicut terragonun trigonum. Constat autẽ quòd trigonus non est in tetragono formaliter, sed est vna figura in substantia: est igitur vna animæ substantia in homine, quæ simul est sensitiua, simul & intellectiua.

Nota.

Nec poteris dicere, quòd intellectiuũ significat cogitatiuum illud Auerro. nã Græcè habetur διανοητικὸς, quòd est discursiuum, vel intellectiuum, quod ad mẽtem attinet: venit enim à νοῦς, quod dicit mens, & Intellectus.

12. Locus Aristotelis Auer.

Sed accedamus ad librum tertium, & sit duodecimum testimoniũ. Statim tex. 1. dicit, De parte, qua anima sapit, & intelligit, oportet tractare. Peto, quid per partem intelligat. Necessariò dices, ϙ potẽtiam. nam aliter nõ diceret, quòd anima sapit parte: cùm autem ista pars sit Intellectus, ergo Intellectus potentia quædam est animæ, non substantia aliqua separata.

13. Locus Aristotelis Auer.

Accedat vltimum testimonium, quod est pulcherrimum, & consideratione dignum, paulò tñ latius est exponendus. Aristoteles volens sensum, & Intellectũ distinguere, textu enim 11. sumpsit hanc viam distinguendi obiecta: dixitq; aliud esse quid rei, aliud esse ipsius rei, vt aliud caro, aliud quid est caro. Cum autem illud sensu, hoc Intellectu dignoscatur, diuersus erit ab ipso sensu Intellectus. Dicit tamen, ϙ sicut quid, & esse rei non se parantur, ita nec Intellectus, & sensus, ni si ratione.

At vidẽs Arist. quòd intelligimus res separatas realiter, vel potius, vidẽs Intellectum esse in magnitudine, & non separatum à sensu, sicut quid est rei sensibilis, non separatur à re, dubitat in text. 36. an possit intelligere substantias separatas, vbi ipsum in materia suponit esse. Quid manifestius dici poterat? Hoc itaq; multum considerandum.

Ex quibus omnibus liquet profectò illud Auer. monstrum esse, alienum à tota Aristotelica doctrina, ipsiusq; proprium somnium esse, atque deliriũ, quod melius foret ipsi, non propalasse.

Quòd hæc Auerro sententia sit contra Arist. doctrina principia.

Ostendam tamen adhuc esse contra principia, quæ Aristoteles in sua obseruauit doctrina. Et primo Auerr. hunc intellectum ponit substantiam immaterialẽ per se subsistentem. Est enim Intelligentia quædam, quæ varias recipiens species à phãtasmatibus diuersorum indiuiduorum intelligit in multis, & per ipsam multi intelligere dicuntur.

1. Ad hominẽ, ex Arist. iuxta ipsius Auer. interpretationem.

Examinemus ergo, quæ Arist. dicit de natura substantiarum separatarum à materia, & videamus, an conueniant huic Auerroisticæ Intelligentiæ: sed prius ad dem Auerrois interpretationem.

Auer. interpretatio.

Igitur Arist. 12. Metaphysic. tex. 45. ait separatas Intelligẽtias esse immutabiles, seu immobiles. Vnde colligit Auerroes, nulla eas recipere accidentia de nouo: & tales secundum Auerroem, posuit Aristoteles substãtias immateriales. Si ergo iste Intellectus substantia immaterialis per se subsistens est, quomodo recipit de nouo species intelligẽdi? quomodo habit⁹?

Cõfirmatur idem.

Præterea, si recipit & intelligit, debet habere diuersam potentiam: alteram, secundum quam recipiat, alteram, secũdũ quam sit agens, & intelligẽs: quia ab eadem potentia non proueniunt ista secundùm Aristotelẽ. Ac multò magis si quis putet, vt idem Auerroes, Aristotelem fecisse substãtias separatas puros actus, aut verò purissimos, & simplicissimos, vt quidam Auerroistæ: nam tunc nec accidẽtia vlla ab essentia diuersa, nec potentias illas duas, quas diximus, habere possent, quibus agerent, & reciperent. Profectò hoc puto esse ad hominem tam validum argumentum, vt non possit respondere.

Iterũ ad hominẽ ex altero dicto Aristo.

Alterum dictum est Aristot. de talibus substantiis. 12. Metaph. tex. 51. vbi ex eius Auerr. sententia docet, substantias illas, quas ipse putabat ætternas, nõ habere intellectionem distinctam à sua substantia, sed ipsarum intelligere ait esse propriam quid de hoc sit, & an ita senserit Aristoteles, tamen hanc doctrinam esse Aristotelis iuxta Auerrois sententiam, palam est. Si ergo iste Intellectus immaterialis, æternus est, quomodo in se nouas intellectiones recipit, secundùm Auerroem, & ab ipsis rebus? Si autem ista recipit, cur & alìæ non possunt recipere? Videas quam ista repugnent inter se: atque hoc ad hominem.

2. Principium Aristotele. cui repugnat Auer.

Est autem alterum principiũ verè Aristotelis. Quis enim ignorat Ideas ab Aristotele vbique impugnari? Peto ergo: Iste Intellectus existẽs in omnibus hominibus, vel est vniuersalis natura, vel singularis. Si vniuersalis natura: ergo est Idea prorsus. Si ergo singularis: ergo hẽt materiam, & non intelliget vniuersalia. Nam propter hoc argumentum Auerr. cogitur ponere Intellectum extra materiã, quia si esset in materia, inquit, singularis esset, nec posset vniuersalia intelligere. Si ergo eiusmodi argumẽtum valet, profectò Intellectus ille esset Idea: vel si singularis natura, non intelligeret vniuersalia. Pugnat ergo talis ratio ipsius cum principio Aristot.

1. Principium Aristo.

Est tertium principium 8. Physico. Dicit, debere esse proportionem inter motorem, & mobile: vt si mobile vnum, motor vnus: si mobile æternum, motor æternus, & econtrà. Si ita est, quæ proportio est inter Intellectum hunc æternũ, & corpora humana, quorum omnia corruptibilia sunt?

Reiicitur fuga Auer.

Et quamuis, vt ipse dicit, non possint omnia corrumpi, quin aliqua maneant; tamen talis perpetuitas est per accidens, & in specie: at perpetuitas Intellectus illius est in natura vnica singulari: & propterea quamuis detur, quòd non deficiet indiuiduum humanum, profectò id non potest esse simpliciter necessarium, sicut Intelligentia illa: propterea non concluderet Aristo. ex perpetuitate Intelligẽtiæ, perpetuitatem orbis. Nam posset dici, ϙ sat est perpetuitas in specie, scilicet quòd sit alius, & alius orbis.

4. Principium Aristotel. cui repugnat Auer.

Est quartum principium. Arist. dicit, quòd motis nobis, mouentur ea quę sunt in nobis: si ergo Intelligentia est in me, & solũ in hominibus; motis hominibus, mouebitur saltẽ per accidens Intelligentia, quia homines mutant totum locum, & non sunt sicut cœlum, quod intra vnũ locum mouetur, ob id potest Intelligẽtia non moueri cum ipso: at in hominibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

totum locum mutantibus est intelligibile, quòd nō moueatur. At ipse dicit Auer. 1. de anima com. 66. quod nec per se, nec per accidens mouetur. qui hoc potest concordare, concordet. sed puto fieri non posse.

5. Principium Aristo.

Quintum principiū est. Arist. 5. Phys. solum tres modos ponit, quibus aliquid dicitur operari. Primus est secundum totum, vt ignis calefacit. Alter secundū partem, vt homo pulsat: quia manus pulsat. Tertius est per accidens, vt album ædificat, quia ædificator albus est. nec alium modum Arist. inuenit.

Cùm ergo ista ,ppositio sit verissima & dicta ab Arist. 1. de anima: Homo intelligit, homo discit, text. 64. peto, Vel per accidēs intelligit: & hoc quis ferat, quod homo per accidens, & non per se intelligat; & quòd hominis sit intelligere, sicut musici ædificare, cùm sit passio ipsius, & operatio propria in qua beatitudo consistit?

Si non per accidēs: ergo vel ratione totius, & hoc non, cùm corpus non intelligat: vel ratione partis, & ita Intellectus est pars hominis ipsum componens.

Reiicitur stulta & impia solutio Ianduni.

Nec patiantur aures impiā planè imò & stultam doctrinam Ianduni indignam Philosopho non solum Christiano, sed etiam ethnico. Dicit enim, quòd cùm dicitur, homo intelligit, homo sumitur pro congregato simul cum intellectu; sicut dicitur cœlum se mouet, sumitur pro orbe cum Intelligentia.

Sed quis, obsecro, vnquam dixit hominem sumi pro tali aggregato, quod est p accidens, sicut lapis, & Intelligentia, vel Deus illi assistens? Homo enim non constituitur apud hos, nisi per cogitatiuam integrè. & illud præterea exemplum est ineptum. Si enim Intelligentia non est forma cœli informans, est totum per accidens, & tunc conceditur illa propositio, Sicut ista amphora vini est in ampho ra vini: nullus tamen dicit quòd cœlum intelligat, at homo per se intelligit, & nō tale aggregatum: vanissima igitur est talis doctrina.

Vide qua scribit in 4. phis. cap. XXV

6. Principium Arist.

Sextum principium est 12. Metha indagans numerum Intelligentiarum, solū vtitur ministerio Astrologiæ, per orbium numerum multiplicans Intelligentias. & in lib. 1. de Cœlo text. 100. supra cœlos etiam alias ponit Intelligentias, nec vtro bique meminit talis intelligentiæ humanæ, nec in tota Philosophia, aut libris de cœlo, aut alibi verbum illius sit, cùm tamen ipsius his locis, aut alibi oporteret mentionem fieri, & præsertim in Metaphysicis, nam huius tractatio pertinet ad Metaphysicum: est enim abstracta: ergo non est secundum Aristotelis principia ponenda.

7. Principiū Arist. cui adsentitur Aūa.

Ad le septimum, quod est multum notandum, quòd periret discursus, quo vtitur Arist. ad definiendam omnem animā: dixit. n. ipsam esse substantiam, & hāc in formam, materiam, compositum diuisit, probauitq; nō esse compositum, nec materiam, inde colligit esse formam. Si ergo anima intellectiua anima est, vt ipsi fatētur: ergo forma erit, & altera pars compositi.

Reiicitur solutio.

Nec satis est dicere, quòd est forma assistens; nam Arist. diuisit formam contra materiam, & ex vtraq; dixit esse corpus: propterea dixit formam esse, qua est hoc aliquid: hæc non insunt nisi informanti: Quid ergo clarius spectas? colligamus ergo talem errorem esse perspicue contra Aristotelem, & contra ipsius principia.

Quid sit Auer. sit contra naturale lumen. Fuit deus S. Thom. ma ratio contra ipsum.

Sed accedamus iam ad quartam partem nostræ disputationis initio propositam: & probemus esse veram Philosophiam, & lumen naturale.

Primum argumentum est S. Th. quod etiam fuit Alberti cōtundēs capita Auerroistarum. Operatio propria non potest esse, nisi à propria forma dante esse res: at intelligere est hominis operatio propria: ergo à forma dante proprium esse prouenire debet. Quis enim potest imaginari, quod per oculos alterius possim ego videre? Quis etiam potest imaginari, quòd per Intellectum Intelligentiæ mihi assistenti, quæ non est pars substantiæ meæ, possim intelligere? reuera id impossibile esse, manifestum est. Nec valet solutio Iā du. quòd aggregatū intelligit: hoc enim iam supernus reiecimus.

Reiicitur solutio expta Ianduno.

Est secundum argumentum. Cùm habitus & actus sint in isto Intellectu, si vn° est in omnibus, fatendū est, quòd in vno numero Intellectu sunt innumerabiles habitus contrarij hominū omniū, & innume-

numerabiles actus, sic cōtrarij, & contra dictorij, & varij simul, & vno in tēpore. Quis autem capit hoc, quāuis somniet? Et aduertendum, hoc argumentum non solùm esse secūdùm rationē naturalem, sed etiam in doctrina Arist. qui sepe docet habitus, & actus contrarios nō posse simul esse in eodem numero subiecto.

Confirmatur: Hinc sequuntur tot impossibilia, & tot ridicula, vt nequeat quis risum continere. Sequitur, inquam, vt ille vnus Intellectus in vno sit sapiens, in alio insipiens, & stultus; in vno erret, in alio verè sciat; in vno sit bonus, i alio sceleratus: in vno iustus, in alio iniustus; in vno fœlix, in alio miser; & hoc simul, & semel eodem tempore. Hæc sanè sunt nū solū impossibilia, sed planè ridicula.

8. Ratio.

Præterea tertiò. Si homo substantialiter differt ab equo per cogitatiuā, & per hanc constituitur, peto, vel est ista anima rationalis, vel non. Si rationalis est: ergo cognoscet vniuersalia, & sic erit Intellectus: non enim potest vti ratione, quin cognoscat vniuersalia: nullus enim est discursus sine propositione: nulla propositio, vbi non fit aliquod extremum vniuersale, vt Petrus est homo. Si non rationalis: ergo est brutum expers rationis secundùm se, ac cōsequenter expers quoq; libertatis. Vbi enim non est ratio, non est libertas. Vide obsecro quales facit homines Auer. tum bruta animalia, tum absque libertate: quod nec insani dicerent. Sed non miror talem sententiam sustinere, qui seipsum secundùm suū esse brutum, & irrationale exisimauit.

4. Ratio.

Præterea quartò. Hominem intelligere cùm vult, manifestum est. Si ergo Intellectus est quid separatum, peto, Quo determinatur in me ad intelligendum? Nō à phantasmate; quia stat phantasma esse sine intellectione, nō ab actu imaginandi; quia stat me imaginari absq; eo, quod intelligam: non ab appetitu, quia contra meum appetitum sensitiuum ego aliquando me conuerto ad intelligendū: nihil ergo est in me, quo determiner ad intelligendum. Quomodo ergo intelligo cùm volo? nā voluntas, & intellectus sunt Intelligentiæ illius cōmunis omnibus, qui ex se non determinatur ad intelligendum magis in hoc, quàm in illo: Igitur intellectiua anima, pars nostra est, quam per volitionem ad intelligendum determinamus. Puto esse validum argumentum.

5. Ratio.

Præterea quintò, contra id quod dicitur Intelligentiā vniri, & assistere omnibus hominibus. Peto, Vel assistit ēt medio interstitio, & toti denique orbi, vel solis hominibus: sed primū esse nō pōt, nō enim medio, quia nullā habet operationem cum ipso. Prætetea sicut Intelligentia Lunæ non vnitur alteri orbi quā suo, ita ista humana Intelligentia non vniretur cum alijs. Præterea, quia etiā possent intelligere equi, si in illis est Intelligētia, vtique intelligerent, cū phantasmata ipsorum non differant specie à nostris.

Quòd si in solis hominibus, cum isti sint, hinc inde dispersi, quomodo potest intelligentia præsens assistere his, & illis non autem in intermedio, cum vna sit, & indiuisibilis? Profectò est naturaliter impossibile: nam manifeste sequitur, aliqd esse in pluribus locis separatis, & distinctis simul, quod naturaliter esse non potest.

6. Ratio.

Præterea sextò: quia illa vnio p operationem non sufficit denominare rē intelligentem. Si enim ego intelligo, quia à phantasmate meo Intelligentia sumit speciem; & paries videbit, quia a colore ipsius oculus recipit speciem.

Reiicitur solutio.

Quòd si dicas, Oculus nō est intra patientem, sicut Intelligentia intra hominem. Hoc nihil refert: quia tota vnio nō consistit nisi in operatione, & hęc verè est in oculo & pariete.

7. Ratio.

Præterea septimò, est cōtradictio in ipsamet opinione: nam antequā Petrus esset homo, non erat ei Intelligentia assistens: postquām est homo, assistēs est ei. quomodo ergo assistit, cum antè non assisteret? Vel cognouit Petrum esse hominem, vel non; si non, quomodo ei aduenit? Profectò naturali motu veniet, sicut lapis fertur ad centrum, & tūc aliud mouens oportebit ponere: q° nō cōceditur. Si per cognitionem, eum non cognoscat nisi per phantasmata, nec scit vnde possit illud per se habere, videtur q° cognitione non pōt aduenire, & propterea necessariò fatendum est moueri, vel mutari, quod ille prorsus negat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

8. Ratio a quamanifestè apparet Auer. ipieras.

Præterea octauò, est ratio moralis. Nã ponere talem Intelligentiam solã immortalẽ, perinde est, ac dicere animas hominũ mortales esse: & absurda omnia, quæ sequuntur ex mortalitate animarum, sequuntur ex isto errore. manent enim boni absq; prçmio, mali absque punitione. ex bono enim & malo, idem Intellectus manet qui & præfuit. Vide tu qualiter sibi impius Auerroes constet, quia ex vna parte clamat contra Alexandrũ immortalitatẽ: ex altera verò parte prorsus illam euertit, & aufert, à quo quidem ipsi Arabes, Auicen. & Algaze. & alij vehemẽter abhorrent, tãquam illud sit extirpare omnes bonos, & omnes leges, & respublicas, vt bene dixit Algaz. contra ipsum.

9. Ratio. Tandem nonò. Cùm origo actuum virtuosorum & studiosorum sit voluntas, debet fateri, quòd talis Intelligẽtia est principium omnium peccatorum hominum: nam voluntas est immaterialis; sicut Intellectus.

Imò rursus tunc sequitur oportere hãc ipsam intelligentiam puniri propter ipsa peccata, & tot scelera, quæ committit, & ita diuina iustitia postulat, vt quæ peccat, puniatur. omnia ista conuincunt esse non solùm impiam, & contra bonos mores, sed planè insanam talem sententiam.

Reprehẽsio errorum Iandini. Vnde reprehendendus est meritò Iandunus, qui obcæcatus dictis Auer. dicit se simplici fide tenere, veritatem, quia rationes physicæ sunt fortissimæ; cùm tamen nõ sola fide, sed ratione naturali clara, & doctrina Aris. constet illud esse figmẽtũ.

Imò verò monstrum quoddam non absimile ab illa ficta Dialecticorum chimera, vt nã possint similibus exemplis abundare. Si quis adhuc plura aduersus hanc sentẽtiam desideraret, reperiret apud Albertum alia triginta sex egregia argumẽta, vt alios auctores omittam, quæ tamen omnia vitandæ prolixitatis causà relinquo. Accedamus ergo ad quintam nostrę disputationis partem propositã, & euertamus illud aliud cõsimile delirũ, Achillini, & Mirandulani.

Confutatio opin. erroneæ Achilini, & Mirandulani. Sit ergo hæc conclusio. Falsum est, secundùm veram philosophiam, & rationem, & secundùm Aristotelem, ꝙ sit vna forma informãs in omnibus hominibus.

8. Concl. Hæc quidẽ opinio vnius formæ informantis, tam est per se ipsa considerãta, à ratione aliena, tam absurda, tam fatua, & tam impia, vt vix digna sit, contra quam disputetur, tamen præter illa omnia, quæ cõtra impium Auerroem attulimus, quæ etiam maxima ex parte hanc quoque opinionem, seu errorem euertũt, aliqua pauca nunc addemus aduersus hãc, quæ eam proprius impugnent: quibus ostendamus non solùm rationi, verçque Philosophiç, sed etiam Aristoteli aduersari.

1. Abauthoritate testimoniis Aris. Igitur primò potest refelli testimoniis Aristotelis. 2. Physicorum. text. 26. ait, eandem esse rationẽ materiæ & formæ, quippe cùm sint correlatiua. Idẽ 2. de anima tex. 24. Vnusquisque actus est in propria materia, & nõ in multis materijs. imò, in quit, vno variato, variatur & alterũ, quippè cum sint relatiua. Item 2. de anima, tex 7. & 7. Metaphy. 49. inquit, Vnitas & distinctio, & esse rei sumitur ab actu, & forma. Item 7. Metaphysic. tex. 15. fatetur impossibile esse, vt idem numero sit multorum singulorum ratio ac substantia, & similia. quæ omnia sanè maximè repugnant huic sententiæ. 1. 2. 3. 4.

Rõnibus Primo. Confutatur etiam ratione. Prima ratio ex absurdissimis quibusdam quæ ex hac opinione sequuntur, & inter se etiam cõtrarijs. Nam si vna esset forma in omnibus, ergo omnes homines haberent eandem aiæ potentias, eundem numero Intellectum, voluntatem, & memoriam, & easdem operationes, & accidentia spiritualia eadẽ numero: vt pote in eadem numero aĩa, quod sanè est per quam ridiculum, & falsum, & contra experientiam. 5.

Et contrà, sequeretur, quod illa anima in vno esset fatua, in alio sapiens, in vno prudens, in alio imprudens, in vno iusta, in alio peccatrix, in vno beata, in alio misera: atque ita illa eadẽmet anima numero esset simul & semel eodem tempore sapiens, & insipiens, iusta & iniusta, imò misera & beata, imò & damnata in inferno post mortem scilicet impiorum, & in gloria post mortem, scilicet Sanctorum, & piorum.

Præterea tertiò, sequeretur aliud absurdissimũ, videlicet, quòd stultus homo & sceleratus haberet animam optimam & sapientissimam, & cõtrà vir omnibus virtutibus ornatus, & sapiens haberet animam 6.

mam insipiẽtissimam, & sceleratissimã: & hoc manifestè sequitur: nam cùm sit vnamet numero anima in vtrisq;, oportet, habeat sua in se bona, vel mala spiritualia, quæ immediate inhærent ipsi animæ, & maculas ac reatus peccatorum, & bonorum operum merita, quæ fuit vel in hoc, vel in illo homine: nam verè ea fecit, quamuis diuersis locis, & in diuersis corporibus.

6. Item sequeretur, ꝙ vna, & eadem res numero naturalis posset esse in diuersis locis, & quidẽ distinctis, & separatis inter se; & quod peius adhuc, vna numero pars in multis distinctis totis, & vnum inhæsiuè in multis subiectis: imò verò si de hac concediur, ergo & de aliis rebus esset possibile naturaliter. Probatur, quia difficultas essendi in pluribus locis simul eadem est vtrobique: & eadem inconuenientia in hac, & in aliis rebus sequeretur.

7. Præterea vel est essentia completa, vel incompleta: si completa, ergo non informans: si incompleta, ergo completur, & perficitur per habitudinem ad vnam materiã, & ad vnum solum compositum. At non completur per vnam materiam, nec per aliam, &c. ergo sic manet semper incompleta, & imperfecta: imò quotidie ẽt mutaret perfectionem, cùm quotidie nouam acquirit materiam, & nouam in particulari deperdit.

Confirmatur. Forma informans est ,p portionata capacitati informati, ita, vt ma excederet, tunc materia non haberet proportionem cum illa, atque ita nõ esset essentialis vnio cum materia.

8. Præterea sextò. Eadem forma haberet infinitos actus formales, quos daret quotidie succesiuè: atq; adeo sequeretur, ꝙ esset infinitæ virtutis informatiuæ: quod euidenter probatur calculatione communi. Nam illa forma, quæ posset vnum tantum actũ formalẽ talẽ efficere, esset alicuius virtutis informatiuæ: & quæ posset duos tales actus formales efficere, esset i duplo maioris virtutis, & ꝙ quatuor sic tntis informatiuæ succesiuè, & sic fine termino. ergo quę infinita põt succesiuè corpora deterere & informare, esset infinitæ virtutis.

Confirmatur. Quia confimili ratione Aristoteles colligit primam causam infinitæ virtutis motiuæ; quia succesiuè moueret infinito tempore; vt ipse putauit.

7. Præterea septimo. Esset concedenda ista ,ppositio, omnes homines sunt vnus hõ formaliter, sicut si omnia alba vnam numero haberent albedinem, esset concedendum, ꝙ omnia alba essent vnum album formaliter.

8. Præterea, Forma informans dẽt esse intrinseca, & ,ppria eius cuius est forma.

Nam si forma haberet, vt posset dare alium actũ alteri rei, sanè nõ esset informans propriè. Hac enim rõne accidens cõmune non dẽt proprium, sed commune: Imò nec in ipso accidente communi vnum accidens põt esse in multis, si est vnum numero: quod tamẽ isti concedũt in forma substantiali vna numero.

9. Præterea nonò, ex corpore ipso, seu materia idẽ probatur. Nam materia põt quidẽ esse sub variis formis: tamen vel secũdùm diuersas portiones suas, vel sic cessiuè diuersis temporibus. Et non est imaginabile, quòd eadẽ portio materiæ sit sub diuersis formis eiusdem speciei simul: sed forma multò magis debet esse contenta, quàm materia: ergo si hoc est impossibile in materia, multò magis in forma.

Confirmatur. Nam materia habet capacitatem ad totum actum formæ: ergo cùm informatur à forma, non erit possibile, vt eadem forma informet alias materias.

Confirmatur secundò: quia si materia informaretur a forma, ita vt forma posset informare aliam: ergo omnes materiæ non essent plenè informatæ, sed semiinformatæ: quare omnes homines essent semihomines, nõ perfecti homines.

10. Præterea decimo. Si hæc forma põt plura simul corpora informare, & ad hoc habet aptitudinem, inclinationem, & capacitatem, ac potestatẽ: quero, Ad quot numero informanda? an ad duo tantum, vel tria, vel centum, vel mille, vel ad mille millia simul, &c. vel ad infinita simul corpora informãda? Nõ ifinita simul corpora: quia esse nõ possunt, & frustra talis esset potentia, quę nõ posset ad actum reduci,

Universidad de Deusto
Biblioteca

duci, & inanis talis naturalis appetitus. Si verò ad centum mille. v.g. simul, vel mille millia simul. Iam ergo si pauciores essent homines, vt cum peste moriuntur, tunc illa forma esset violenter suo appetitu priuata: & contrà illo numero expleto non possent plures tunc alij generari homines, quousque illi morerentur: ac si vacarent generationi, non possent tunc illa plura corpora informari, sed omnia corpora nascerentur mortua: quæ sunt dicta ridicula.

11. Præterea sit vndecimum argumentū. ex cogitatiua, quam isti simul ponunt, à qua volunt homines habere distinctionem: eadem enim de hac dici possunt, quæ contra Auerroē, & plura. Nam hęc cogitatiua vel dat esse humanum vltimum, vel non. Si dat, ergo rationalis nō est informans, nec dat vltimum esse homini. Si non: ergo illa non dat vltimā vnitatem, & distinctionem: nam distinctio sumitur ab vltimo actu, Arist. 7. Metaphys. tex. 49.

12. Item cogitatiua illa, quę informat, dat esse per se: ergo facit vnum per se, & nō per accidens: quæro, an illud per se sit homo rationalis, & intellectiuus, an sensitiuus tantùm. Non primum, quia illud facit anima rationalis superueniens: ergo est vnum per se sensitiuum: ergo tunc sequeretur, quòd esset homo compositus ex illo bruto, & anima rationali: at hoc absurdum.

13. Item, quia sequeretur eundem hominem esse bis indiuiduum diuersę speciei: nam primò esset cogitatiuum. secundò per rationalem informātem esset homo. & sequeretur habere duo esse, humanū, & illud sensitiuum.

14. Denique omnes rationes, quę fiunt cō tra pluralitatem animarum, quibus illa etiam opinio erronea esse conuincitur, vt postea suo loco ostendemus, hanc etiā opinionem euertunt, & impietatis planè conuincunt.

15. Tandem, si ita placet delirare, vt vna sit informans anima in tota specie humana: posses ēt similiter delirare in alijs animantiū speciebus, & eadem facilitate vtrunque defenderes, & ratione consimili: neque verò plura absurda ad hoc, quàm ad illud sequerentur. Sic autem asserere de alijs speciebus, esset noua res, & summa stultitia, aut plusquā stultitia.

Confirmatur: quia nihil asserere est contra omnes alias species non solū animalium, sed rerum omnium, quæ omnes in indiuiduis habent vnam materiā numero differentem, & vnam similiter numero differentem formam.

Postremò hic error de vnitate Intellectus in omnibus hominibus, damnatus est in Concilio 3. Lateranē. sub Leone X. antea citato, sess. 8. & locis antea citatis. Quocunque ergo modo dicatur, siue assistat, siue informet, error est, aut potius hæresis, si vnicus dicitur. Nam & ad hoc sequetur, vt aliquid ex Theologia proferamus, animam rationalem Redēptoris nostri, & Iudæ esse eandem, atque adeò esse cum Iuda damnatum: quod esset impissima hæresis: imò sequeretur, nullum esse discrimen electorum, & prædestinatorum, damnandorum, & saluandorum post mortem. qui ergo secundùm rationem naturalem, vel secundùm Philosophiam id esse verum, vel etiam probabile diceret, tum fatuè, tū hęreticè erraret. Qui verò secundùm Aristotelem asseret, non solùm id falsè, vt ostendimus, diceret, sed magnam insipientię, & contradictionis notam ipsi Aristoteli, ne dicam sibimet innureret: & in hac voce nihil quoque impietatis subest, cùm penè idē apud plerosque valeat, hęc vox, (secundū Aristotelem,) & illa (Secundum Philosophiam) in Concilijs condemnata. Et de his hactenus.

Accedendum iam erit ad sextam nostræ dispositionis partem propositam, vt ostendamus, quid secundùm veritatem, & secundùm etiam Aristotelem tenendum sit, & asserendum.

Primum fundamē. Quid vere sit tenendum q̄ anima rationalis sit media inter sensitiuas formas, & Intelligentias seu Angelos.

Sit itaque primum fundamentū. Anima rationalis non est purè intellectualis substantia, nec purè sensitiua forma, sed media quædam substantia vtrunq; complectens. Est enim sic intellectualis, vt sit principium sentiendi, in quo ab Intelligentijs differt: sic autem sensitiua, vt sit principium intelligendi, vt differat à puris formis, & hoc vtrunq; sub vna simplici substātia continet: vnde dici solet orizon formarum spiritualium, & corporalium, & cognouit Arist. cùm in homine idem

idem fecit principium sentiendi, & intelligendi secundùm substantiam.

Ex hoc fūdamento sequuntur tria. Primum, quòd alia rationalis sit forma informās.

Ex hac natura sequitur primò, q̄ anima rationalis sit secundùm suam substantiam forma informans (non enim aliter sensitiuam naturam comprehenderet) & tamen sit forma, vt per se possit separata existere, & in hoc includit intelligēdi natura.

Quòd duo sint animæ potētiarum genera.

Sequitur secundò, q̄ geminæ potentiæ ab alia procedant: quædam, qua parte est principium sentiēdi & forma, & hæ sunt sensitiuæ, quæ communes cum corpore sunt, cum ab ipsa, vt forma est, procedāt: quędam intellectiuę, & ipsius solius sunt: quia ab ipsa, vt apta est per se esse, sequūtur. Idem dico, de operationibus, quæ medijs potentijs exercentur.

Quòd anima sit nō pura intellectiua, vt Angelus, sed rationalis.

Sequitur tertiò, quòd hæc est causa, quare hominis intelligere sit cum discursu: quia non est purum, sed à sensitiuo dependens, & cum eo essentialiter coniunctum. Nec est simplex intelligere, vt simul omnia intelligat, vt Angelis; sed vnum ex alio, & vnum post aliud: & hoc significat illa differentia hominis, rationale. Dicit enim discursum ex vno ad aliud: & ita etiam dicit sensitiuum cum intellectiuo, vel intellectiuum cum sensitiuo.

2. Funda. Triplex, anima status.

Sit secundùm fundamentum. Anima rationalis, quantum ad intellectiuam partem, habet tres status.

1. Primus est, cum solam habet potentiā ad intelligendū, sicut visus ad videndum: & hoc à natura habemus. Cum enim animam recipimus, statim est cum tali potē. c. 11. Sensus, & Intellectus à natura sunt. Et sect. 30 problem. q. 4. dicit, opus esse naturæ mentem, quam simul recipimus cum anima, & cum corpore.

2. Secundus status est, in quo Intellectus habet habitus, & artes, ac scientias: non enim per se poterat intelligere perfectè: & hic status non est à natura, sed longo post tpe, inuentione enim, & labore, ac studio ista consequimur: ob id dicit Aris. 6. Ethic. capit. 11. Nemo sapiens à natura. Et problemate allegato scientias, & artes esse opera nostra, mentem opus naturæ.

3. Tertius status est, in quo est iā in actu perfecto, & intellectione: & hoc posterius aduenit, nec continuè dura: quia nō semper intelligimus: idcirco Arist. 11. Metaphy. text. 39. dixit, quòd beatitudo nostra quæ in tali actu consistit, esset nobis pauco tempore: Hic autem dicitur Intellectus in actu, & duplex est. Quidam speculatiuus, cùm cognoscimus res non in ordine ad opus. Quidam practicus, quo cognoscimus ad operandum. Et speculatiuus est triplex. Physicus, quo cognoscim° res physicas. Mathematicus, quo res mathematicas. Contemplatiuus, quo res abstractas: & hic est vltimus omnium.

Nota varias distinctiones seu acceptiones Intellectus.

Cùm audis tot distinctiones Intellectuum, ne putes esse multas potētias, sed vna est secundùm varios status. Et præoculis habe has distinctiones; nam Arist. & Philosophi diuersos loquendi modos habent, qui fuerunt occasio errandi ignorantibus. Cùm ergo audieris, Intellectum cōtemplatiuū aduenire pōsse, intellige significare, quòd potentia tardè perficitur secūdùm talem actum. Similiter cùm audieris, Intellectum non inesse hominibus omnibus, nec dormientibus, intellige de Intellectu perfecto per habitum, vel per actū. Alia multa p hæc intelliges passim.

Nota vale de.

Ex his omnibus colligamus conclusionem: quòd rationalis anima forma est informans, ac ob id, multiplex secundùm multitudinem indiuiduorum, & secundùm veram Philosophiam, & secundùm doctrinam Arist.

Concl. 1.

Quæ satis ex dictis probata est rationibus, & testimonijs p̄ veritate cōtra Auerroem: quibus etiam, si quis rectè consideret, etiam Themistij opinio, & omnium aliorum, qui animam faciunt assistētem, confutantur. Quòd autem anima rationalis sit forma informans, & in singulis hominibus propria, non solùm per philosophiam veram tenēda est, sed fide catholica, quæ stabilita est in concilio Viennensi sub Clemente V. & habetur in Clementinis, de summa Trinitate, & fide catholica, cap. vnico, & in Concilio Lateranen. sub Leone x. sess. 8 vt antea in propositionibus diximus fide tenendas initio primi libri positas, propositione tertia. Et in eodem Lateranensi error ille cōdemnatus, quòd sit vna in omnibus hominibus, vt illic diximus, propositione prima.

Concl. 2.

Et ex hoc quoque sequitur definitiōē esse vniuocam, & genericam, quamuis habeat

Universidad de Deusto
Biblioteca

hēat aliq̄d impropriæ analogiæ: in quoque enim genere est talis analogia, secū dū quā perfectior est vna species altera: & anima rationalis est aliis perfectior: sed hoc non aufert vnuocationem.

Dissolui tur argumenta contraria

Ad primum ex authoritate sumptum.

Superest, vt in vltima parte argumentis respondeamus, in quarum solutione multum declaratur res hęc. Ad primum, quod ex authoritate sumitur, dico, quòd ille locus 1. de anima, vt illic diximus, loquitur de Intellectu secundum sententiā Empedoc. qui erat Deus: illic enim contra Empedoclem loquitur.

Ad duo alia testimonia.

Ad alia duo testimonia dico, quòd Intellectus sæpe ab Arist. dicitur separatus, & purus, non, quia sit per se subsistens, vt malè intelligit Auerroes, & falsò, sed qa possit per se subsistere, & non sit virtus organo alligata, neq; inhærens corpori, hoc est, ita ab eo dependēs, vt non possit separari, & inextensa, & immaterialis, & quia intelligere nō exerceatur à corpore, neq; etiam à composito immediate, sicut sentire, sed ab ipsamet anima.

Ad aliud testimonium.

Ad locum De generatio. animal. dico, quòd si aliquid concludit, potius est pro Platone, & Pythago. quòd animæ rationales præcesserint corpora: hoc enim illic videtur dicere: de vnitate tamen intellectus nec vllum verbum est.

At quia talis opinio Platonis, & Pythagoræ est etiam cōtra Arist. respondeo ad locum istum tripliciter.

1. Solutio.

Primò dico, quòd si in hoc loco dicit mentem antecedere corpus, in alio loco 12. Metaph. tex. 17. dicit, impossibile esse mentem antecedere. Cùm igitur isti duo loci sint contrarii, tunc argumento vti oportet ad mentem Arist. dignoscendam. Primò illic esse Arist. sensum, fatendum est, cui plura alia loca consonāt. sed ostē di superius qualiter illi loco Metaph. multa alia respondeant, nō alteri: ergo talem esse sensum Arist.

Cōfirmat solutio.

Fatēdū est præterea, quia quæ dicit in Metaph. non potest adscribi vlli Philosopho: nullus enim tale dixit ante ipsum; at ille locus cōuenit cum Platone: ergo credendum est illic secundum morem Platonis fuisse locutum, præsertim cum illic multorum sententias expresserit.

Cōfirmat idem.

Adde, quòd illic non erat locus id examinandi, quia historiam animalium docebat, hic verò est Metaphysicus, vbi id ex professo examinabat. Fatendum ergo est, mētem hominis esse formam, nō antecedentem tempore effectum, secūdum Aristotelem: & profectò hæc mea solutio mihi satisfacit.

2. Solu.

Dico tamen secūdò, quòd illa loca nō contradicunt. Cùm enim dicitur Intellectus de foris venire, non significatur, q̄ sit ante corpus ipsa anima: sed loquitur de Intellectu secundum habitū, qui perfectus est: cūq; tota perfectio Intellectus nō fit à natura, sed magna ex parte post, & est opus nostrum: ob id dicitur de foris venire: & huic consonat quod dixit Proble. sect. 30 q. 4. quòd mens, non statim nobis contingit, quia habitus, qui ipsius perfectio sunt, nō sunt à natura. Et in hoc differt à sensu: sensus enim non indiget habitu, sed statim à natura perfectus datur, propterea Intellectus cū habitu assimilatur sensui soli; vt docet Arist. 2. de anima tex. 59. & hæc est bona expositio, vt vterque locus concilietur.

3. Solu.

Dico etiam tertiò, quòd anima rationalis dicitur extrinsecus aduenire, non q̄ antecedat corpus: sed quòd nō educatur de potentia materiæ sicut cæteræ formæ. Quòd si dicas, Ergo iam admittitur creatio secundùm Arist. Negauda est consequentia: nam Arist. non vocat creationē, cùm aliqua forma educit de potētia materiæ, vel producitur in materia: nam alter lumen crearetur, & species sensibiles & intelligibiles, quæ secundum ipsum, non educuntur de potentia materiæ vel subiecti, sed inducuntur ab agēte. Quòd si illam vis vocare creationem, vocabis & hanc: non enim refert, quòd sit substātia vel accidens, quantum ad hoc: sed tamen hoc sufficit, vt absolutè non dicātur res ex nihilo fieri, siquidem præsuppositō subiecto, in quo fiat, licèt non ex illo, atq; ita hæc simpliciter, & propriè nō dicetur creatio, ac si Angeli producerētur, sed increatio, seu concreatio.

Nota, vt in Arist. alia creat.

Atque hæc doctrina Aristot. obseruanda est: nam secundùm veritatem, certum est, animas rationales à Deo solo creari, at Aristo. fortè produci credit ab vniuersalibus agentibus, simul cum proximis causis.

Vel certè circa id nō cōsiderauit, aut si consideraui, tamē tacuit ea de re, & quātuis Aristoteles creationem nō cognouerit, nec expresserit; tamen ex eius doctrinæ principijs optimè probatur: & hoc est vnum de animæ rationalis creatione satis vehemens cum alijs, vt in lib. Physi corum diximus.

Ad 2.

Ad secundū distinguo maiorē. Dupliciter enim aliquid dicitur habere materiam. Vno modo tanquam partem sui, sicut compositum physica, quæ ex forma & materia constant. Altero modo, quia est in materia receptum, vt formæ accidentales, atq; substantiales. Dico ergo, quòd non solùm multiplicatur numero, quod habet materiam priori modo, sed etiam posteriori, vt latis patet in formis inanimatorum. Cùm igitur rationalis anima vere sit forma in materia, multiplicabitur numero.

Cùm autem Aristoteles dicit, Intellectum esse separatum, non intelligit, quòd realiter sit abstractus a materia, cum tex. 36. lib. 3. dixerit esse in magnitudine: sed loquitur de potentia animæ, qua intelligimus; quæ separata dicitur, quia nulli affigitur organo, sed per se Intellectionem exercet. quod superius declaratū est satis.

Præterea. Substātia ipsa rationalis anima dicitur etiam separata à materia, quę licèt informet, nō tñ inhæret, & non ita ab ea pendet, quin possit separari, atque etiam est indiuisibilis, & non extensa corpori, & immaterialis.

Ad 3.

Ad tertium, quod est ipsorū Achilles, scilicet de infinito numero animarū, examinemus, quod inconueniens ex hoc sequatur.

Auer. inconuenientia tria.

Auer. disp. 1. cap. 8. solùm duo impossibilia ponit. Alterum est, quòd infinitum susciperet magis, puta, si modò sunt animæ infinitæ, plures erunt post centum animos. Alterum est, quòd totum est æquale parti; nam animæ, quæ modò sunt, & quę simul erant, post mille annos tot erunt: quia vnum infinitum non est maius altero, & tamē numerus animarum, quæ modò sunt, est pars illius numeri animarum quę sunt, & erunt. Adde tu tertium inconueniens, quòd Arist. 3. Physi. negat prorsus infinitum numerum actu.

Solut. horum inconuenientiū.

In primis secundùm veritatem, hoc nihil valet: tenemus enim mundū non fuisse ab æterno, nec potuisse esse.

At, vt hoc diligenter in Arist. soluamus examinemus an repugnet ipsius principijs. In primis nō inuenitur principium aliud, cui repugnet, nisi ille locus 3. Phy. Sed quamus talis locus id exprimeret, nonne melius esset asserere illud nō esse verum, quam negare totum contextum librorum de anima, & peruertere multa alia principia, vt deduximus?

Sed ille locus non contradicit huic dicto, imò, id esse ex principijs Arist. euidenter ostendam. Non. n. negat Arist. quodliber infinitum. Ipse enim mūdum ab æterno credidit, vt norūi est. Dicat mihi Auer. quot dies præcesserint. Necessariò fatebitur esse infinitos, & quotidie tamē addun tur de nouo dies, & ita illa sua sequerentur inconuenientia. Iterum petam, quæ sint plura, num dies, an horæ. Si dicer, horas: ergo vnū infinitum dabit maius altero. Si dicit neutrum esse altero plus; ergo pars est æqualis toti. quod igitur ipse reputat impossibile in numero infinito aiarum, necessariò fatebitur in numero dierum: imò Aristo. ipse tenetur id fateri.

Obiectio

Dicet mihi Auerr. quòd dies actu non sunt sicut animæ, ideo quia in tempore id fit, non in animalibus.

Sed vana hæc est responsio. Primum, numerus dicit formam, scilicet multitudinem, & pluralitatem, & dicit materiam, scilicet ipsas res: peto, An repugnantia, quòd non sit numerus infinitus, ex forma, an ex materia prouenial? Si dicas, Ex materia: petam, Quare repugnat, esse res infinitas ex parte rerum? Non inuenies aliam repugnātiam, nisi quia materia est finita, vel locus, qui non potest infinita capere. Hęc ergo repugnātia in corporibus erit solùm occupantibus locum, non in his, quæ locum non occupant, vt accidentibus, & animabus, & punctis.

Auerrois confutatio.

Si dicas, Ratione formæ, cū forma numeri consistat in multitudine: profectò impertinens est, quòd res existāt, vel præterierint, quominus infinitū esse nō possit. At videmus Arist. concedentem dies infinitos esse: ergo nō negauit infinitum actu quodcunq;, sed solùm corporum, & partium, quæ resultant ex continui diuisione: talem enim numerum infinitū nō esse docuit 3. Phys. non tamen quemcun

Universidad de Deusto
Biblioteca

que; aliter non posset dicere mũdum ab æterno fuisse.

Adde vnum, quod docet 4. Physi. q̃ tẽpus dicitur existere, cum vnum nunc continuatinum temporis adest; quomodo dicimus, nunc esse talem diem, talem annum. Cum ergo totum tempus præteritum, & futurum contineatur præsenti nunc, & sit infinitum, iam secundum Aristo. principia, actu infinitum est.

Adde etiam, quòd secundùm Aristotelẽ, sunt infinita puncta in continuo actu, non dico actu separata, sed actu existentia; & infinitæ partes licet non actu separatæ, sed actu existentes, & in potẽtia separabiles: ergo non negat Arist. omnem infinitum numerũ, nec ipsius principiis repugnat aĩas infinitas esse: & quamuis repugnaret, potius oportebat dicere sibi non constare: quod melius esset, quam tã fatuam sententiam illi imponere.

Quartò ridemus præterea, vt antea dicebamus, Aristotelem fortasse nõ præuidisse hoc inconueniens infinitatis animarum, quod sequebatur ad suam illam mundi æternitatem: sed posteros Philosophos hoc considerasse, & intuliſſe, & ideò hæc eis fuit causa, varia in Aristotele sentiendi, hoc argumento perturbatis: nã ob id vnus mortales fecit animas, vt Alex. alter vnicum posuit Intellectum, Auerroes; alius transmigrationem animarum induxit cum Pythagora, alius cõcessit infinitas animas, vt Auicẽna, quod in rebus partialibus, & incompletis non putauit inconueniens. Denique, vt mundi æternitatẽ defenderẽt, variè delirarũt, nescientes argumentum soluere: cùm tñ multo melius contra collegissent, ex tali inconuenienti mundũ ab ęterno nõ fuisse, vt habet veritas. sed vt antea diximus, forte Aristoteles hoc non cogitauit, nec considerauit: aut, si considerauit, certè id tacuit. Habes itaq; sufficienter solutum argumentum.

Ad quartum. Ad quartum respondeo, quòd species intelligibilis potest dupliciter considerari. Vno modo secundùm suum esse: est enim accidens quoddam, & sic singulare quoddam est: non enim est vniuersale aliquod existens extra singularia, & tale inhæret Intellectui. Altero modo secundũ quod repręsentat, & sic dicitur vniuersale in repræsentãdo, per ipsam enim vniuersale cognoscimus. Dico ergo, q̃ vt Intellectus recipiat speciem, non est opus, quòd sit vniuersalis, imò necessario debet esse natura singularis: nam species est accidens quoddam singulare, quod à subiecto sumit singularitatem: sed sequitur, quòd Intellectus non sit virtus organica. Nam singularitas non impedit cognitionem vniuersalis, sed organum: nos autem Intellectum non alligamus organo.

Dubium. Quòd si petas, quare virtus organica non cognoscat vniuersalia: respondeo, quia species recepta in organo, est accidens corporeum, & indiuisibile: nihil autem tale potest repræsentare vniuersale quod est immateriale: at species recepta in Intellectu, spirituale accidẽs est, & indiuisibile: ideoq; repræsentare potest naturam separatè, & vniuersaliter. Est autẽ notanda solutio, quæ non solum soluit sufficienter argumentum, sed ignorantiã id asserentium ostendit.

Ad quintum. Ad quintum dico simpliciter, illud esse falsum, Omne quod incępit, hẽt finẽ. Nam est textus Aristo. in contrarium expressus 12. Metaph. tex. 17. Mens non fuit ante effectum, tamen manet post. quod autem dixit 1. Cœli tex. 102. solum loquitur contra Philosophos, qui mundum ex materia aliqua factum posuerunt, & duraturum semper. Contra hos argumentatur; quia si generatum est, corrumpetur, cum materia sit eiusdem rationis semp, scilicet in potentia. Ex hac ratione colliges intentionem ipsius. At anima nõ hẽt in se materiam, ratione cuius corrumpi possit, sed est in materia: & tantum probat, q̃ separabitur a materia: & hoc non negamus.

Solu. Secundò respondemus illam propositionem esse veram de inceptione per generationem, videlicet per motum, & ex materia. i. de qua loquebatur ibi, & intelligebat Aristoteles. Nam, q̃ sic generaſ, corrumpitur, & quod est ita generabile, est etiam corruptibile; at verò quòd creatur, & non incipit per generationem, sed per creationem, non sequitur, q̃ corrumpatur, nec quòd sit corruptibile: sed q̃ sit annihilabile, quòd per eandem videlicet causam, & potentiam, per quam fuit creatum,

creatum, possit annihilari. s. diuinam; & hoc verum est. sed non etiam sequitur ne cessariò, quòd annihilabitur re ipsa, quia tam creatio, quã annihilatio ex ipsa Dei solã voluntate libera pẽdeat, sed nec opus suum destruet, & tantum opus.

Ad sextum. Ad sextum facilis est solutio. Dico, q̃ omne quod est in materia sic, vt in omnibus suis operationibus pendeat à dispositionibus materiæ, corrumpetur vtique separatum à materia: at non sic est de rationali anima. licèt. n. sit in materia, nõ i omnibus ab ea pender, & ideò quantum ad hæc, manebit. Vnde hinc etiam fit, vt non ipsa anima, sed eius sola vnio cũ corpore pendeat à dispositionibus.

Ad septimum. 1. Ad septimum, cui multum confidit Iã du. respondeo dupliciter. Primò, idem retorqueo argumentum de materia. Materia est vnita formæ ignis secundùm se. Peto de illa vnione, vel est substantia materiæ, vel accidens. Si substantia: ergo separata forma ignis, corrumpetur materia, quia destruitur vnio. Si est accidens, peto, vel separabile, vel inseparabile. Si inseparabile: ergo corrupto illo per destrũctionem formæ, etiã destruetur materia. Si separabile: ergo poterit manere materia cum forma vnita absq; vnione. Vide simile argumentum esse contra ipsum. ex quo apparet esse vanum argumentum.

2. Respondeo ergo, quòd vnio sumitur p̃ actione qua duo coniunguntur, & nõ sic modò loquimur. Altero modo pro mutua habitudine coniunctorum, quæ dicitur respectus quidam transcendentalis, & talis est separabilis ab anima rationali, sed tunc non manebit in materia, sed per se, sicut albedo separabilis est ab homine albo, sed non manebit albus.

Ad octauum. Ad octauum satis est alibi responsum, Non enim materia, non forma producitur, vel corrumpitur, sed compositũ: quomodocunq; autem compositum non fit, siue corrupta forma, siue recedente, dicitur corrumpi.

Ad nonum. Ad nonum posset idem retorqueri cõtra ipsos. Nam ponunt animas brutorum perfectorum indiuisibiles, & informare: sed tamen dicimus id non esse inconueniens quod paulò inferius examinabimus in quæstione quadam.

Ad decimum. Ad decimum dico, quòd anima nõ est prorsus vt cæteræ formæ, sed habet participationem cùm incorporeis substantiis, quatenus per se potest esse, ideoque potẽtias quasdam habet non organicas. Nec ob id dicuntur abstractiores potentiæ, quàm anima, quia licèt non sint organicæ, non tamen sint per se, sed in subiecto scilicet anima: res autẽ magis abstracta est, quia magis per se esse potest.

Alii concedunt id, quòd abstractior sit potentia: sed melius mihi videtur, quod dixi prius.

Atque hæc sint satis de hac quæstione quæ multa continet vtilia, tum per se, tũ ad ea quæ sequuntur. sed iam ad Aristotelem redeamus.

Caput secundum.

Quoniam autẽ ex obscuris quidem. Tex. XII.

De scienda animæ definitione formali seu per causam.

POSTQVAM Aristoteles animæ definitionem in cõmuni posuit, nunc intendit aliam animę definitionem ponere, quę distinctius explicet animarum species, & quæ reddat causam præcedentis definitionis.

Qño procedendũ, & quę Arist intẽtio.

Prius autem modum procedendi explicat, qui est, Ab obscuris, scilicet, natura, nobis autem notioribus ad notiora secundum rationem procedere.

Explicato modo procedendi, intentionem ponit, se velle definitionem animæ aliam tradere, quæ causam contineat, & cãm dat: quia non solum oportet tradere de re definitionem, quòd sit, sed cur etiã sit, quod explicat exemplo.

Not. definitionũ cantalũ triplex genus.

Aduertendum tamen, definitionum triplex esse genus, vt habetur 1. Poste. ca 7. Quædam est definitio, quæ per formam, vel materiam datur: vt Eclipsis est priuatio luminis astri, Domus est compositũ ex lapidibus, lignis, & c.

2. Quædam quæ datur per finem, vel efficientem: vt Domus est vas cõseruatiuum seu cõtentiuum hominum. Eclipsis Lunæ est interpositio terræ inter Solem, & Lunam: & hæc propriè causalis dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B.

Nota 1.

Alia vtrumque comprehendit, & causam, & formam, seu materiã : vt Eclipsis Lunæ est priuatio luminis ex terræ interpositione. Domus est constructum ex lapidibus, & lignis defendens nos ab incommodis externis.

Prima definitio dicitur, vt conclusio : quia demonstrari solet per secundã, quæ ob id dicitur demonstrationis medium. Tertia dicitur demõstratio positione differens: quia continet omnia, quę in demõstratione sunt, scilicet medium, & prædicatum, nempe vtranq; definitionem: deest tamen forma syllogistica. Aristo. solũ duarum primarum meminit, priorem dicit explicare quid res sit, seu rem ipsam : posteriorem verò explicare causam, & vtraque danda est in re habente illas.

Nota 2. Ad intelligentiam exempli Aristo de Inuentione media linea.

Ad exempli Arist. intelligentiam aduertè, quòd dato vno quadrangulo rectilineo, potest dari vnum quadratum tantã aream includẽs. Voco autem quadrangulum figuram quadrangularem duorum alterum æqualium, vt A.



Quadratum verò omnium quatuor æqualium, vt B.

Quadrare autem quadrangulum, est dare, & inuenire vnum quadratum æquale illi, quod fit per inuentionem mediæ lineæ. Media linea est illa, quæ inter latus maius quadranguli, & latus minus, ita se habet, vt in qua proportione est maius ad ipsam, in eadem sit ipsa ad minus, ex tali linea quadratum factum est æquale quadrangulo dato.

Inuenies illam sic. coniunge latus maius & minus in rectum, & super illam totam lineam describe semicirculum, & à puncto cõiunctionis erige lineam vsq; ad circumferentiam, & illa est media, ex qua fit quadratum æquale.



Euclid. lib. 6. conc. 9.

In numeris hoc est facile. Fac quadrãgulũ ex duodecim, cuius latus minus sint tria, sume numerum medium proportionaliter, inter duodecim, & tria, quæ est sex, & fac quadratum, id est, sexties sex : tunc tantum resultat ex ter duodecim, sicut ex sexties sex. Respice factas figuras, & ex eis facilius intelliges.

Idẽ offerendum in numeris.



Aduertendum ergo, quòd quadrationem, quæ dicitur tetragonismos, possumus

Nota 3. Ex Aristotele.

Ilici ad animæ definitionis applicationẽ

mus bifariam definire. Vno modo definitione quid est, scilicet, Quadratio est constructio quadrati, æqualis quadrangulo. Altero modo definitione explicante causam, scilicet, Quadratio est inuẽtio mediæ lineæ inter latera inæqualia quadranguli. Hæc explicat causam, scilicet, quia est media linea, ob id est æquale.

Sic igitur prior animæ definitio explicat quid sit, at ista secunda iam dãda, causam cur ita sit: nam quia est principium, quo viuimus, sentimus, & mouemur, & intelligimus, ob id est actus primus corporis, physici, et organici, vt dicem⁹ post.

Nota 4. ex Philoponum, tria esse nobis nota.

Notat Philoponus, quòd tria sunt notiora nobis, à quibus incipere solet Physicus, effectus, Vniuersalia, Composita. Et hæc omnia obseruat Aristoteles in hac definitione tradẽda: incœpit enim à priori tanquã ab effectu huius. Similiter prior est vniuersalior, quatenus confuse explicat animæ speciem: ista verò distinctè. præterea in tradenda hac definitione, à composito incœpit, scilicet, ab animato corpore, vt explicabitur.

Nota. 5.

Nota, quòd plures definitiones dicit explicare quod est, scilicet, esse per formã: quia solus Physicus est, qui perfectè, & frequenter per finẽ definiat, priè.

Dicamus igitur principiũ accipientes. Tex. XIII.

Quòd alia sit viæ principium.

PEr opera vitæ vult indagare definitionem animę, ac primò limit, animatum ab inanimato distingui per vitam, vt ex hoc pateat, animam esse principium vitæ. Principium enim propriarum passionum subiecti, est principium ipsius esse subiecti.

Quatuor genera operationũ vitæ quorum singulæ dicuntur vita.

At, vt multipliciatas animæ apparet, distinguit quatuor genera operationum vitæ, quarum singulæ dicuntur vitæ: & singulas, aut omnes habens, dicitur viuere : sunt autem Vita, intellectio, sensatio, motio localis ab intemo principio actiuo, & vegetatiua, quę comprehendit augmẽtationem, diminutionem, & nutritionẽ. Hæc sunt vita opera.

Nota.

Nec mireris, si superius : numerauit tantum vegetatiuam, quia illic loquebatur de communi vita, quæ omnibus inerat viuentibus.

Vnde & vegetabilia omnia. Tex. XIII.

De vegetatione.

1. Quòd vegetatio prima inest plãtis.

DE Vegetatiuo seorsum tractat primum, ac tria docet. Primò plantæ participant vegetatiõnẽ, quod probat : quia ab interno augentur, & aluntur, non solùm ad vnam differentiam loci sursum, vel deorsum (sic enim viderentur vegetari improprie per additionem, inanimata) sed ad omnem loci differentiam, & secundum omnem positionem, viuuntque dum alimentum possunt recipere.

Separari aũt hoc quidem. Tex. XV.

2. Quòd vegetatio possit abaliis separari, non contra.

ALterum, quod dicit de vegetatiuo, est, q; potest separari ab aliis, alia non ab ipso in mortalibus : ac si dicat, Reperiri potest viuẽs, in quo sola vegetatio sit, vt planta: nõ tñ reperiri potest viuens, in quo sit sensatio, aut intellectio, quin in eo sit vegetatio, vt patet in animalibus, & hominibus.

Nota.

Dicit tamẽ, In mortalibus, propter cœlos, quos Antiqui crediderunt esse animatos sensu vel intellectu, tamen sine vegetatione: sed de hoc alibi disputandũ est.

Viuere igitur propter hoc principium. Tex. XVI.

3. Quòd vegetatio sit communis omnibus viuentibus.

TErtium est, quòd ista operatio vitæ, scilicet vegetatio est communis omnibus viuentibus, cũ sit in animalibus, & in hominibus.

De sensu, q; primò inest animalibus.

Statim tractat de sensu, docetque alia tria. Primũ est, quòd sensus inest primò animalibus. Vt enim vegetatio est plãtis primò insita, ita sensus animalibus: nullumque est animal sine sensu: habent igitur animalia viuere, scilicet vegetari, & vltra hoc etiam sentire.

Sen-

Sensus autē primò inest. Tex. XVII.

1. Quòd tactus sit sensus omnibus alijs animalibus communis.

ALterū est, quòd ille sensus, quod animal constituit, est tactus: omnibus enim animalibus inest tactus, nec sine hoc possunt consistere.

2. Quòd tactus potest ab omnibus alijs sensibus separari, & nō contra.

Tertium est, quòd sicut vegetatiuum separari potest ab aliis vitæ operibus, vt accidit in plantis, ita tactus separatur à reliquis tribus. Sunt.n. animalia, quibus non inest nisi tactus. sub tactu continet gustus. Gustus enim est quidam tactus: vt dicitur inferius. Alij tamen sensus non separantur à tactu: qui enim vident, audiunt, aut olfaciunt, necessariò habent tactum.

Quid sit vegetandi & tangēdi principium.

Explicat, quid vegetatiuum, & tactiuū sit dicens, quòd vegetatiuum, est animæ species, quam plantæ habent, principiū autem tangendi animalibus inest, ipsorumque anima est.

Propter quam autem causam. Tex. XVIII.

Nota.

CVm separari vegetatiuam ab aliis animæ partibus, & tactū à reliquis sensibus docuisset, causam vtriusque in posterius seruat: alia autem, vitæ operatio, scilicet, motio, & intellectio, per hęc nota relinquuntur: inest enim intellectio hominibus, ac principium ipsius anima est.

Ostenditur animi definitio formalis seu per causam.

Ex quo concludit definitionē animæ, quòd anima est principium vegetandi, sentiendi & mouendi, & intelligendi: quamuis forsan alicui videatur, quòd nō solum hic definitionem constituat, sed dicta epiloget.

Sed melius est, si dicamus vtrunq; pariter facere, scilicet epilogo dictorum, definitionem colligere, postea diligētius probandam.

Not. quid per cogitatiuum hoc loco intelligat Arist. contra Auer.

Aduerte, quòd illud verbum, Cogitatiuo, non significat actum illius potentiæ cogitatiuæ. quā ponit Auerr. sed idē est cum Intellectiuo, ut hic notat Simplicius. Græcè enim habetur διανοητικῷ, qđ est intellectiuo: nā verbū διανοεῖσθαι descendit à νοῦς, quod est mēs, & Intellectus. Et primo. Post dicitur omnis doctrina, omnisque disciplina διανοητικὴ scilicet discursiua, & intellectiua: ob id Argyrop. vertit Intellectiuum: & Boetius cogitatiuum: sed hoc opus est mentis.

Vtrū aūt vnumquod que. Tex. XIX.

Deplex Arist. qst. 1. Quæst.

DVas monet quæstiones. Altera est: Cùm hæc omnia, vel horū aliqua in vno animato sint, an procedant a diuersis speciebus aiæ, an ab vna potius pluribus tñ potentijs illius. Et quia hęc quęstio, vt dicit Simpl. soluta fuit l. 6. vbi determinatū est, vnam tātùm in vno esse aiam secundum substantiam, multiplices autem illius esse potētias: ponit alterā quæstionem suppositā hac determinatione. An tales potentiæ sint separatæ loco, ita vt diuersæ sint in diuersis subiecti partibus an simul sint subiecto, solaq; ratione separentur. Ad hanc respondens dicit, quòd in quibusdam facile est determinare hoc, in quibusdam dubium est, nec ita facile. Explicat autem primò in quibus sit facile, postea in qbus difficile.

2. Qs An aię potentię sint loco separata in diuersis partibus animalium. Respon.

Sicut enim in plantis. Tex. XX.

In quibus alijs potentia nō separatur loco, seu subiecto.

IN quibusdam animalibus notum esse, dicit, quòd potentiæ sola ratione separentur, scilicet in insectis, & his, quorum partes decisæ viuūt: nam in illis partibus singulis experimur esse motum, sensum, & appetitum, cùm insit dolor: puta enim cuspidē, refugiunt: non ergo loco separātur hæ potentiæ. & per hæc animalia de alijs fit iudicium, quorum partes decisæ non viuunt. Assimilantur autem ista animalia in hoc plantis, quæ decisæ viuunt, cum anima sit extensa per totum, vnaq; sit actu, & multæ potentiæ; quatenus per diuisionem actu multæ fiunt.

Nota 1.

Nota, quòd hic per sensum intelligit tactum: hic enim est sensus sparsus per corpus cum appetitiuo, & loco motiuo.

Nota 2.

Notandum etiam, quòd phantasiā vocat imaginationem quandam imperfectam, quæ caret organo determinato, sed simul est cum actu, de qua post dicitur: nam perfecta est in cerebro, & hæc est in perfectis tantum animalibus. Per desiderium, appetitum intelligit.

De Intellectu autē, & speculatiua. Tex. XXI.

In quib⁹ potentijs dubiū est an separē tur subiecto.

EXplicat in quibus dubium sit, an separentur subiecto, dicens, dubium esse de Intellectu, & speculatiua potentia: & per vtrumque eādem rem intelligit, vt Simplicius notat.

Nota 1.

Dubium autem est, quòd nondum manifestum est, an sit organica potentia Intellectus, an separata ab organo, vt dicemus 3. de anima tex. 5. Quòd si ita est, tūc non solum ratione, sed etiam re apta est separari ab alijs: & anima, cuius talis est potentia, est alterius generis ab istis, sensitiua scilicet, & vegetatiua: potestque separari ab illis, & manere perpetua, & incorruptibilis.

No. 2. pro animæ rationalis separabilitate, & immortalitate.

Vbi notandum, quòd non dicit separatam esse, sed posse separari: nam in corpore cōiuncta est cum sensu, & vegetatiua potentia, tamen post mortem, potentiæ tales corrumpuntur, manetq; anima cū solo Intellectu. Et hinc colligitur animę immortalitas, contra Alexandrum, q̄ locum hunc dicit legendum dubitatiuē p̄. & Philop. & alii dicunt, & bene, tale verbum assertiuè intelligendum, ac si diceret, Manifestum est. At de hoc posteriùs exactè dicemus.

Reliquæ autem partes animę. Tex. XXII.

Notan. reliquas sensitiuas & vegetatiuas nō separari subiecto, vt Plato volebat.

RElIquas potentias sensitiuas, & vegetatiuas in vno cōposito nō separari subiecto, docet, vt volebat Plato, qui sensitiuam in corde, appetitiuā in iecore posuit: intellectū tōne distingui notum est. De distinctione enim secundūm subiectum, dixit superius dubium esse, tamen de distinctione rationis non est dubium, q̄ actus prior. Cum enim aliud sit opinari, aliud est intelligere, aliud sentire, etiam diuersæ erunt potētię sensus, & Intellectus. Per operationes enim potentiæ, & operationes per obiecta distingui cognoscūtur.

Adhuc autem quibusdā animalium. Tex XXIII.

De distinctione potentiarū in diuersis animalibus.

CVm has potentias, qualiter in vno distinguere deberemus, docuisset, scilicet ratione, non autem omnes subiecto: nunc qualiter in diuersis compositis distinctæ inueniantur, docet, dicitque in quibusdā omnes has esse in alijs vnam, in aliis plures.

Quatuor animarū gradus. 1. 2. 3. 4.

Possumus enim quatuor gradus, & differentias viuentium secundūm has sumere. Primus est eorū, qui sola operatione vegetandi gaudent: tales sunt plantæ: Secundus est eorū, qui propter vegetatiuā superaddunt solum sensum: huiusmodi sunt quædam animalia immota, vt conchæ, & spongiæ, & alia. Tertius est eorū, qui istis motum localem superaddunt, vt animalia multa alia. Quartus eorū, qui adhuc vtuntur Intellectu, vt sunt homines.

Ordo horum graduum.

Est autem ordo iste, vt vbi sint gradus posteriores, sint priores: vbi enim Intellectus est, ibi & reliqua; vbi motus, ibi sensus, & vegetatio: vbi sensus, & vegetatio, non econtra.

Sensuum ordo in alijs.

Iste etiam ordo constituitur inter quinque sensus. Quædam enim tactum cum gustu tantum habent: est enim tactus necessarius. Quædam superaddunt olfactū quædam auditum, quædam omnes habent. idemque est ordo.

Quoniam autem id, quo viuimus. Tex. XXIIII.

Intentio Arist. circā definitionem. Suppō.

ARist. intendit ex his, quæ dicta sunt, definitionem animę elicere, ac per eā demōstrare sequentia. Ad hoc assumit duo. Alterū est; qđ sient duobus modis dī scire aliquis, & duobus sanus esse:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duobus dicimur uere sentire & scire.

esse: ita etiam duobus dicitur viuere. Scimus enim scientia tanquàm forma, quæ facit scientes: scimus anima, tanquam immediate subiecto, in quo recipitur scientia. Similiter sani sumus sanitate tanquã forma: sani etiam sumus corpore, vel aliqua corporis parte, vt subiecto. Ita dupliciter etiam principio viuimus; altero vt forma, altero vt materia.

Suppõ. 2. Actus, & formæ recipiuntur in propriis subiectis ita etiam id quo viuimus.

Alterum, quod supponit est, Formas, & actus recipi in propriis subiectis. Propria enim forma est in sua propria materia: vt sanitas in certo receptiuo corpore, similiter scientia in proprio receptiuo. Ita & id, quo viuimus, vt forma, erit in proprio receptiuo: in vniuersum enim actus actiuorum sunt in patiente disposito; idest, agentia non producunt suas formas, nisi in proprias & dispositas materias. Hæc duo sunt, q̃ sumit Aristo. quorũ vtrũq; probauit à simili in sano, & sciẽte.

Nota. axioma. actus actiuorũ sunt i patiente dispoſito.

Infertur, & probat ex dictis, animæ definitio quoad 5. l. logitimo.

Ex his colligit definitionẽ hoc modo, Quo viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus primò, aut est forma, aut materia seu subiectum. Sed anima viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus primò: sunt enim ista animatorum propria, vt dictũ est: ergo anima est aut materia, aut forma. Sed non est materia, nec subiectum: ergo anima est forma, actus, seu ratio, qua primò viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus.

Nota.

Et nota, quòd dicitur, Primò, ad excludendam ipsam operationẽ, qua viuimus secundò: & iste est textus validissimus, quo probatur animam intellectiuam esse formam secundùm esse vnitam, & non tantùm secundùm operationem. At quia minor illa, scilicet, Animam non esse subiectum, sumpserat: id probat in textu sequenti repetita diuisione substantiæ.

Tripliciter. n. dicta substantia. Tex. XXV.

Probatur minor syllogismi, suppoſita ſubſtantia diuiſione.

PRobat minorẽ, suppositã substãtiæ diuisione. Quædã est forma, quæ dicitur actus. Quædã materia, quæ dicitur potentia. Quædam est ex vtraque composita. Probat solùm, quòd materia non sit compositum. Materiam enim non esse, certum est, cùm sit cõmunis animato, & inanimato: corpus, seu compositũ, cùm ex materia & forma constet, nõ potest alterius esse actus, nec in alio recipi: ergo anima non erit corpus: nam anima recipitur in animato: ergo erit corporis animati actꝰ.

Nota, contra Auer. animam intellectiuã esse formã informantẽ in actu.

Hic nota contra Auerroem, animam intellectiuam esse formam, ex qua cum materia dicit Arist. fieri tertiam substantiam: ergo vnitur secundùm esse: aliter non fieret tertia substantia. Notanda est horum duorum textuum expositio.

Et propter hoc benè opinantur. Tex. XXVI.

Laus quæ tribuitur Auerroi & aliquorum reprehenſio.

LAudat quosdã Antiquos, quosdam reprehendit. Illi laudandi sunt, qui animã non esse corpus dicebãt, simul tum asserebant esse in corpore, & esse aliquid corporis, & talis corporis. s. physici, organici. Illi autem reprehendendi sunt, qui nihil de corpore determinarunt, nec expresserũt, quod, & quale corpus sit, quod haberet animam; cum tamẽ constet, nõ quoduis recipere quoduis, sed proprium actum esse in propria materia, & secundùm rationem, ac conueniens sit, vt proprius actus sit in proprio receptiuo.

Nota illud, Quãuis, æquiualere cum denotante causam, vt legit Philoponus.

Nota.

Alter dicẽdus, quo colligitur anima esse substantia ex hac secunda.

Ex his sumitur alter discursus, quo colligitur definitio animæ. Illa prior, Omnis actus, quo primò viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus, est actus corporis cuiusdam, & non cuiusque: anima est hmõi: ergo erit actus corporis talis, s. physici, organici. Vide ergo causam, quare sit actus cuiusdam corporis, q̃a est particularis actus ad certas operationes.

An demonstratio definitionis animæ sit à priori. Quæst. III.

PEr definitionem animæ posterius traditam, ostendi diximus illam priorem: inquirendum est, si talis demonstratio sit à priori, & per causam, vt videtur Aristo. dicere. & statim videbitur, quòd non. Primò, Operationes

2. Arg. ad partem nega.

rationes sunt effectus posteriores animæ, cùm sint actus secundi: sed ista posterior definitio reddit causam.

2. Arg.

Præterea secundò. Primum est esse actum primum corporis, quàm esse principium operationum vitæ. ergo illa prior definitio potius est per causam. Antecedens patet: nam postquàm anima est in corpore, cõsequeter est principium operationum.

3. Arg.

Præterea tertiò. Vel ista posterior definitio est propria alicuius animę, vel communis omni. Si est propria alicui, per ipsam non poterit demonstrari illa prior, quæ communis est. Si autem communis est: quomodo ergo dicitur propria, & distincta definitio specierum animæ?

4. Arg.

Præterea quartò. Videtur nulli animæ talis definitio conuenire, nisi soli rationali. Sensitiua enim, & vegetatiua non est actus, seu principium, quo viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus.

5. Arg.

Præterea quintò. Quia Intellectiua anima non videtur actus, & forma alicuius corporis, cùm intellectio non sit corporis: ergo vt talis est, nõ est forma, nec principiũ, quo intelligimus, sed potius quod intelligit.

Opinantiũ varietas & controuersia, in tribus potissimã consistit. Primũ in numero definitionum.

In hac quæstione multæ & variæ sunt sententiæ. vt autem distinguere eas possis, nota controuersiam in tribus consistere, & in numero definitionis, & in demonstratione, & in qualitate demonstrationis. In numero quidem: nam Aegidius putat definitionem illam, Principiũ, quo viuimus, sentimus mouemur, & intelligimus: non esse vnam, sed quatuor, bi enim quatuor animas, & singulas definiri vegetatiua est principium viuendi, sensitiua sentiendi, motiua mouendi, intellectiua intelligendi.

1. Opin. Ægi. esse definitiones quatuor, in vnam collectas.

2. Opin. Simplicii esse solius ex nõ nalis definitionẽ.

At reliqui Interpretes, vt vnam recepe runt hanc definitionem, tamen differenter. Simpli. enim putat esse definitionem vnius speciei animæ, scilicet rationalis: quia ipsa est potissima, & cui omnia quatuor hæc insunt.

Not Simplicii asserere animã ipsam intellectiuã esse simul sensitiuam, & vegetatiuam in homine.

Et nota Simplic. asserentem vnam animam Intellectiuã in substantia esse simul sensitiuam, & vegetatiuam in homine.

Alij interpretes, reliqui, hanc definitionem vt communem omni animę, & vniuersalem receperunt.

mul vegetatiuã, & sensitiuã in homine.

Circa demonstrationem adhuc est diuersitas.

1. Opinio communẽ vnam definitionem omni animę.

Nam Auerroes putat nullam fieri demonstrationem, sed solum duas dari animæ definitiones; alteram in cap. antecedenti, quæ explicet esse animæ; & hanc, quæ causam explicet finalem per operationem.

2. & 3. demõstratione definitionis, & eius quæstionis.

Ratio autem quare Auerroes vult non fieri demonstrationem, est: quia medium in demonstratione debet esse notum naturaliter, & notius conclusione: at vtraq; animæ definitio est naturaliter ignota, & ex probatione aliqua à posteriori pẽdet. Quòd si petatur, Quare ergo illa prior definitio dicitur ab Arist. cõclusio, & ista medium? Respondet, id ad similitudinem dici, non quòd ita sit: sed ista dicitur medium, quia dicit causam, illa conclusio, quia est velut huius effectus: tamen non fit demonstratio, quia medium est ignotum naturaliter, id est, non euidens, nec ab alio sumit euidentiam.

2. Opin. Auer. nullã fieri demonstrationem. Rõ Auer. Dubij solutio.

Reliqui dicunt esse demonstrationem, sed differunt circa qualitatem. S. Tho. dicit esse à posteriori: quia est per effectus & per operationes.

2. Opin. S. Tho. esse demõstrationem à posteriori.

Themistius, & Phil. dicunt esse à priori: Caiet. Cardi. sequens Albertum, putat, esse à priori: notat enim subtiliter, quòd esse principium vitę, & aliarum operationum, potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt dicat actum ipsum, puta, quod actu sit principium operationũ, & hoc posterius est, quàm esse actum primum corporis. Altero modo in apritudine quadam, & modo ipsius substantiæ animæ: vt sit sensus animam ex se talem esse substantiã, vt sit apta principium esse vitæ: & sic dicit prius natura animam esse principiũ operationum, quàm esse actum corporis; & hoc pacto in præsenti dicit sumi, ac fieri demonstrationem à priori.

3. Opinio à priori demõstrationem Themist. & ro huius opin.

Aegidius impropriã dici putat demonstrationem: existimat enim esse quatuor definitiones quas dicit vocari cãs: quia ex singulis infertur illa communis, sed nõ è cõtra: ex particulari enim colligitur commune, non è contra. Valet enim, Est homo, ergo animal, non è contrà affirmatiuè. Hæc sunt, quæ ab ipsis expositoribus habemus: superest, vt quid sentiendũ

4. Opinio Ægidi impropriã esse demõstrationem. Rõ Ægi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit perueniamus.

Prima cõclusio, posterior animæ de finito est. Probatur primò ex pr. 2. Ari

Sit prima conclusio. Definitio ista posterior animæ, vna est, & vniuersalis animæ. Hanc teneo contra Aegidium in primis: quia est expressa sententia Arist. Dicit enim text. 12. quòd non solùm danda est definitio animę, vt conclusio, sed etiã, vt causa. Vbi docet, eiusdẽ esse has duas definitiones: sed illa prior est animæ in communi, ergo & ista.

1. Ratio.

Præterea, quia falsum est esse quatuor animarum genera, vt putat Aegidius, & nos inferius id ostendimus: & propterea Arist. in toto cap. semper vniuersaliter loquitur.

2. Conclusio, Vna definitio ab Arist. per aliã demonstratur.

Secunda conclusio Arist. vtitur demõstratione, per vnam definitionem ostendendo alteram. Hanc teneo cum communi sententia contra Auerroem. Videtur enim extorsio literæ, quòd ista sint intelligenda per similitudinem, vt dicit Auerr.

Probatur primò. Sola argumenti Auer.

Nec ipsius argumentum est validum: nam, illa posterior definitio, quãuis secũdum se non sit nota, tamẽ ex discursu & sensu fit simul nota: sentimus enim opera vitæ, & discursu tenemus, ab anima esse: Vnde definitionem colligimus. Et hoc sufficit, vt sit medium sufficienter notum ad demonstrationem Physicam: non est enim in oĩbus æqua certitudo quærẽda.

3 Conclusio, Illa demõstratio secunda definitionum p primam: est à priori per causam finalem.

Tertia conclusio. Talis demonstratio est à priori per genus causæ finalis.

Nota 1.

Pro explicatione scito, operationes rei dupliciter posse considerari. Vno modo, vt effectus ipsius rei, à quo procedunt: & sic posteriores sunt. Altero modo, vt finis, in quem res ordinatur, est enim res ob suam operationem, vt 9. Metaph. c. 9. dicit Arist. visum habemus, vt videamus, vt visum habeamus: & sic prior est operatio, cũ sit finis. Finis enim quantũ ad executionẽ posterior est: est enim sic effectus tũ quantum ad intentionem prior est: est enim sic finalis causa: sunt autem operationes maximè fines in rebus Physicis.

Nota 2.

Aduerte vlterius, ꝙ sicut in rebus practicis finis est regula & norma formę rei, ita etiam in Physicis. V.g. quia serra est ad scindendum, inde est quòd talis est forma & materia: & quia domus est ad talem finẽ, inde talis efficitur. In physicis etiam tales natura res facit, quales fines; vt oculus talis est, quia ad videndũ: reliqua alia etiam secundùm suos fines.

Ex dictis probatur conclusio.

Ex quo sequitur, quòd sit optima naturalis demõstratio per finem; talis est ista: finis enim animę est, vt per eã viuamus, sentiamus, moueamur, intelligamus: si alis finis est, debuit esse actus corporis organici primus: nõ ergo tales operationes vt effectus, sed vt fines sumendæ sunt.

Nota 1. Quid sit etiam vera sententia Caietani. sed nõ ita ad mentem Aristo.

Mihi etiam placet Caieta. Quia ex se animam esse talem substantiam, vt sit ex se principium vitæ prius est, & causa cur sit actus corporis: sed quamuis illud verũ sit, tamen non est talis demonstratio physica, & per causam physicam, sed ferè Metaphysica per quasdã rationes formales. Arist. autem non videtur illo modo definiuisse, sed operationes ipsas.

Ad 1. & 2. arg.

Ad primum & secundum argumentũ solutio patet. Nam quamuis operatio in executione sit pòsterior, & effectus, actus primus ipsius corporis, tamen intentione est prior, cùm sit finis.

Ad 1.

Ad tertium dico, quod ista definitio dicitur propria, non quòd sit alicuius speciei animæ, sed quia per eam facilius colligi possunt singularum definitiones, quã ex prima.

Ad 4.

Ad quartum respondeo cum Caietano Thien. & alijs, quòd facit definitio sensum disiunctum in illis operationibus: aliter enim soli rationali competeret: sic autẽ omnibus, sicut in definitione naturæ diximus olim. *ut in 2. phil. quæst. 3. in sol. tertij dub.*

Ad 5.

Ad quintum: Ibi petitur difficultas an rationalis anima, vt Intellectiua est, sit forma. Dico igitur duo. Alterũ est, quòd ipsam secundùm suam substantiam, & entitatem, formam esse informantem nõ licet dubitare. Dico secundò, quòd an ipsa secundùm illum gradum intellectiuũ informet, non puto esse periculosum negare cum multis affirmatibus ipsam esse formam secundùm gradum sentiendi.

Tamen aduertendum est, cum anima in homine nõ solùm det sensitiuum, sed etiam det esse hominum, non solùm, inquam, det esse animal, seu animal rationale: vnde hominis totius essentia est esse animal rationale, nõ solũ est concedẽdum ſm gradum sensitiuum informare, sed etiã secundùm gradum rationalis. Distinguẽdum ergo est. Aliud enim est simpliciter intellectiuũ, quod est sine discursu omnia simul intelligere, vt Angeli intelligunt, & anima in sua vltima, & perfectissima cõtemplatione attingens vltimum Angeli: Aliud est rationale ꝓpriè, quod est intelligere cum discursu, & vnũ post aliud: & ita anima propriè dicitur rationalis, & hõ dicitur animal rationale, & non propriè dr animal intellectiuum, vt Angeli. Igitur dici probabiliter potest, licet non informet ſm gradum illum vltimum intellectiuum, in quo conuenit cum Angelis: tamen informare ſm gradum, nõ solùm sensitiuum, & vegetatiuum, sed rationale quoq;. Est autem notandum, hos gradus rationalis, & intellectiui non esse a parte rei distinctos, sed solum ratione distingui, ita, vt anima considerata sub illa ratione, non dicatur informare, vt videlicet intellectiua, sed vt rationalis. Sed mihi adhuc melius, & secundum gradum sit forma, quia licet intelligere non sit corporis, vt organi, & subiecti, est tamen ab ipso obiectiue, & antecedenter saltem dependens, vt diximus.

Imò verò multò adhuc melius est, si dicamus, vnicum esse simplicissimũ gradũ aię, tale scilicet mediũ eminenter, eminẽter hæc in se omnia continens, & ita informare per se totum, & simpliciter: & quia medius est gradus, habet operationes quasdã, & potentias cum corpore cõiunctas, & alias operationes, & potẽtias a corpore separatas. Ac de his hactenus.

An anima sit in toto corpore, an verò in aliqua tantùm eius parte.
Quæstio IIII.

1. Argu. quòd non in toto sit corpore.

SENSVS quæstionis notus est: petimus enim, an anima toti corpori, & ipsius partibus omnibus insit, an in aliqua tantum illius resideat parte. Et in primis videtur, ꝙ non in toto sit corpore.

Et argumentum primum est ab authoritate Arist. libello de communi animalium notione. Dicit expresse, totum animal esse, sicut ciuitatem optimè instituit, & animam sicut Regem: dicitq;, ꝙ sicut Rex, non est in tota ciuitate, sed in vna præcipua parte; ita nec anima in toto

corpore, sed in vna præcipua parte, scilicet corde.

Præterea libro de senectute, ca. 2. & 3. De partibus animalium cap. 4. dicit principium sensus esse in corde: ergo ibi erit anima.

Præterea 8. Physicorum tex. 84. Intelligentiam non in toto cœlo, sed in cœli parte posuit: ergo anima non in toto corpore, quia eadem est proportio Intelligentiæ ad orbem, & animæ ad corpus.

2. Arg.

Præterea est secundum argumentum. Anima nõ est, nisi vbi sunt potentiæ: sed potentiæ non sunt sparsæ per totum corpus: non enim visus, auditus, & denique sensus sunt in omnibus partibus corporis: ergo nec anima.

3. Arg.

Præterea tertiò. Si anima esset in toto corpore esset in partibus similaribus corporis, scilicet in osse, carne, vena, & aliis: sed anima in talibus esse non põt, quia materia animæ est organica, & dissimilaris, vt ex definitione colligitur: ergo non est in omnibus partibus.

4 Arg.

Tandem quartò. Si in omnibus esset partibus, singulas denominaret partes, & quælibet pars diceretur animal, sicut quælibet ignis pars dicitur ignis: quod tamen falsum est.

Opinantium varietas.

Aduertẽdum est, viros doctos tam Philosophos, quàm Theologos non eẽ conformes in hac parte. Cicero. 1. Tuscu. cũ Platone animam rationalem in mente posuit.

1. Opinio Platonis.

2. Opinio Alber.

At Alb. tract. 1. ca. 7. animam sensitiuã omnem in corde ponit, vel in aliquo habẽte locum cordis, vt in spina in animalibus, quorum partes decisæ viuunt, scilicet anguillis, vermibus, & aliis, vel ĩ animalis, in ãialibus anulosis, vt vespis, & apibus, & aliis: ac ob id dicit, quòd cum secundum latus abscinduntur partes, nõ viuunt, quia sic scinditur annulus, vel spina non manet: at cum per longum, viuunt, quia in parte spinæ integra, vel annulo manet anima: in aliis animalibus perfectis, homine, leone, & reliquis, anima est in corde.

3. Opi. Simonis Portij, &c.

Simon Portius, libello de mente humana cap. 7. contendit eam esse in corde. Adde etiã, quod Diuus Hieronymus libro 2. super Matthæum, cap. 14. ponit

animam noſtram in corde; reprehenditque Platonem, quòd in cerebro collocauit, allegatque illud Matth. 23. A corde exeũt cogitationes prauæ. Et Tertul. lib. de anima, cap. de hegemonico, ideſt de principali gradu animæ multis teſtimoniis Scripturæ contendit oſtendere eam eſſe in corde: & lib. de reſurrectione carnis allegat illud, Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris. Idem habet Philõ Iudæus, opuſculo de eo, quod deterius potiori inſidietur.

a. Opi. & The. &c. At in oppoſitum eſt S. Tho. diſputa. de anima ar. 10. & 2. Contra gent. ca. 71. & Turriſanus monachus li. 2. microtheeni. Gale. cõ. 12. dub. 4. & Iandu. q. 7. & Apolli. q. 6. Caiet. Thie. quòd anima eſt in toto corpore viuentis.

1. Fundi. Pro determinatione primo notandũ, partes viuentis, & præſertim animalium eſſe in duplici differentia, vt docet ipſe Ariſt. 1. hiſt. cap. 1 Quædam ſunt ſimilares, quæ ſunt eiuſdẽ denominationis cũ ſuis particulis, vt oſſa, caro, nerus, vena: quælibet enim oſſis pars dicitur os, & vena vena. Quædã diſſimilares, quę ex his componuntur, nec eandem habent denominationem cum ſuis particulis, vt caput, pes, cor, iecur: & tales partes vocantẽ membra lib. 2. hiſt. cap. 1.

Aduerte vlterius inter ſimilares quaſdam alias eſſe partes in animali quæ inſeruiunt ad partium conſiſtentiam aliarum, temperiẽ, & nutritionẽ, & ad cõſeruationem vitæ: illæ enim erant partes ſolidæ, & conſiſtentes, iſtæ ſunt fluidæ, vt humores quatuor, pituita, bilis atra, & flua, arq; ſanguis: hæc enim corpus temperant, & ſanguis inter hos humores habet aliud quoddam, quod ſit ſedes vitæ, & præterea ſit nutrimentũ aſalis: ob id plus aliis abundat. Inter has etiã partes, ſunt ſpiritus; per hos enim, & vita conſeruatur, & operationes vitales fiũt, & ſpecies mandantur in organa interiora, ſicut per medium aerem ad ſenſus exteriores ab obiectis: his ẽt interueniẽtibus fit motus in nerus, & cor calefacit, & fouet partes corporis. Ex his ergo omnibus totum cõſtat & conſtituitur corpus animalis. Alia verò ſunt, quæ non ſunt partes animalis, ſed ad ornatum pertinent, vel ex excẽmẽtis nutritionis partium proueniũt, vt vngues, capilli, barba pili: hæc omnia partes non ſunt animalis, nec ad ipſius integritatem faciunt, vt dictum eſt: nam his ablatis, animal manet integrum. Iuxta hoc reſpondetur quæſtioni.

1. Concl. Sit itaque primo concluſio. Anima ſecundùm ſuam ſubſtantiam, eſt in omnibus animalis partibus, quæ ad ipſius pertinent conſtitutionem. Hanc concluſionẽ probo primò ex Ariſto. definitione. Aia eſt actus corporis organici. Vide qualiter materiam proximam aiæ corpus ponit, organicum: ergo anima eſt in ipſo corpore organico. Præterea tex. 9 dic. 1, Sicut viſu ad oculum, ita anima ad totũ ſimul animal. Præterea tex. 20. animam in omnibus partibus ponit, ſimilitudine plantarum, quarum animæ per totum ſunt corpus.

Probatur primo ex Ariſt. teſtimonijs 2. 2. Probatur ratione. Sed probatur ſecũdò ratione. Si aĩa in vna tantum parte corporis eſſet, reliquæ corporis partes aliã haberent ſubſtantiam lẽ partẽ, imò cũ plures ſint partes diſtinctæ inter ſe, plures eſſent in vno compoſito partes ſubſtantialiter, & ſpecie differentes: ſic autem non poſſet eſſe vnum per ſe, ſed totum per quandam aggregationem tuncq; fieret argumentum Ariſto. contra Platonem 1. animæ tex. 91. q. nõ eſſet, quo ille plures formæ inter ſe vnirentur, ac vnum componerent.

3. Ratio. Probatur tertiò, & eſt forte argumentum. Potentia non poteſt ſeparari à propria forma: ſed potentiæ animæ ſunt in toto compoſito, & in qualibet parte: ſimiliter, & operationes animę: ergo ibi etiã eſt anima. Cõſequentia patet. Nam ſi eſt tantum potentia, & operatio animæ ſine propria forma, & principio, ſequitur, q. erit cum altera diuerſa forma, & ſic non erit cũ ea naturaliter, ſed violentè, ſicut calor in aqua. Antecedens notum eſt: nã in oſſibus eſt animæ potentia, & operatio, ſimiliter in carne, neruo, reliquisque partibus: erit ergo & animę ſubſtantia.

2. Concl. Secunda concluſio. Anima ſecundùm omnes ſuas potentias, nõ eſt in qualibet corporis parte.

Expl. eſt & probatur ſumma. Aduerte, q. potentiæ animæ, quædam ſunt in ipſa ſolum, vt Intellectus, & ſic vbi ipſa eſt, etiam Intellectus, & voluntas. Quamuis; quę iſtis miniſtrant ad intelligendum non ſint in quauis corporis parte,

parte, ſed in capite, vel etiam in corde.

At aliæ ſunt totius continẽti, communicatæ tamen ab anima, vt reliquæ omnes: tales, cũ ſint ſimul in materia, & anima, & non in quauis materia, ſed certo modo diſpoſita, non ſunt vbicunque eſt anima, ſed in partibus talem diſpoſitionẽ habentibus. Vnde in oſſibus eſt potentia vegetatiua, nõ ſenſitiua: quia caret diſpoſitione ad talem potentiam, in nerus eſt mortua potentia, in oculo viſiua, in carne nerus, alijſque multis tactus, in cerebro & capite imaginatiua; tamen aĩa vbique eſt ſecundùm ſuam ſubſtantiam, ſimiliter etiam & ſecundùm vegetatiuam potentiam.

In omnibus his, quę vegetantur, & cõſeruantur, & per quas vita retinetur; eſt dans, non eſſe animatum, vt dicantur viuere, ſed eſſe ſimpliciter mixti, vt ſanguinẽ anima, vt diximus, eminenter continet omnes alias formas inferiores, ſenſitiuum, & vegetatiuũ, & ſimplicem mixti, & ita quibuſdam partibus conuenit ſentire, quibuſdam vegetare, quibuſdam eſſe tantùm mixti: anima enim ſicut requirit corpus etherogeneum, & organicum, ita dat eſſe etherogeneum, & vna eſt animæ ſubſtantia in vno, vt dicemus poſt, varias communicans potentias varijs corporis partibus, ſecundùm ipſarum variam diſpoſitionem.

b. Concl. Tertia concluſio, In alijs, quæ partes animalis non ſunt, nec ſecundùm ſubſtantiam, nec ſecundũ potentiam anima eſt. Non ſunt igitur capilli animati, nec pili, nec vngues.

Probatur primo ratione. Probatur: quia quod non eſt pars coẽpoſiti naturalis, non participiat formam talis compoſiti: at illa non ſunt partes, vt dictum eſt: ergo non participãt animam, quæ eſt animalis forma.

2. Ratio. Præterea quia nulla in eis eſt operatio animæ: non ergo habent animam. Antecedens patet: nam ſi qua eſſet, vegetatio eſſet: at hæc non eſt: non enim huiuſmodi, niſi per additionem ab extrinſeco augentur, non quòd virtutem internam habeant attrahendi alimentum, vt pili per poſitionem excrementi, & per impoſitionem quandam creſcunt, & ſuperfluũ excrementorum humores per additionem: non ergo habent animam.

Obijcies Ariſt. 3. hiſtor. cap. 19. vbi dicit, ſolum ſanguinem animari, & ita non ſolùm eſſe acciperet ab anima, ſed vitã. Reſpondeo, quòd ſanguis non dicitur animari, quaſi, quòd habeat in ſe vitã & viuat, ſed quòd ſolus eſt, qui in animatum conuertitur, cùm ſit nutrimentum. Dubiũ de ſanguine, an ſit animatus & pars. Solutio.

Quamuis non caret aliqua probabilitate aliquo modo ſanguinem participare vitã: nã verè participat aliquas operationes vitales, puta, motum localem ad omnes partes corporis & fouendas & nutriẽdas, & fouer, & conſeruat vitã totius animalis, & animam ipſam in corpore conſeruat, ita vt dicatur animæ ſedes. Accedit hoc ipſum Ariſtotelis teſtimoniũ, vbi ait expreſsè; Sanguis animatur, & feruet. Sed quicquid ſit de hac re, an ſit ſanguis animatus, nec ne, & viuẽs: tamen hoc negari nullo modo poteſt, nec debet, eſſe verè partẽ corporis animalis, & ſpectare ad veritatem, & integritatẽ naturæ, imò qui id negaret, videretur temerarius. Nam Concilium Tridentinũ ſeſſ. 13. de Euchariſtia. c. 3. apertè ſanguinem numerat inter partes Chriſti, qui ſurrexit à mortuis, ex vi connexionis talis partium naturalis, & concomitantis ſub ſpeciebus panis, nõ ſolùm corpus, ſed ſanguinem ait, & animam Chriſti contineri: quia partes Chriſti inter ſe copulantur. & concilium Epheſinum ait in epiſtola ad Neſtorium: Verbum Dei hominẽ factum aſſumptione carnis & ſanguinis: alias, niſi pars eſſet, non eſſet vnius hypoſtaticè: quod aſſerere eſſet error. Sed & Ariſt. lib. 3 hiſtoriæ animalium cap. 2. ſanguinem inter partes ſimilares numerat, & ait earum oĩum eſſe partem potiſſimam. Diuus Thomas 3. par. quæſt. 54. ar. 1. Sanguis, inquit, vnitus erat Verbo, & vt pars humana corporis, & vt ſpectans ad vnitatem naturæ humanæ. Trimum ſumptum vitæ Ariſto.

Nec obſtat, quòd dicatur etiam potentia pars; nam eſt quidem pars verè fouens animam, vt diximus, & ſuſtinens vitam eius, & tuens, & conſeruans, & corroborans animal: tamen pars talis quæ eſt in potentia aliæ partes, quòd in eas poteſt conuerti; ſicut etiam caro eſt pars, ſed aliquando circa os conuertitur in os; & elementa ſunt orbis partes, quamuis conuertantur in mixta.

Nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec etiã obstat, quod Aristoteles lib. 2. de partibus animalium, ca. 10. ait, sanguinem nõ sentire, quippe qui nulla pars sit animalium. Nam intelligit i. animata pars, vel ethereogenea pars, nec est membrum animalis, alias eodem modo sequeretur ꝙ nec os esset pars, nec arteriæ, & venæ, & omnes aliæ partes, quæ tantum vegetantur non essent partes: quod manifestè falsum est, & contra eundem.

Igitur cum sanguis verè sit pars corporis, & anima totum corpus informet, & omnes eius partes integrantes, necesse est, & hanc quoque informet, sicut & reliquas corporis partes communicando, si non vitam, saltem esse mixti. & licet non diceretur viuens, tamen dicetur esse accipere ab anima.

Ad primum arg. Ad argumenta ergo respondetur. Ad primum locum Aristo. est notanda solutio, ꝙ anima potest dupliciter considerari. Vno modo, vt corporis forma, & sic in toto est corpore. Altero modo, vt motor est, & sic dr esse in præcipua parte corporis: quia quantum ad potentiam motiuã est in certa parte. vt enim visus in oculo est, ita motiua potentia in neruis, & corde, vnde fm Arist. originem habent, q̃is secundùm Galenum, à cerebro: per has enim partes mouet alias.

Arist. ergo illic loquebatur de anima, vt mouet. Et quia potentia motiua non est in omnibus partibus, sed in quadam principali: hinc est, quòd dixit, non esse in toto corpore: quantum tamen ad informationem, in toto est.

Ad alterũ locũ Aristo. Ad alium locum dico, ꝙ sensus non solum est in corde, sed præcipuè dicitur trahere originem à corde: & quamuis in solo esset corde, non ob id anima in solo corde secundùm suam substantiam esset: sunt enim aliæ potentiæ, quæ in aliis partibus sunt, in quibus necesse est animam inesse.

Ad alium locum Aristo Ad alium locum dico, ꝙ non est similis Intelligentia animæ omnino. Nam Intelligentia est solum motor orbis, quare non est opus, quòd sit in toto orbe. At anima est simul forma, ideoq; debet esse in toto corpore, quamuis secundum potentiam motiuam sit in aliqua parte determinata.

Ad 2. arg. Ad secundum argumentum concedo, quòd sunt aliquæ potentiæ, quæ nõ sunt in toto corpore: sed non sequitur, ꝙ aïa non sit in toto: quia illæ tales potentiæ non sunt in sola anima, sed in conisicto: potestque eadem enima existens in toto corpore, in quibusdam partibus habere aliquas potentias, in aliis vero alias: imò cum in omnibus partibus non desit potentia animæ, sequitur, quòd in toto erit anima.

Ad tertium dico, quòd est duplex materia. Prima, & secunda. Prima est, in qua primò recipitur res: secunda est, quæ primam componit. Materia prima aïæ est, corpus organicum: secunda, partes similares, quæ organa componunt, in vtraq; autem est anima. Cum autẽ dicitur corpus organicum esse materia animæ, sermo est de prima, & proxima. Ad 3.

Ad quartum dico, quòd forma nõ denominat nisi materiam proximã, & primam: talis autem est corpus organicũ: ob id nõ quilibet pars dicitur animal, aliquo tamẽ modo denominatur: nam quælibet particula animalis dicitur animata, aliquo saltem modo: quædam quidẽ sensitiuè, quædam vegetatiuè, quædam saltem quantum ad esse mixti simpliciter ab anima esse accipiunt. & hoc sufficit. Ad 4.

Vtrum omnis anima sit indiuisibilis, Quæstio V.

ARdua hęc est quæstio & difficilis. Primò autem est sensus quæst. exponendus. Igitur, prout ad præsens spectat, tripliciter potest aliquid esse diuisibile. Primò in partes essentiales, sicut in materiam, & formam, genus, & differentiam. Secundò in potentias, & virtutes suas. Tertiò in partes quantitatiuas, & integrantes. Nota sen. li quæstionis sensum. Tribus modis aliquid dicitur diuisibile.

Nec de his omnibus modis est difficultas. Nam aïam esse indiuisibilẽ essentialiter physice certum est: non enim cõponit ex materia, & forma. Esse verò diuisibilem metaphysicè, dubium non est, cùm habeat gradus essentiales, ex quibus & genera & differentiæ sumuntur. Vnde non benè dixit Iandu. quæstione septima. qui eam nullo modo esse totum essentiale affirmauit, cùm tamen certum sit compositum habere essentiam, cùm non sit purus actus. De quo diuisibilitate sit quæstio. Reprehensio Iandini.

Similiter non est difficultas de diuisibilitate secundùm potentias. Certum enim est, animam, quamuis vnã, in sua substantia multas habere virtutes, ac potestates. Sed de partibus secundum quantitatem difficultas est.

Nota 1. tripliciter aliqd est diuisibile secũdum quãtitatem. 1. Vbi iterũ nota, quòd tripliciter est aliquid secundùm quantitatem diuisibile. Vno modo per se primò, puta, quòd ratione sui & nõ alterius extẽsionis partes habet, & sic sola quantitas diuisibilis est. Altero modo per se secundò, quòd non quidẽ ratione sui, sed ratione alterius, qd tamẽ in eo est primò, diuisibilẽ est, sicut substãtia corporea & cõposita. hæc enim ratione quantitatis diuisibilis est, tamen quantitas in ea, vt in primo subiecto recipitur. Tertiò modo est aliquid diuisibile per accidens, quia est simul cũ eo, quod per se diuisibile est: sicut albedo dicitur diuisibilis per accidens, quia est in subiecto habente partes. Hoc etiam modo forma substantialis dicitur diuisibilis per accidens ad compositi diuisionem. 2. 3.

Aduertendum igitur quòd non quærimus, an anima sit diuisibilis per se primò, nec per se secundò: nec enim est anima quantitas, nec composita substantia physica: sed tantum quęritur, an sit diuisibilis per accidens.

Sensus q̃stionis. Vt sit sensus: Sicut albedo, quę est in tota manu, sic habet partes, vt quod est in vno digito albedinis, non sit id, quod est in alio: & tota albedo, nec sit in vno digito per se, nec in altero, sed in vtroque simul: Ita etiam anima sic sit in toto corpore, vt quod animæ est in manu, non sit id, quod est in capite, & hoc non sit aliud: sic enim erit tota anima in toto corpore, & pars in parte corporis.

Quòd si aliter se habet, & sit ita, vt id prorsus, quod est in manu, sit in capite aliisq; corporis partibus, tunc anima dicetur indiuisibilis omni modo, & tota in toto, & tota in qualibet parte corporis. Secus verò erit diuisibilis per accidens: atq; hoc quidem de omni anima quærimus, & hic est quæstionis sensus.

Scito autẽ esse quatuor sententias hac de re, quarum duæ sunt extremæ, duæ verò mediæ. Prima extrema &, erronea est cuiusdam Hierardi, omnes animas, etiam rationalem esse diuisibiles ad sensum expositum: nec multum dissentit ab hoc Iando. 3. de anima q. 5. qui tota fide dicit se tenere rationalem animam esse formam, & indiuisibilem, lib. etiam 2. q. 7. omnem formam in materia simpliciter putat esse diuisibilem. Pompon. quoque lib. 1. de nutritione cap. 11. putat secundùm philosophiam omnem animã diuisibilem, solaq; fide tenet esse indiuisibilem rationalem. Prima opin erronea Hierardi &c. oës animas etiã rationales esse diuisibiles, aut saltẽ per solam fidem de rationali credi esse formam, & indiuisibilem: non verò per philosophiam. Primum pro hac erronea sententia argumẽtũ.

Est autem pro horum erronea sententia argumentum primum. Omnis forma recepta in subiecto quanto, est diuisibilis: Omnis anima informans est recepta in subiecto, & materia quanta: ergo omnis anima est diuisibilis. Consequẽtia est certa cum minori. Maior probatur. Omne. n. quod recipitur ad modum recipientis recipitur: ergo quod in quanto recipitur, quanto coextenditur.

Probatur secundò. Substãtia composita, scilicet homo, est, quod recipit quantitatem: sed homo non est aliud, quam partes simul sumptæ, scilicet corpus, & anima: ergo anima simul quantitatem recipit, & sic diuisibilis est, aliter sola materia reciperet quantitatem. 2. Arg.

Præterea tertiò. Quicquid identificatur cum extenso, est diuisibile: at rationalis anima identificatur cum sensitiua, & vegetatiua, & hæ cum forma corporeitatis, quia non est nisi vna forma in vno composito: sed talis forma est diuisibilis. ergo & anima. 3. Arg.

Præterea quartò. Quia pars hominis abscissa viuit, quamuis parum: mouetur enim abscissa manus: & lingua scilicet Pauli locuta est in abscisso capite, ergo anima rationalis etiam diuisibilis est: ꝙ si hæc est diuisibilis, etiam aliæ erunt. 4. Arg.

Altera est opposita sententia eorũ, qui omnem animam etiam plantarum, putarunt esse indiuisibilẽ, & hoc habet Marsi Fici, lib. 6. Theolog. Platonis, & de hoc idem refert ex Plato. Plou. & Porphyrio. Idem videtur dicere Simplicius 1. aïæ tex. 47. de animalibus, & in hoc secundo lib. tex. 20. de plãtis, vbi dicit, quòd in ramo non manet anima, sed est in potẽtia proxima, vt si plantetur, producatur anima. Idem habet Caiet. Thien. in præsenti 2. Opinio Marsil & aliorũ omnes animas esse indiuisibiles.

& Hugo Senen. quem citat Pompo. cap. 10. dicitque esse modum rationabilem dicendi. Hi igitur omnes sunt in hac sententia.

1. Argu. pro 2ª secunda opin.

Argumẽta sunt duo, alterum sumitur ex augmẽtatione. Cùm enim accedit nutrimentum, vel producitur noua particula animæ in illo nutrimento, vel non, sed quæ fuit in materia proxima, simul illã informat. Si noua producitur, iam tunc impropria est augmentatio, & per additionem: sic enim ignis augetur, quia cõburit lignum, ac sibi vnitur. Si autem detur alterum, sequitur, quòd est indiuisibilis: non enim potest vna eademq; anima simul informare, & materiam quam habebat, & alteram, nisi sit indiuisibilis, & tota in qualibet parte.

2. Argu.

Alterum argumentum est D. August. lib. de immortalitate animę, cap. vltimo. Vermis, si pungatur in cauda, se totum mouet: eo quòd ãa, quæ est in cauda, illa eadem est in toto corpore, & sic indiuisibilis est. Hæ itaq; sunt duæ extremæ sententiæ.

3. Opin. media S. Thomæ, &c. animas perfectorum animaliũ, & rationalẽ esse indiuisibiles: reliquas diuisibiles.

Tertia est media: putat enim animas plantarum, & imperfectorum animaliũ esse diuisibiles, animam autem rationalẽ & perfectorum animalium esse indiuisibiles.

Et huic sententiæ fauet Arist. de senect. cap. 1. vbi postquam dixit animas imperfectorum animalium esse singulas diuisibiles, vnam actu, plures potentia, subdit, quòd in animalibus probè constitutis, anima est quàm maximè fieri potest vna, & simplex. Hanc opinionem sequitur D. Th. 1. p. q. 76. ar. 8. & Thomistę omnes inter quos est Herueus. 1. sent. d. 8. q. 4. & alij.

Caiet. p. p. loco allegato volens reddere causam opinionis, notat tripliciter se habere formas ad materiam aliquam, quam informant.

Ratio Caiet. Nota tripliciter se habent formæ ad materiã. 1.

Primò quædam sic recipiunt aliquam totam materiã, vt æquè primò respiciãt partem illius, quales sunt inanimatorũ, forma scilicet elementorum, & mistorũ, quæ ita primò ordinantur, & recipiunt in aliqua materia, vt possit recipi in parte illius: & ratio huius est, quia dispositio tota necessaria ad talem formã, est in tota illa materia, & in quauis parte: vt dispositio ignis formæ, calor est, qui tã primo est in materia aliqua magna, sicut parua, quia in vtraq; potest esse vt ctò.

2.

Quædã aliæ formæ sunt in oppósito extremo, qui sic habent ordinem ad aliquam totam materiam, vt nullo modo respiciant partem: quod prouenit ex perfecta dispositione, quam tales formæ petũt, qui non possunt inueniri, nisi in tota simul illa materia, non autem in parte: & huiusmodi sunt anima rationalis, & animæ perfectorũ animalium: hæ enim nõ sunt nisi existente tali dispositione, quæ non est nisi in tota simul materia.

3.

Aliæ formæ sunt mediæ, quæ sic respiciunt aliquam materiam, vt nõ æquè primò respiciant partem, sicut primæ, nec prius totam materiam tantùm respiciant, sed aliquo modo & minus principaliter partẽ respiciant eo quòd nõ sunt tam perfectæ, nec tantam petunt dispositionem in materia: huiusmodi sunt animæ plantarum, & animalium imperfectorum.

Ex dict. infertur conclusio.

Ex hoc vult Caiet. q; primę formæ, qa respiciunt aliquam totam materiam, & partem æquè primò, quòd sint diuisibiles in illa materia, vt pars formæ respiciat partem materiæ, ita vt possit separata p se esse. Similiter & tertiæ, quia respiciunt aliquo modo partem materiæ, sunt extensæ, tamen, quia æquè primò nõ respiciunt illam partem, non possunt in illa sola multùm permanere separata: at aliæ formæ, quæ nullo modo respiciunt partem, non sunt extensæ, sed in tota materia totæ, & totæ in qualibet parte.

Reiicitur hæc ratio Caietani. 1.

Hæc ratio Caietani mihi nullo modo placet; nam solùm colligi potest ex hoc, quòd animæ perfectorum non sint sic in materia, vt in qualibet parte diuisæ possint perseuerare; non tamẽ quòd illic nõ sint extensæ. non enim quia in partibus diuisæ non manent, inde colligitur esse indiuisibiles: nam in minimo naturali aquæ forma extensa est, non tamen manebit in partibus diuisis defectu quantitatis: ita illæ animæ non manent defectu dispositionis, prius tamen erant extensæ.

2.

Imò, potius sequitur oppositum illius, quod prætẽdit. Si enim elementi forma sic respicit aliquam materiam totam, vt æquè primò respiciat partẽ illius, profectò

ctò erit in tota materia, etiam in qualibet parte tota, quia omnia æquè primo respiciũt; & ex oppósito, formæ, quæ non respiciunt partes æquè primò materiæ, non erunt totę in partibus.

4. Opinio Aegidii, Apo. &c. oẽs animas præter rationalem esse diuisibiles.

Alia est vltima sententia, quæ magis ad vnum vergit extremum; omnes animas esse diuisibiles tam plãtarum, quàm animalium perfectorum & imperfectorum præter animam rationalem. hanc sustinet Aegidius 1. Sent. d. 8. 2. p. illius distinctionis. 2. princip. q. 3. & Iandu. hic, q. 7. & Appollinar. q. 6 & Marsill. 1. Gen. q. 10. & Alber. Saxo. 1. Gen. q. 12 & Auerr. 8. Phys. com. 78. vbi omnem formam in materia putat diuisibilem, quamuis non existimet Intellectum esse in materia.

1. Concl.

Circa huius difficultatis resolutionem sit prima conclusio. Anima rationalis, quàm superiùs esse verè formam probauimus, est indiuisibilis, tota in toto corpore, & tota in qualibet corporis parte. Hęc est communis Philosophorũ, & habetur à S. August. 6. lib. de Trinitate. ca. 3. Sunt autem duo exempla, quibus hoc explicari potest. Alterum est Augu. epist. fundamenti contra Manich. cap. 16. assimilat Deum esse in mundo, animę existenti in corpore quantũ ad hoc. Deus enim totus in mundo est, & totus in qualibet parte, ita, vt quod hic est sit id, quod illic est: ita ãa in corpore. Sed est differentia: Deus non informat mundum, sed assistit, nec includitur in mundo: at anima informat corpus in ipso quòd concluditur.

Declaratur exemplo.

Alterum exemplum est. S. Th. discipu. de anima. q. 10 ad 18. argumentum. dicit, quòd sicut Angelus est in tanto loco, vt non possit dici pars est in hac parte, sed in qualibet est totus: ita anima est in corpore: differenter tamen: quòd ille non informat, anima autem informat.

Alterum exemplũ.

1. Ratio.

Atq; ex his exemplis sumitur primum argumentum contra eos, qui naturaliter, id non posse cõstare dicunt. Si enim constat, substantias incorporeas esse; præsentesq; loco esse, totas quidem in tota, & totas in parte, profectò constabit in anima, quæ poterit toti corpori indiuisibiliter inesse: quod enim repugnans hinc alicui videtur esse, etiam est in intellectualibus substantijs circa præsentiã in loco.

2. Ratio.

Sit secundùm argumentum. Si anima esset diuisibilis, sequitur, quòd esset mortalis: sed consequens est falsum, etiam secundùm veram Philosophiam: ergo anima rationalis non est indiuisibilis.

Probatur sequela. Sit anima extẽsa per corpus, & habeat partem in parte: abscindatur manus, peto de parte animæ, quæ erat in illa manu, vel est retracta ad materiam proximam antecedentem: & hoc esse non potest: Impossibile. n. est, q; duæ partes distinctæ formæ simul informent eandem materiam: & præterea, quia non possent vnum fieri, cùm non sit talis modus excogitabilis, quo fiat vnum per se: debet ergo recedere cum manu. Petam, an illa sit mortalis, vel nõ. Dicere esse immortalem, & ex vna anima rationali fieri duas immortales, imò innumerabiles secundùm innumeras diuisiones, quæ fieri possunt, est adeò absurdum, vt impugnatione non egeat.

Si autem omnes particulæ mortales sunt, cùm sint omnes eiusdem rationis, erit tota mortalis. Hoc argumentum puto habere multum roboris & cõcludere,

3. Ratio.

Sit tertium argumentum, quod ex hominis augmentatione, & diminutione sumitur. Sequitur enim si extensa est, quòd in augmentatione noua anima semper producitur in nutrimento, & aliqua pars in diminutione destruitur, atque ita eadem, quę superius deducebamus, incommoda sequerentur: & præterea, debemus fateri, quòd anima rationalis educitur de potentia materiæ: quòd si non educitur, ergo noua pars, quæ producitur, non poterit cõtinuari cum præcedenti, sicut nec duæ animæ duorum hominum.

Et si in diminutione corrumpitur, sequitur, quòd post multum tempus, & assiduam diminutionem homo amittit animam rationalem, quam habebat, & habitus ac scientias, quæ in ea erant: quæ omnia sunt absurdissima & impossibilia. ergo anima non est diuisibiliter existens in corpore.

4. Ratio.

Sit quartum argumẽtum ex cognitione vniuersalis, Intellectus enim cognoscit vniuersale absque figura, loco, quantitate: ergo est omnino indiuisibilis, aliter enim, si esset extẽsus, per speciem extensam intelligeret: at species extensa nõ potest repræsentare nisi rem extensam &

Universidad de Deusto
Biblioteca

in loco. Et hoc est argumẽtũ optimum.

1. Ratio. Quintum est. Intellectus cognoscit, quod est in sensu communi, & imaginatione, ac memoria sensitiua, ac omnia inter se comparat. si ergo est extensus per illa tria organa, ita, vt pars quæ est cum sensu cõi, non sit, vbi aliæ sunt: impossibile est iudicare simul de istis: quia iudicium non est nisi ab eo, quod omnia cognoscit: ergo fateri oportet, quòd Intellectus est prorsus idem in sensu communi, & imaginatione, & per totum corpus, ita, vt quod hic est sit illic, & in quauis parte. Ista ratio est Simpli. & Philopo. 1. de anima tex. 47. & sumpta est ab Arist.

2. Concl. 2. Ratio. Secunda conclusio. Mihi est probabilius, omnes alias animas perfectorum ac imperfectorum animalium esse diuisibiles. Hanc mihi persuadeo: quia omnes educuntur de potentia materiæ quantæ. Omnis autem forma educta ex potentia materiæ quantæ, per accidens est quantaliter enim tota educeretur ex qualibet parte materiæ: qd est inimaginabile. Tota enim de toto, & pars de parte educitur, sicuti albedo à subiecto.

Cõfirmatio. Imò hæc est potissima via respondendi, & occurrendi dubiis circa indiuisibilitatem animæ rationalis, nisi quia non est educta de potentia materiæ.

Confirmatio. Adde etiam, q̃ nulla prorsus est ratio, quare magis probetur indiuisibilitas animarum in perfectis, quàm in imperfectis animalibus.

2. Ratio. Secunda ratio. Præterea: actio quæ quelibet anima per rationalem producitur, est diuisibilis, quia in quãto est: ergo & anima: non enim actio à termino distinguitur, nisi ratione sola. Est autem notandum hoc argumentum ad conclusionis probationem.

3. Concl. Sit tertia conclusio. Animæ perfectorum alterius aliquo modo sunt indiuisibiles. Aduertendũ autẽ, dupliciter formam diuidi posse. Vno modo in partes, quæ diuisæ permaneant: alio modo diuidi pòt in partes, quæ non consistant, sed diuisione corrumpantur: sicut si minimũ naturale ãquæ diuideretur, vtique forma aquæ non maneret in partibus.

No. dupliciter forma posse diuidi.

Explicat. & reducitur ratio conclusionis. Hoc est igitur discrimen inter animas perfectorum, & imperfectorum animalium: quòd perfectorum animæ diuisæ non consistunt in partibus, sed diuisione corrumpuntur, ac ob id indiuisibiles dicuntur. Et hoc voluit indicare Arist. de sẽnect. cap. 1. non tamen quòd non essent extensæ, ac imperfectorum animæ diuisæ consistunt in partibus per aliquod tẽpus: plantarum autem consistunt, & iterum ad perfectionem reducitur: fit enim ex ramo arbor, & hic est sensus propositæ conclusionis.

Dubium. Dubitabis. Quare ex ramo abscisso fit alia similis arbor: at ex parte abscissa animalis, non fit iterum simile animal.

Solutio. 1. recitatur. Ianda. q. 6. & alii respondent: q̃ anima in ramo durat plus temporis, q̃ minorem requirit perfectionem, quàm anima animalis, quæ citò recedit. Hæc mihi non mihi videtur rei difficultatem euacuare: nam ego petam, Quare abscissa manus nunquam reparatur, cum tamen in corpore reliquo multum temporis maneat anima.

2. Solut. Secundum igitur, quòd in animali sunt partes, quæ non nisi ex spermate p̃ virtutem seminalem fabricantur, vt diximus 1. Gene. & hę nõ reparantur per humidũ nutrimentale: vnde abscissæ semel nõ restaurantur: At planta ex semine nõ ni si paucas partes habet: ramos enim ex nutrimẽto hẽr, ob id reparare pòt ipsos.

1. Solut. Tertiò dici potest, hęc reparari posse quia habent seminalem virtutẽ sparsam & vim fructus, & fœtus producendi vndequaq; per omnes ramos: non ita animalia, sed in quadam parte tantum vim generatricem sortiuntur.

3. Concl. Sit quarta conclusio. Essentia animæ, in qualibet parte est tota: non solum animæ, sed etiam cuiuslibet formæ accidentalis, & substantialis.

Ratio ad conclus. Quælibet enim particula albedinis habet eandem naturam, & definitionem cum tota: & quælibet etiam pars formæ similiter, & animæ: & hinc est, quòd quælibet particula est principium vegetãdi, & sentiendi, si fuerit sensitiua: est enim similaris forma. Ex his habetur resolutio huius quæstionis.

Solutio argumenti opinionis nostræ. Superest modo ad argumenta eorum, qui dicunt etiam animam rationalẽ esse diuisibilem, videre. Sed pro solutione aduertendum primò, quòd aliquid esse tale dupliciter contingit. Vno modo formaliter, altero modo virtualiter. V.g. corpus per albedinem formaliter est album: at albedo non est alba, nisi virtute & potestate, quia album facit. Sol non est formaliter calidus, sed virtualiter. denique quicquid potest facere, quod alterum facit, dicitur esse in virtute illud. Vnde fit, vt, quamis aliquid non sit, nisi vnum formaliter, possit tamen esse multa virtualiter, & in potestate, quia potest facere quę plura faciunt.

1. Nota; dupliciter aliquid est tale.

2. N. potestatis formarũ, ordinem.

Aduertendum vlteriùs; quòd iste est ordo vniuersi, quòd quæ perfectiores sint formæ, possint simul, quæ possunt inferiores, & aliud quid. Cùm autem animę sint formæ superiores aliis, faciunt, quæ aliæ faciunt, & aliud quid.

Illatio ex dictis, quòd sit de aliqua philosophandum, & est vigore multiplex.

Vnde sicut forma totam informat materiam, & ita anima: & inter has animas, rationalis, quę nobilissima est, virtute includit omnia, quæ in alijs sunt: est enim principiũ sentiendi, & vegetandi, & componendi substantiam compositã: est enim vna in substantia, in virtute multa, vt optimè explicat Augustinus libro de spiritu, & anima.

Ex hoc sequitur vnum maximè notandum, quòd cum aliquid sit tale in virtute, non est philosophandum de eius substantia, ac si esset illud formaliter. Vnde si aia informat, si componit substantiam corpoream, non statim est argumentum, quòd prorsus eodem modo se habeat, sicut & aliæ formæ, quæ animæ non sunt. Cumque anima rationalis sit omnium nobilissima forma, non statim erit, sicut & aliæ formæ, diuisibilis: virtute enim sit, quod aliæ; tamen modus substantiæ non est idem, vt magis declarabitur in solutione singulorum argumentorum.

Ad primũ arg. Ad primum, neganda est illa maior. Nõ enim omne quod est in materia quanta, est diuisibile, nisi id quod est principium primum recipiendi quantitatem, scilicet ipsa materia: compositũ enim per materiam recipit quantitatẽ: at non omne, quod quocunque modo est in quanto, est diuisibile: aliter Deus in mũdo existẽs, & Angelus in loco, diuisibiles essent.

Hoc autem est necessarium oi existenti quocunque modo in quanto, quòd sit præsens, & sit per totum illud: & sic anima est in toto corpore. Quod autẽ sic sit in quanto, q̃ pars sit in parte: hoc non est de natura eius, quod est in quanto, nisi accedant aliæ causæ, puta, quòd sit principium primum recipiendi quantitatem, vel, sit eductum de potentia quanti, qualis non est anima rationalis.

Ad secundum. Vt igitur dicatur recipi ad modũ recipientis, sat est quòd sit in ipso toto ac si esset diuisibilis, quanuis non sit diuisibilis: est enim talis virtute, sed non formaliter, scilicet extensa. Et hæc solutio est non tatu digna.

Ad secundùm respondeo, quod tota substantia composita est subiectum proximum quantitatis: ex hoc tamen non sequitur quòd anima rationalis sit diuisibilis per accidens, sed quòd sit in tota materia ac si esset diuisibilis, & ita se habet: non enim est indiuisibilis, ita vt sit in pũcto; sed est in tota materia, indiuisibiliter tamen, sicut Angelus toti alicui loco. Totum autem sicut sit rationale ratione animæ, ita sit extensum ratione materiæ extensæ.

Ad tertiũ. Ad tertium solutio est facilis: anima enim rationalis est idem quo ad substantiam, cum corporeitatis forma & vegetatiua & sensitiua: hæ cũ corporeitatis forma non sunt diuisibiles in homine: non enim sunt formaliter, sed in virtute, & potestate animæ rationalis, quæ facit, quod aliæ omnes formæ faciunt.

Ad quartum. Ad quartum Albertus Mag. summa de homine. q. 2. ar. 3. dicit, quòd motus partium quorundam in animalibus perfectis, præsertim in homine (abscissa enim manus, mouetur) non prouenit ab anima, sed à virtute, & spiritu relicto ab anima. V.g. cùm quis proijcit lapidem, lapis mouetur, & quiescente iam proijciente, quia manet impetus impressus. Ita similiter spiritus & calor sunt velut impetus, quo anima mouet partes, anima non relicta in manu mouetur manus à spiritibus manentibus.

Obiectionis solutio. Quòd si dicas: Idem posset dici de imperfectis animalibus. Respondet non ita esse; quia in his durat per multum temporis, quod non posset esse nisi ibi esset anima: & propterea videntur habere tactum, si enim pungantur resigiunt.

Nota. Aduertẽdum tamen, quòd sunt aliqui motus, qui non possunt tribui causæ naturali

Universidad de Deusto
Biblioteca

turali. Quòd enim abscissum caput S. Pauli locutum sit, miraculũ fuit, nec credetur Aristot. naturaliter fieri posse. Ipse enim 3. de partibus. ca. 10. dicit, ictu traiecta præcordia risum attulisse verisimilius est, quàm quòd referunt de capite, quòd abscissum sit locutum: vbi asserit, id fieri non posse.

Non tamen negare oportet, quòd ablato capite manere possit anima in residua corporis parte per aliquod spatium temporis: nec tunc quod residuum est ablato, capite, dici debet pars, sed imperfectum, quod Arist. vocat Colobon. 5. Metaphysi. cap. 1.

Quorũdã sniã ã animaliũ imperfectorũ sectiõe.

Hic etiam aduerte, quòd in parte animalis imperfecti, secundùm aliquos, non manet pars animæ, quæ erat antè, sed dicit quòd corrumpitur quæ erat antè, & duæ de nouo producuntur, in vna parte vna, & in altera: sicut cũ diuiditur linea, corrumpitur punctum cõtinuans, & duo de nouo producuntur cum vtraq; parte. Hoc dicit Caiet. Thien. & Marsil. Ficin. vt defendant animas esse indiuisibiles: non enim diuiditur præcedens, sed corrũpitur, & in singulis partibus aliæ de nouo producuntur.

Reiicitur hæc sniã.

Circa ramum autem plantæ, Simplicius dicit, quòd ibi nõ manet anima, sed dispositio proxima ad animam.

Sed omnia ista apertè sunt contra Aristo. qui animam esse diuisibilem putat, et potestate esse plures, non quòd fiat productio de nouo, sed per separationem solã quomodo lignum vnum est plura potentia, non quòd partes generentur per diuisionem, sed separatione facta sint per se, & oppositæ, Philosophiæ est figmentum. Quis enim capit vnico instanti per solã diuisionem produci multas animas realiter distinctas de nouo, & antecedentem corrumpi? Sic igitur patet solutio ad argumenta primæ opinionis.

Ad alia duo alterius opinionis respondetur, & quidem ad primũ satis diximus 1. de Genera. Quamuis enim in viuentibus præter hominem noua pars formæ producatur in nutritione, non ob id augentur vel nutriuntur sicut inanimata: illa enim per intus susceptionem, & ad omnem differentiam per se nutriũtur & augentur: & in hoc differunt, habentq; vires solãt diuisionem fieri in actu. Sed hoc aliã q̃ fortasse

Ad argu. in cõtra opinionis.

Ad primum.

tutem internam attractiuam, & auctiuã. Imò Arist. volens probare tex. 14. plãtas augeri, sicut viuens, non aliter probauit quàm, quia secundum omnem positionẽ augentur.

Ad secũdum. Ad secũdum dico, quòd ille motus totius prouenit, quia tota anima continua est, & dum mouetur vna pars scilicet cauda, totum moueri potest, sicut cùm vnam ligni partem moueo tangendo, mouẽtur reliquæ ob continuationem.

Et præterea, per sympatham possunt etiam aliæ partes condolere, vel etiã per influxum quendam doloris communicatum ad alias partes, vel doloris cognitionem. Sed de his postea dicemus ad quæstionem autem dicta sunt satis.

Caput tertium.

Potentiarum autem animæ. Tex. XXVII.

De potentiis aliorũ aliarum gradibus.

VTrum vitæ operationes, ac potentias nõ omnibus inesse superius dixissemus, sed quibusdã omnes, alijs aliquas: nunc distinctè hoc docet, & præsertim de potentiis. Primùm autem numerum ipsarum constituit, docens esse quinque, puta, vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, loco motiuum, & Intellectiuum. Secundùm has potentias constituit quatuor animatorum gradus, quæ superius constituti sunt, quatum ad operationes. Primus est, in quo solum est vegetatiuũ, & istæ sunt Plantæ. Secundus gradus est eorum, quibus inest vegetatiuum, simul etiam sensitiuum, & appetitiuum: est autem ista potentia appetitiua simul coniuncta cum sensitiuo, Non est. n. sensitiuum, quod nõ sit appetitiuum, ob id non facit nouum gradum.

Quinque esse potentias animæ vegetatiuam, sensitiuam.

Quatuor animatorum gradus.

1. Gradus.

2. Gradus.

Quòd autem appetitus sit semper cũ sensu, duplici probat ratione, factа prius diuisione ipsius appetitus. Est enim quidam rationalis, & dicitur voluntas: est alter sensitiuus, cuius duplex est genus. Cõcupiscibilis, & Irascibilis, quos vocat irã & cõcupiscentiam: quos superius declarauimus.

Appetitus sensitiua potentia.

Bipartitio appetitus.

rauimus. Hic autem de appetitu sensitiuo loquitur: cum hoc enim est sensitiua potentia.

1. Rõ nectitur.

Hoc præmisso, facit priorem rationẽ quæ põt sic componi. Quibuscunq; inest tactus, inest voluptas, & dolor: at quibus inest sensus, inest tactus: ergo, quibus, inest sensus, inest voluptas, & dolor: sed talia sunt appetitus, vt notũ est: ergo quib⁹ inest sensus, inest appetitus. Maior patet. Nam tactus est doloris, & voluptatis. Minor etiã patet. Nã tactus est sensus necessarius: nulli em̃ inest sensus, cui nõ tact⁹.

Ne. Auic. doloris definitionẽ.

Aduerte circa doloris naturam. Auicen. sen. 2. doctr. 2. cap. 19. dicit dolorem esse sensibilitatem contrarii, Vocat sensibilitatem sensationem: tactus vocat contrarium, quod est vehemens, ita, vt dissol uat temperiem: talis enim contrariæ qualitatis actiuæ, quæ tactus sit, dolor est.

Doloris causa.

Ponit duas doloris causas: altera est cõtraria qualitas fortis, altera solutio cõtinui. Partes enim naturalis corporis sensitiui habent quandam continuationẽ inse naturalem, cuius solutio efficit dolorẽ. has duas causas Galen. lib. 1. de locis affectis, cap. 2 vocat species.

Auicenna tamen reprehendit Galen. qui lib. de symptom. ca. 6. non aliam causam posuit doloris, quàm continui solutionem. Cõcili. diffe. 76. varias in hoc Medicorum ponit factiones.

Mihi videt dicẽdũ, doloris causam nõ solũ esse contrariũ, nec solam solutionẽ cõtinui, sed simul vtrumq;, vt sensatio cõtrarii soluentis cõtinuationẽ, vel solutionis inducentis contrariam qualitatẽ, sit dolor. Nec oportet, q̃ fiat solutio ista continuationis per sectionem: sat est, q̃ fiat contractione, vel dilatatione partiũ, quæ fit calore distrahente, vel frigiditate cõprimente: vtriusq; autem sensatio, dolor est, tamen formale obiectum, & causa est ipsum contrariũ: hoc enim est tangibile. Solutio autẽ cõtinuationis, est velut materiale. & hæc sunt satis. de hac re.

Adhuc aũt alimenti sensum. Tex. XXVIII.

a. Ratio.

SEcundam facit rationem, qua appetitum simul cum sensu esse docet, & potest sic ad formam reduci. Quibus inest sensus alimenti, inest appetitus: at quibus inest tactus, inest sensus alimenti: ergo quibus inest tactus, inest appetitus. Vlterius: Quibus inest tactus, inest sensus: ergo quibus inest sensus, inest appetitus. Maiorem probat. Quibus inest fames, & sitis, inest appetitus: quia fames est appetitus calidi, & sicci: sitis verò appetitus frigidi, & humidi. Sed quibus inest sensus alimenti, inest fames, & sitis, vt notũ est: ergo quibus inest sensus alimenti, inest appetitus. Et hęc erat maior. Probat minorem illam, scilicet, quòd tactus sit sensus alimenti. Sensus alimenti est, quòd sentimus alimentum: sed tactu percipitur alimentum: ergo tactus est sensus alimenti. Minor probatur. Nam alimentum est calidum, siccum, humidum, frigidum: horum autem tactus est.

Obiectionis solutio.

Quòd si dicas. Alimentum est etiam coloratum, & odoriferum. Respondent, id esse per accidens: non enim nutrimur alimento, nisi vt mistum est, quia vt talia sumus, corrũpimur, & deperdimus substantiam, & sic per talia reparamur.

Alterius obiectionis solutio.

Quòd si dicas, Sapor est per se in nutrimento. Respondent, quòd non est tanquã necessarium, nisi vt condimentum quoddam; natura enim in necessarijs ad conseruationem animalium, operationibus apposuit delectationẽ quandam, qua ad exercitium inuitaret; & sic in cibis apposuit saporẽ. Quòd, si dici solet, Quod sapit, nutrit, & res boni saporis, esse bonę alimentum: Id fit, quia sapor ostendit cõmistionem qualitatum temperatam, vel intemperatam, in qua per se consistit nutrimentum, seu alimentum, & alimenti bonitas, vel malitia. Perpende hos discursus: satis enim sensus Aristo. ordinatus videtur, nec facilè ex litera ista eos ordinare poteris.

Dubitabis de fame, Quomodo dicit appetitus calidi & sicci: quia non sit etiã humidi & frigidi: sed quia id, quo vesci-

Dubiũ & dubitãdi.

Solutio.

mur, comparatione eius, quod potamus, est magis calidum & siccum.

Notandum itaq; quòd cùm animalis substantia sit in cõtinua destructione, natura prouidit, vt per nutritionẽ reparare tur, aliquo modo recepto alimẽto, & sum pto ab externo; fame autem significauit defectum talis alimenti. At quia nutrimẽtum erat graue, & consistens, vt non posset facilè prolabi per partes & vias arctas corporum; addidit potũ rerũ fluidarum, quibus cibus deferat̃ p vias: & huic vsui est aqua, & potus; simul etiam, vt refrigeret calorem vehementem concoctionis. Et defectu huius potus excitatur passio, quæ dicitur sitis, quæ est appetitus humidi & frigidi, præsertim tamen humidi.

Exactiùs autem manifestãdum. Tex. XXIX.

QVia aliqua de alimento dixerat, quod nõ est præsentis loci discutere, remittit se in alijs locum, vbi exactius de hoc dicetur: similiter etiã de Imaginatione alibi dicetur, an insit omnibus animalibus, vel aliquibus. Aduertendum autem, quòd loquitur de imaginatione perfecta, quæ est potentia sensitiua interior, habẽs organum in parte media cerebri. Hactenus de secundo gradu viuentium dictũ est, quę per vegetatiuam cum sensitiuo, & appetitiuo constituitur.

3. Gradus animatorum.

Tertium statim ponit, qui est eorum, qui vltra prædicta habent potentiam motiuam secundùm locum.

4 Gradus animatorum.

Et quartus est eorum, qui vltra omnia prædicta habent cogitatiuum, & Intellectiuum: & in hoc gradu sunt homines, & si quid est homine melius: quod dicit propter Intelligentias, & cœlos, quos antiqui animatos crediderunt, quibus inest Intellectus potentia.

Not. quid per cogitatiuum, & intellectiuum intelligat Atistо.

Aduerte, per cogitatiuum discursiuum intelligi, & per intellectiuum contemplationem; non quòd sint potentiæ diuersæ: vna enim est potentia Intellectus: sed hæc res à phantasia pendentes cognoscimus: & dicitur cogitatiuum, & dianœa, & res abstractas, & dicitur Intellectus.

No. Cõtra Auerroẽ.

Vbi nota hic contra Auerroẽ. Si enim per intellectiuum intelligit Aristo. humanam illam intelligentiã, non diceret Aristo. quòd ineſt alijs ab homine. Præterea non computaretur inter potẽtias animę, cùm sit substantia, cuius tamen oppositum facit Arist. Vide ergo quàm manifestè ipsi Auerr. Aristotelis textus aduersetur. Adde etiam, quod cogitatiuum Græcè est, διανοητικὸν: quod est opus, & potẽtia mentis: venit à νοῦς quod est mens.

Intellectum illũ Auerroicum.

1.

2.

Manifestũ igitur ẽ, quod. Tex. XXX.

ABsoluta definitione animæ in communi, & ipsius operationibus, ac potẽtijs enarratis, distinctionem animarum venaturus definitionem aiæ, & ipsam animam cõparat, ac exemplo explicat: dicitque, quòd definitiones datæ animæ sunt sicut definitio figure in communi. Est autem similitudo in duobus. Alterum: definitio figurę non est alicuius figuræ realiter abstractæ ab omnibus, quæ in nulla particularium insit; ita definitio communis animæ non est alicuius aiæ communis naturaliter abstractę à particularibus, qualem ponunt Idearum assertores.

Quomodo se habeant definitiones animę & ipsius animæ ad inuicem, & quæ sint illarum explicat.

a.

Alterum est, sicut definitio communis figuræ est alicuius rationis communis, quę tamen insit particularibus, nec realiter sit ab eis separata: ita etiam definitio animę. Ex quo monet duos errores extremos cauendos. Alter est, velle definitionem de re alicuius communis separati quod non sit in particularibus. Alter verò, velle statim definire particularia, neglecta definitione communi. Non enim vniuersalia prorsus reijciuntur: sunt enim, sed non per se existentia.

Duplex error circa definitiones aliarum communia.

b.

c.

2.

Ex hoc loco manifestè reuincitur, qui definitionem animæ putant analogam, & æquiuocam, vt nullam communem rationem dicat: cùm tamen aperte dicat oppositum Aristo. & fateatur esse communem genericè nisi, velis dicere figurã esse æquiuocum, quam tamen Arist in prædicamento qualitatis, genus esse docuit. Solùm ergo animæ definitio habet analogiam perfectionis, quia non aufert vniuocationem, sed est in omni genere.

Not. Auerroẽm qui definitionem aliæ partes tant. Analogam & quiuocã.

Similiter

Similiter aũt se habent ei, quod est. Tex. XXXI.

Comparatio animę cum figura.

NVnc ipsam aiam figuræ cõparat in aliis duobus. Alterũ est. Figurę enim cõsequenter se habent: est enim vna post alteram. Ita etiam, & aiæ: est enim ordo perfectionis inter eas: est enim vegetatiua omnium infima, post quam sensitiua est, supremum gradũ continet intellectiua. Alterum est. Figuræ sic se habent, q priores sunt in consequentibus, nõ actu, sed virtute, & potestate: vt Trigonum in Tetragono, & Tetragonum in Pentagono, & sic de aliis. ita etiam est in animabus: vegetatiua enim est in sensitiua, non actu, sed potestate: quia potest sensitiua facere operationes, quæ vegetatiuæ sunt, & vtraque est in Intellectiua.

Vnde dicit esse considerandum, qualis est anima in horum vno quoque, quia diuersam habeat formaliter animam. In plantis enim est vegetatiua; in animalibus sensitiua formaliter, sed virtute vegetatiua: in homine intellectiua formaliter, sed virtute aliæ duæ.

Nota, communia donentes plures animas in vno composito, & cõtra Auer. distinguentem cogitatiuã in homine à sensitiua, & intellectiua.

Vbi hæc notanda sunt contra ponẽtes plures animas in vno composito realiter distinctas. Nota etiam cõtra Auerroem, quomodo distinguit hominis animam à sensitiua, docẽs esse tres animas, & in homine animam esse virtualiter duas: quod de cogitatiua illa intelligi nõ potest: est enim formaliter sensitiua, sicut anima equi, aut alterius: tunc autem non oportet tria genera distinguere.

Propter quã autẽ causam.

De singulis potentijs aię ac primo de vegetatiua incipit agere.

QVod dixerat de operationibus vitæ, pura, quærendam ẽ causam, propter quam separẽtur hæ operationes ab aliis: idem nunc de potentijs dicit. in quo se præparat, vt de singulis differat ordine incipiẽdo ab his, quæ ab aliis separatæ inueniũtur, scilicet vegetatiua.

Numerantur iterã gradus animatorũ & magis.

Nunc autem numerat iterum gradus, sed magis in particulari numerato sensitiuo. Facit autem quinque. Primus, est eorum, quæ vegetatiuum tantum habent.

Secundus eorum, qui habent simul sensitiuum, & hæc habent vegetatiuum. Tertius est eorũ, quæ habẽt alios sensus propter tactum: nam in secundo solus tactus computatur.

in particulari diuisso sensitiuo 1 uces.

Et sensitiuorum alia quidem. Tex. XXXII.

QVartus gradus eorũ, quæ superaddunt motum secundũ locum. Vltimus est eorum, quæ Rationem habent & Intellectum: quod supra declaratum: & vocat minima & vltima. Sũt enim homines dicti minimi, quia nõ diuiditur tam homo in spẽs. Vltimi, quia est supremus corruptibilium rerum.

4. Grad'.

5. Grad'.

Dices, Quare iterum hi gradus numerantur?

Dubium.

Respõdeo, quòd aliter quàm antè. Suprà enim solùm distributionem eorũ secundùm subiecta considerauit; hic autẽ quod à quo separetur.

Solutio.

Vnde de nouo docet, quòd posteriora à prioribus non separantur: benè tñ e cõtrà: Vegetatiuum enim, quod non sit sensitiuum, non econtrà. Similiter, habens alios sensus, habet tactum, non econtrà: Similiter habens Intellectum in mortalibus, habet reliqua, sed non econtrà: quod ab Intelligentias dicit, in quibus est Intellectus purus absque aliis. Cùm autem dixisset non omnibus ineſse rationẽ, dicit quod aliis animalibus rationis expertibus quibusdã ineſt imaginatio, quibusdam nõ. loquitur autem de perfecta imaginatione, de qua nihil modo dicimus, quia inferiùs de ista erit sermo in fine huius libri.

Quæ à quibus separantur.

De speculatiuo autem Intellectu.

PHiloponus, & alii, p speculatiuum Intellectum, eandẽ potentiam cum ratiocinatiua intelligunt, sed ratione diuersam; vt Intellectus dicatur contemplatiuus secũdùm intellectionem eorum, quæ à phantasmate non pendent, cuius consideratio

Quid sit speculatiuus intellectus.

1. Expõ.

Physica

Universidad de Deusto Biblioteca

physica non est.

2 Expos. tio.

Auerr. putat per speculatiuum Intellectum intelligi non Intellectum hominis, sed Intelligentias separatas, quarum cõsideratio physica nõ est. Vtraque expositio est bona, hoc tamen magis in quæstione examinabitur.

Quomodo de anim. sin gulis dis serẽdum.

Distinctis igitur omnibus his potentiis, concludit vnum, scilicet, quòd cum de istis particulariter dictum fuerit, etiã dictum erit de animabus in particulari: quæ enim de potentiis vegetatiuis dicẽtur, hæc animæ vegetatiuæ propria erũt, quæ vero de sensitiuis, sensitiuæ: quæ aũt de intellectiuis intellectiuæ pari modo.

An sint tantùm tria animarũ genera. Quæstio VI.

EX his, quæ capite isto discussa sunt, tria genera animarũ colliguntur, scilicet Vegetatiua, sensitiua, & Intellectiua. Vt autem melius percipiatur hoc, ponuntur aliquot argumenta.

Primum argumẽto ad partem negatiuam.

Primum est. Potentiæ fluunt immediatè ab anima: ergo penes numerum potẽtiarum genere debet sumi genericus animarum numerus. sed quinque sunt potẽtiæ genere, scilicet, Vegetatiuum, Sensitiuum, Appetitiuum, loco Motiuum, & Intellectiuum: ergo tot erunt animarum genera.

2. Arg.

Præterea secundò. Saltem penes animatorum gradus sumetur numerus animarum: sed quatuor sunt gradus animatorum, & viuentium, vt sæpe dictum est: ergo etiam quatuor erunt animarum genera.

3. Arg.

Præterea tertiò. Ita se habet anima hominis propria ad hominem, sicut anima equi ad equũ, & leonis ad leonem, & alterius speciei ad ipsam: sed istæ animæ non faciunt nouum genus, aliter innumera essent animarum genera: ergo nec anima hominis faciet genus ab aliis duobus distinctum.

4. Arg.

Præterea quartò. Anima hominis nõ comprehendit multas species sub se, sicut vegetatiua, & sensitiua: ergo non est genus animæ. genus enim species sub se continet.

5. Arg.

Præterea quintò. Plantæ habent suum proprium appetitum: ergo non solũ appetitiuum est in animalibus; & sic erunt sex potentiæ animę, & non tantum quinque, vt dicit Arist.

1. Fundamentum de animarum numero dupliciter sumi põt.

Pro horum resolutione sunt aliquot fundamenta notanda. Primum est. Aiarum numerus dupliciter sumi potest, & vtroque modo sumit S. Tho. Vnus modus habetur à S. Tho. 1. p. q. 78. art. 1. alter in præsenti capite.

1. Modus à priori. Suppositio.

Prior autem est in hoc capite, & procedit supposito fundamento, animã esse formam quandã eleuatam, & altioris naturæ, quàm sint formæ materiales, & corporeæ: & hoc notum est. Animata enim sunt altioris generis, ac pfectioris, quàm sint inanimata corpora.

Numerus animarũ sumitur secũdum modum, quo vnius formæ est magis eleuatũ, quàm alterius. Triplicitèr vna forma pòt eleuari in esse.

1.
2.
3.

Ex hoc sequitur, quòd secundùm modos, quibus aliqua forma potest eleuari in esse, supra formas materiales, erit numerus aiarum genericus. Tripliciter aũt potest vna forma eleuari in esse. Quod vt intelligas, aduerte, q̃ vnum, & idem potest sub triplici esse considerari, V.g. lapis primò sub esse naturalis: & est illud qd hẽt in se materiale sensibile, & corruptibile. Secundò sub esse prorsus intelligibili & immateriali, & sic se hẽt prout repræsentatur in specie intellectus: illic enim nõ repræsentatur, nisi in vniuersali abstractus à loco, tempore, & accidẽtibus. Tertiò sub esse medio, nec oino materiali, & sic se habet lapis, vel repræsentatur sub specie sensus: illa enim species nõ hẽt in se qualitates, & materiã lapidis, o b id aliquo modo immaterialis est: non tamen omnino, quia repræsentat lapidem in materia, & ipsã est in materia, scilicet in organo, Vide igitur triplex esse vnius. Iuxta hoc triplex est genus animę. Prima est intellectiua, quę ob id eleuatissima est omnium sensibilium formarũ: quia ipsã est, in qua res habẽt esse eleuatum, primũ scilicet intelligibile: species enim illæ immateriales in ea esse habẽt. Altera est sensitiua, secundùm quam res habent esse eleuatius naturali, sed non oino immateriale. Tertia est vegetatiua: quæ ob id dicitur habere esse naturale eleuatius, quia in se, & à se operatur; reliqua extra se operanr. Vide ergo tres formas diuersimodè eleuatas supra formas corporeas: erit ergo triplex aiæ genus.

Alter modus à posteriori, quo nume. idẽ colligitur aiarũ ex earum operationibus.

Alter modus sumendi animarum numerũ, est à posteriori penes operationes: est enim anima principium operationis eleuatæ supra operationes corporum inanimatorum.

Quę eleuatio triplex esse potest, secundùm quòd tria insunt operationibus corporum inanimatorum. Primum est, quòd sunt à principio externo: quæ enim agũt, extra se agunt: quæ patiuntur, ab externo principio patiuntur: nulla est ab interno operatio in his. Alterum est, operationes hæ medijs qualitatibus primis exercentur, vt instrumentis: solùm enim illæ quatuor actiuæ sunt in inanimatis, vel illæ, quæ ab his procedunt. Tertium est, omnes tales operationes in coniuncto recipiuntur, non in nuda forma, sed vel in composito, vel in materia.

Tria conueniunt operationibus inanimatorum.

1.
2.
3.

Tribus modis eleuari pòt operatio supra operationem inanimatorũ, ex quib⁹ triplex aiarum genus colligit.

1.
2.

Cum igitur sic se habeant corporeæ operationes, tripliciter contingit eleuari supra has. Sũt enim quædam, quæ ab intrinseco sunt principio, reliqua tamen habent, scilicet, sunt in corpore, & exercentur virtute qualitatis primæ: talis est augmentatio, seu vegetatio: hæ enim sunt à principio interno in planta, tamen exercentur virtute caloris naturalis, & in coniuncto recipitur.

Aliæ sunt, quæ magis eleuantur, quæ non exercentur virtute qualitatis primæ: vt sensatio, & motus localis: nõ enim virtute qualitatum primarum sunt, sed virtute potentiæ ab anima procedentis, quæ non est vlla ex illis qualitatibus, tamẽ recipiuntur adhuc in corpore.

3.

Aliæ sunt quæ nec in organo recipiuntur, vt intellectio, & ista est eleuatissima. Iuxta has tres operationes diuersæ eleuationis, constituitur triplex animæ genus.

Nota cur ita homi nis vnum faciat genus distinctum.

Ex quo vnum aliud colligitur notandum, q̃ anima hominis ob id facit vnũ genus distinctum à sensitiua, quia altioris est esse, & operationis: at reliquorum animalium animæ solũ diuersas species faciunt: non autem nouum genus, quia nullam habẽt operationem, nec esse altius quàm sit operatio, & esse animæ sensitiuæ.

2. Fundamentum quòd aiæ potentiæ, & aiæ

Sit secundum fundamentum. Animæ potentiæ, & animatorum gradus non eodem modo, quo animarum numerus, sumuntur: potentiæ enim penes operationes vitæ diuersas multiplicantur, q̃ quinque sunt genere, scilicet vegetari, sentire, appetere, moueri secundùm locũ, & intelligere: ob id quinque sunt potentię, harum operationum immediata principia. Gradus autem animatorum non sic, sed penes diuersitatem subiectorum, in quibus hæ potentiæ, & operationes separatæ inueniuntur, sumi debent. Et quia quæ dupliciter separantur illa fm subiecta, in quibusdam inest solùm vegetatiuum, in aliis vegetatiuum cum solo sensitiuo, & appetitiuo, in aliis vltra illa, loco motiuum, in aliis simul intellectiuum: ob id quatuor sunt gradus animatorum. Sunt igitur animarum genera tria, animatorũ gradus quatuor, potentiæ quinque.

torũ gradus nõ eodem modo sumũtur.

Est autem hoc cõueniens: semp enim principia pauciora sunt: & quo magis recedit à principiis, eo maior est multiplicatio, quod in vna aia percipi potest. Aia hois vna est: potentiæ, quæ immediatè ab anima fluunt, multæ: habitus, q̃ posit potentias sunt, sunt plures. Nam sicut in vna anima multæ potentiæ, ita in vna potentia multi habitus. Actus autem qui post habitus sunt, adhuc plures: ab vno enim habitu multi sunt actus, & adhuc plures res: nam per vnum actum multas res comprehendimus. Et simile est in arbore: ab vno trunco rami, & ab his alij plures, & plures multiplicantur. Ita animarum numerus minor est: maior animatorum, adhuc maior potentiarum ipsorũ animatorum numerus, vt patet.

Nota, cur pauciores sint animę quàm animatorum gradus, & hi pauciores q̃ potentiæ.

Sit tertium fundamentum: q̃ in rebus naturalibus considerare possumus tria. Primum est, propria rei forma, & secundum talem formam perfectio. Alterum est, inclinatio in perfectionem propriã, quæ dicitur appetitus. Tertium est, operatio, qua res propriam consequitur perfectionem.

2. Fundamentum de potentia appetitiua in rebus naturalibus, tria considerare possumus formam, appetitũ, & operationem.

Est autem ordo, vt post formam sequatur appetitus, post appetitum operatio, & motus: appetitus ergo semper sequitur formam aliquam rei.

Istorum ordo.

Cum autem tripliciter se habeant ista formæ, tripliciter eũã se habebit & appetitus. Est quędam forma naturalis, quæ simul atque res est, ipsam à natura habet, substantiamque ipsius est, vt forma ignis

Formarũ modi se hẽtis, & appetitus q̃ illos consequitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prim' naturalium appetit'.

igni, & lapidis lapidi, & aliorum formæ naturales ipsis, quorum formæ sunt, à natura sunt. Inclinationes autem, quæ secundùm tales formas sunt in rebus dicuntur appetitus naturales: vnde inclinatio lapidis, & ignis, & aliorum imperfectorum secundùm proprias formas, dicitur appetitus naturalis.

Triplex naturalis appetit'.

Et hic est triplex, puta appetitus elemẽti, mistì, inanimati, & vegetabilis: quilibet enim est inclinatio in id, quod secũdùm talem formam naturalem sibi conueniens est: imò iste appetitus per cuncta vagatur, quatenus vnumquodque inclinatur in perfectionem quæ propria ei est secundùm gradum entis, quæ à natura recipitur.

2. Appetitus sensitiuus.

Alia est forma non per naturam recepta, sed per cognitionem apprehẽsa. Animal enim dùm cognoscit, res ipsas per ipsarum imagines in se recipit, & ex his oritur quidam appetitus, quo in id, quod sensu perceptũ est, inclinatur: & dicitur appetitus sensitiuus, qui tã in perfectis quam imperfectis reperitur animalibus, licèt multò perfectius in perfectis.

Multiplex appetitus sensitiuus.

Est autem hic appetitus multiplex secundùm multitudinem modorum, quibus vna res potest per sensum apprehendi, vt alibi dicemus.

3. Appetitus rationalis, seu intellectiuus s. voluntas.

Alia est forma per Intellectum apprehensa, & hanc sequitur appetitus rationalis, qui in hominibus, & Angelis reperitur, diciturque voluntas. Vide igitur, qualiter appetitus semper consequatur formam aliquam rei, siue naturæ habitã, siue per sensum, siue per Intellectum.

Sicut diuersi sunt appetitus ita & operationes eorum.

Aduerte vlteriùs, ꝙ sicut est appetitus triplex, & varius, ita operationes, quibus res in id, qd appetũt, & tẽdũt, sunt varię. Nam appetitum naturalẽ elementi consequitur motus suus naturalis: per hunc enim cõsequitur id, quod appetit, scilicet esse in suo loco: similiter generare, per qd consequitur perfectionem, ideſt conseruare se in esse appetitũ mistì, propria sunt operatio consequitur: & motus: appetitũ plantæ sequũtur vegetatio, nutritio, augmentatio, & generatio: per has enim operationes quicquid appetit planta, consequitur. appetitum animalis, sequitur motus localis, si adsint instrumenta motus, vel aliq operationes particulares: appetitum rationalem sequuntur operationes humanæ, per quas consequitur, quod appetit. Hic est igitur ordo appetituum, & operationum.

Quo res corporeæ mixtæ sũt superiores eo plures habẽt appetit' & operationes.

Aduertendum vlterius, ꝙ res corporeę mixtæ quo superiores sunt, eo plures appetitus congregant, ac operationes: vnde in plantis est appetitus corporum inanimatorum, quatenus plantę corpora sunt, & sic locum deorsum appetunt: est etiam suus appetitus proprius in animali, est naturalis, & sensitiuus: in homine verò omnes varijs rationibus, & sic multæ operationes sunt, & plures quàm in alijs.

Obiectio.

Dubitabis aduersus hoc fortasse. Nam Arist. dicit, quòd quanto res perfectiores sunt, tantò debent paucioribus operationibus perfectionẽ consequi: perfectiusq; est vna perfectionem consequi, quàm pluribus: quomodo ergo tot operationibus consequitur suam perfectionem?

Solutio.

Respondeo, quòd respectu eiusdem finis, & perfectionis melius est paucioribus operationibus consequi finem, quam pluribus: tamẽ cùm perfectio ac finis melior est, & maior, tunc perfectius est consequi talem finem, quãuis pluribus actionibus, quàm finem inferiorem paucioribus: & sic sit in præsenti. Est enim maior perfectio hominis, quàm aliorum, & animalis, quàm plantarum, & harum quàm inanimatorum. Angelus autẽ, quia perfectior est homine, eandem, imò maiorem perfectionem consequitur paucioribus, quàm homo.

Dubium de appetitu naturali plantæ.

Ex his patet solutio cuiusdam dubij, quare Arist. appetitum plantæ non computauit inter potentias animæ: operationes autem plantę, sic: animalis verò appetitum, & operationes inter potentias, ac opera animæ retulit.

Respond.

Respondeo, quòd appetitus plãtæ, licèt ab anima proueniat, tamen sequitur formam à natura datam, in quo cum appetitu elementi, & inanimati conuenit, non numerauit inter animę potentias. At operationes plãtæ inter vitæ opera sunt, quia in his differt ab operationibus inanimatorum: sunt enim illæ à principio interno. Appetitus verò animalis computatur ab Arist. quia non sequitur formam naturalem, sed formam habitã per cognitionem, quę est opus vitę, & quia iste ab appetitu

petitu naturali differebat. Et hęc satis de appetitu.

4. Funda. De vitæ operib', quòd sint quinque.

Sit quartum fundamentum notandũ, quinque esse vitæ opera, vegetationem, sensationem, appetitionem, motionẽ secundum locum, & intellectionem.

Duo seor sum ab alijs separata reperiuntur.

Harum duæ extremæ, ideſt, prima, & quinta inueniuntur puræ, & ab aliis separatæ: vegetatio quidẽ in plantis, & intellectio in subſtantiis ſeparatis: hę enim viuere dicũtur, & multò melius, quàm inferiora ista corporea, vt docet Arist. 1. Cęli cap. 9. & 12. Metaph tex. 39.

Ad quam scientiam de intel. tractare spectet.

Sed horum duorum viuentium, primum est Physicæ speculationis, vltimũ ad Metaphysicum spectat. Non enim intelligere purum ab aliis secretum inueniuntur in Physicis subſtantijs: & hoc voluit dicere Aristoteles tex. 15. cum dixit, in mortalibus nõ separari intelligere: & forsan hoc vocat Intellectum speculatiuũ, quod dicit esse perpetuum, & esse alterius considerationis. Et obserua multùm hanc expositionem: hoc enim non intelligentes finxerunt intellectum separatũ in hominibus, cum Aristoteles nihil tale somniauerit.

No. cõtra ponentes Intellectum in homine separatũ.

Reliqua vitæ opera nõ sunt pura, nec reperiuntur separata, sed in animalibus est sensitiuum cũ vegetatiuo solo, in hominibus sensitiuum cum intellectiuo, & intellectiuum cum sensitiuo; vtrunque enim animæ rationalis subſtantia complectitur.

Reliqua vitæ opera non reperiuntur separata ab aliis.

Vnde natura aīæ rationalis, mirabilis est: esse enim videtur intellectiuum contractum sensitiuo: & sensitiuum contractum intellectiuo, ita, vt videri possit forma physica differentiam habens quodãmodo metaphysicam, & forma quodãmodo metaphysica differentiam habens physicam: si enim inter formas physicas sensibiles consideratur, tunc differt ab aliis per intellectiuum, si verò inter intellectiuas metaphysicas, differt tunc p sensitiuum.

Nota aīæ rõnalis naturam.

Quanquam melius diceretur, simplex essentiæ gradus medius inter corporeas formas, & purè intellectiuas. s. Angelos, & ideo eminenter continet inferiora, & infima attingit superiorum, vt antea dixi mus: & ideo quasdam habet potẽtias, & operationes communes cum illis, & cõmunes cum istis.

No. dicta Alberti.

Ex quo intelliges quod dixit Albertus libro 2. de animalibus capite 6. quòd homo pluſquam ſpecie differt ab equo, & ab aliis. Bene dixit: nã plus differunt homo, & leo, quàm leo, & equus. Differt enim homo per differentiam altioris generis, id est, intellectiuum. Similiter dicere posſes eodem sensu, quòd anima pluſquam ſpecie differt ab Angelo, & magis quam vnus Angelus ab altero: quia differt quodammodo per differentiam inferioris generis, ſcilicet sensitiuum, & quia est forma informans.

2. Concl. Tria tantum sunt animarũ genera.

His igitur ſuppoſitis, ſit prima conclusio. Tantum tria sunt genera animatũ.

Explicat, & ex dictis probatur cõclũsio.

Hæc est contra Aegidium, & Caietanum, qui quatuor animarum ſpecies faciunt, vegetatiuam, sensitiuam, motiuã secundum locum, & intellectiuam: & tamen nõ ita videtur. Nam motiua potius est ſpecies sensitiuæ; non enim dicit operationem eleuatiorem quàm ſit operatio sensitiua, imo ex eodem gradu eleuationis prouenit vtrunq;: quòd ſi non omnia sentientia mouentur, id prouenit defectu inſtrumentorum, quæ natura non omnibus conceſſit.

Fateor igitur sensitiuam diuidi in sensitiuam motiuam, & non motiuam: tamẽ non ex æquo est diuiſio hæc facienda cũ intellectiua, & vegetatiua: ſed prima diuiſio est in tria genera: rursus vnum in alia diuiditur.

3. Concl. ex dictis nota. Potentiæ animæ cõmunes sũt quinque animatorũ quatuor.

Secunda concluſio. potentiæ communes animæ quinque sunt, animatorũ autem gradus quatuor. Hæc nota sunt ex his, quæ diximus in fundamentis.

Ad 1. & 2.

Superest modo ad argumenta reſpondere:

Ad prima autem duo, reſponſio patet: non enim ex potentiarum numero, nec ex gradibus animatorum ſumendus est numerus animarum, cùm principia paciora sint, quam ea, quę ex principijs deducuntur: ſimitur tamen, ſecundùm modos dictos in primo fundamento.

Ad 3.

Ad tertiũ, conceſſo antecedenti; negatur conſequentia. Anima enim hominis dicit gen' operationis altioris ſupra operationes inanimatorum, & sensibilium: animæ vero aliorum animalium non dicunt operationem eleuatiorem quàm ſit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensitiua: ob id omnes animæ brutorum solum specie differunt.

Ad 4. Ad quartum respõdeo, quòd anima rationalis dicitur esse aliud genus, non q̃ sit genus, sed q̃ collocata sit sub alio genere formarum, scilicet intellectualium, quarum non considerat Physicus aliam, nisi animam, quia reliquæ sunt prorsus à materia abstractæ. Eodem etiã modo dicitur albedo esse aliud genus entis ab homine, quia est in alio genere, sed non q̃ sit genus. Secundo, dicimus esse aliud genus animæ: quia videlicet, medius est, vt vidimus, essentię gradus inter animam sensitiuam & intellectuales substantias, per se condistinctus ab vtroq; genere: & ita, quamuis sit species, est tamen tanquã quoddam genus medium.

Ad 5. Ad quintum dico, esse appetitiuum in plantis: sed quia hoc est eiusdem generis cum naturali, (sequitur enim formã substantialem naturalem, vt diximus in tertio fundamento) ob id non computatur inter peculiares potentias animæ. Et satis sit de ista quæstione.

An in vno viuente sint plures animæ. Quæst. VII.

Titeli ex positio. Nota. Aliud est plures esse formas in vno cõposito cõcedere & aliud plures esse animas.

CIrca tituli intelligentiam aduerte, aliud esse in vno plures formas substantiales ponere, aliud plures animas. Qui ponunt plures animas, plures etiam ponũt in vno substantiales formas: sed non omnes, qui ponunt plures formas, consequẽter ponunt plures animas. Scotus enim 4. Sent. dist. 11. q. 3. & alij ponunt in viuẽte formas plures, sed illarum tantum vnam dicunt animam.

Sensus opinis.

Nos disputamus in præsenti solùm de animarum pluralitate, vt sit sensus, an in animali sint duæ animæ distinctæ, altera sensitiua, altera vegetatiua; & in homine præter has sit etiam intellectiua: an potius sit vna in vnoquoque in substantia, in virtute continens plures.

1. Arg. ex Arist. ad partem affirm.

Videtur autem, plures esse in vno distinctas. Primò ex Aristote. 2. Generat. animalium. cap. 3. homo prius viuit vita plantæ, post vita animalis, tandem vita hominis. Loquitur autem de prioritate temporis, vt ex textu notum est. Si ergò homo paulatim perficitur recipiẽdo plures animas: ergo plures in homine profectò animæ sunt in substantia.

2. Arg. Secundò. Vbi est operatio propria alicuius formæ, ibi, dicit Philosophus, esse talem formam: sed in homine vltra intellectionem, sunt operationes propriè aliarum animarum: ergo sunt & aliæ aiæ: at in animali est operatio vegetatiuæ: ergo & ipsa vegetatiua.

3. Arg. Præterea tertiò. Operationes cõtrariæ non sunt ab vno principio: sed sensus, & ratio sunt contraria. caro enim concupiscit aduersus spiritum: ergo nõ potest esse ab vna anima. Hoc est argumentum Philoponi, & Manichæorum.

4. Arg. Præterea quartò. Vbi sunt operationes genere differentes, ibi sunt formæ etiam differentes: at in homine sunt operationes genere differentes, puta, intellectio, sensatio, vegetatio: ergo & animæ differentes.

Præterea quintò. Corruptibile, & incorruptibile differunt genere. 10. Metaphysico. cap. 13. ergo non possunt in vnã conuenire substantiam: sed anima rationalis est incorruptibilis, reliquæ corruptibiles: ergo non possunt esse vna substantia.

Confirmatio. Præterea: quia anima rationalis non est educta ex potentia materiæ, reliquæ verò sic: ergo sunt plures in homine.

6. Arg. ex Auer. Præterea sexto. ex Auer. 6. Physico. cõ. 59. dicit, quòd cor, & caput, & huiusmodi partes differunt specie: ergo habent diuersas animas. Cõfirmatur: quia os nõ sentit, caro sentit. ergo non potest eandẽ habere animam. Hęc sunt præcipua eius argumenta, quæ contra veritatem fiunt, quibus probare contendunt aliqui, plures esse in homine, & in vnoquoque animali animas.

Prima opinio seu potius error.

In hac parte sunt variæ Philosophorũ sententiæ. Prima est quorũdam erronea, quam refert Alber. Summa de homine. Hi non solum in vno viuente, vnam esse animam dixerunt, sed in omnibus viuentibus vnicam tantùm esse animam, quæ ratione diuersarum in corporibus dispositionum varia operatur.

Duplici explicabant exemplo. Alterũ est: Sicut in homine vno vna est aĩa secundùm

cundùm veritatem: at in ossibus vnum operatur, in neruis aliud, in oculis aliud, aliaque alijs in partibus: sic de hac anima dicitur respectu omnium viuentiũ.

2. Exemplum. Aliud exemplum, Ignis quibusdã calorem, vt lapidi calefacto, quibusdam ẽt lumen, vt ferro candenti: quibusdam etiã suã impertitur formam, vt ligno & stupæ vnus tamen est, qui in omnibus operatur: ita anima.

Ratio huius opin. Probabant hoc: quia anima nõ habet differentias oppositas, quibus multiplicetur: maximè enim esset vegetatiuum, sensitiuum, & Intellectiuum: sed hæ non repugnant, cùm vni insint homini.

2. Opinio quę est etiã error. Altera sententia etiam erronea est Philoponi 1. animę tex. 91. qui non consentiens Arist. circa vnitatem hominis animæ, ponit esse tres non discretas loco, vt dicebat Plato, sed in vno eodemq; subiecto, quamuis lib. 2. Generat. animali. cap. 3. non videatur id probare: sed forsan secundùm Aristotelẽ loquebatur, qui vnã ponit in vno animam. Idem videtur dicere cũ Philopo. Ochan quodlib. 2. q. 2. & Manichæi, vt refert Augustinus 10 super Genesi ad literam c. 14. Idem Sanduinus lib. 2. q. 12. in fine, dicunt in homine esse tres animas distinctas realiter, vegetatiuam, sensitiuam, & intellectiuam.

3. Opi. ẽt erronea. Tertia sententia est Pauli Veneti Summa de anima cap. 5. qui non solùm confusissimè loquitur, sed malè, & erroneè. contentus enim sententia Auer. de Intellectu vno, nec verbum dixit pro veritate.

Dicit igitur Paulus duo. Primum, q̃ in plantis vna est anima vegetatiua, & in imperfectis vna est anima. & ea sensitiua. Secundò in homine esse duas animas totales, sensitiuam corruptibilem, intellectiuã immortalẽ, & vltra has esse plures vegetatiuas specie differentes secundùm multitudinem partium, & vnã in osse, aliam in carne, aliam in corde, & reliquas eodem modo.

4. Opinio communis. Quarta sententia est communis, vnã in vno secundùm substantiam animam esse, in animali sensitiuã, in homine intellectiuã, quę virtute alias continet: qd declarabitur in cõclusionibus. Hæc sunt Philosophorum placita.

1. Conclusio contra. Pro quorum resolutione sit prima conclusio. Anima non potest esse vna in omnibus viuentibus. Hæc est contra illam primam sententiam: & quamuis multa possent argumenta adducitamẽ, quia ipsius impossibilitas nota est: paucis agemus. Supposita illa veritate iam demonstrata, animam esse formam substantialẽ informantem, est argumentum. Diuersæ materiæ quantitate seiũctæ nequeũt vna numero forma informari: talia sunt corpora viuẽtiũ in se: ergo nullo modo pũt vnam numero habere animã. Discursus est notus cum minori. Maior probatur. Omnes enim formæ diuisibiles in materia, quales sunt plantarum, & animaliũ animæ multiplicantur continui diuisione: ergo diuersę sunt in diuersis cõtinuis.

primam opin. Aia non potest esse vna in omnib⁹.

1. Ratio.

Nec est simile de anima in vno: nam partes vnius ordinantur ad vnam partẽ scilicet cor, à quo dependent, vel certè ad vnum totum individuum per se existẽs, & habent colligationem quãdam inter se: non autem sic se habent viuentia omnia simul.

Reprobãtur exemplia istius opin.

Nec est idẽ de igne, qui est causa efficiens, & operatur producendo aliquid extra se: non sic autem anima.

2. Ratio. Præterea: Si vna esset in omnibus anima, vnum esset tunc animatum, cùm nõ esset aliqua causa multiplicationis: quòd si vnum est animatum, non oporteret in multis repeti easdem operationes, sed in vno videret, in alio audiret corpore, variasque in variis, non easdem exerceret operationes.

1. Ratio. Præterea tertiò. Sequeretur esse eiusdem speciei hominẽ, & leonẽ, & equũ, & arborem, &c. quandoquidẽ eiusdẽ haberẽt animam, & solùm corporali dispositione differrẽt: quo quid absurdius dici possit, vix poterit excogitari.

4. Ratio. Præterea quartò. Vbi in aliquo toto reperimus proprias dispositiones ab alijs distinctas, & proprias operationes, easq; naturales & permanẽtes, & semptales; necesse est cõcedamus ibi proprium, & diuersum esse principium earũ operationum, propriumq; conseruans, & varias illas dispositiones, & accidentia, ne diffluant, ac pereant; & ita propria in singulis ac diuersa anima. Atq; hæ duæ proximæ rationes non solum probant nõ esse vnam numero, sed nec vnam esse specie in omnibus animantibus.

Præterea

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. Ratio. Præterea quintò. Cum plantarum anima, & insectilium sit extensa, vt ex diuisione patet: sequitur, aliam esse partē in vna, aliam in alia, atque ideo multo magis in totis diuersis. Cumq; corrumpant plantæ, vt experientia videmus, necesse est alterum ex duobus concedere: vel animam migrare de subiecto in subiectum, vel si non migrat, separatam remanere: quorū vtrunque est absurdum. Aut si corrumpitur (vt veritas est) esse diuersam in diuersis. Denique consimilibus hęc opinio argumentis reprobari posset, quibus Parmenidis opinio asserentis omnia esse vnum.

2. Concl. in vno homine, vna est, alia, & ea rationalis virtute alias cōtinet. Sit tamen secunda conclusio tum Philosophiæ, tum Fidei catholicæ maximè consentanea. In homine vno vna est aia, & ea est rationalis, virtute alias cōtinēs. Dicitur autem virtute continere alias: quia potest omnia, quæ aliæ faciunt, præstare; licèt substantia ipsius sit ab aliis distincta: & quia eminēter essentialiter eas continet.

Aurhores celeberrimi, tum Philosophi, tum Theologi, huius sentētiæ. Hæc conclusio est Augu. multis in locis, præcipuè tamen libro de Eccle. dogmatibus, cap. 15. contra Manichæos. Idē docet Alber. tract. 2. ca. 1. & lib. de origine animæ. c. 4. dicit hæc verba. Error est contra omnem veritatem naturæ, sensitium, & vegetatiuū plures facere substantias in animali: nec vnquam vllus Peripateticorum dixit hoc, sed quidam Philosophiam ignorantes, errantes confinxere. Idem dixit S. Tho. 2. Contra gent. ca. 58. & 1. p. q. 76. ar. 4. & dispu. de anima ar. 11. Est etiam Simplicij, vt diximus superius, & Auicennæ 6. Naturalium p. 1 c. 3. & aliorum insignium.

Primò probatur ex testimoniis Aristo. Probatur primo authoritate 1. de Aia in tex. 91. vbi Arist. reprehendit Platonē qui plures in vno posuerit animas, volēs esse in vno tantum vnam secundum substantiam, potentias autem plures: & eodem 1. tex 66. ab vna anima docet proue nire intelligere, amare, irasci, cogitare: & lib. 2. tex. 31. expresè docet esse vegetatiuum in sensitiuo, & hoc in intellectiuo, sicut est figura inferior in superiori, scilicet trigonum in tetragono, & tetragonū in pentagono.

2. Ratio. Probatur secundò ratione, vt arbitror, validissima. Si anima intellectiua nō est idem cum sensitiua in substātia, sequeretur, quòd non posset esse forma. Consequens est falsum: ergo & antecedēs. Probatur sequela: quia tūc maneret pure intellectiua: at pure intellectiuum non pōt corpori vniri secundum se: debet ergo coniungi cum aliquo per se habente ordinem ad corpus, scilicet sensitiuo, & sic fiet natura media apta informari.

Et hoc mihi facit suspitionem in illa Synodo generali superius allegata, Vienensi: & habetur in Clementinis de summa Trinitate, & fide catholica, capite vnico, damnatam esse hanc sententiam quam habet Philoponus, & Paulus Venetus: quia vidit Cōcilium perinde esse, dicere, non esse idem cum sensitiua, & vegetatiua rationalem, & dicere non esse formam informantem: quod est error. Vnde hanc sententiam aut puto erroneā, aut valde periculosam.

Probatur tertio argumento. Auicen. Oēs actiones animæ in vno mutuò se impediunt: nam contemplatio impedit sensationem, imo ipsam nutritionem, & sensatio contemplationem, vt notum est: ergo ab vnica proueniunt anima. Si enim essent plures formæ, quæ operarētur, vtique vna non impediret necessario motum alterius. Et hac ratione contentus Auicenna non vult aliam ponere. 3. Ratio.

Probatur quartò. Si in homine est totius aliqua anima sensitiua, & vegetatiua p̄ rationalem, peto, Vel illæ formæ sunt vniuersales, vel particulares. Non erunt vniuersales, essent enim ideæ: ergo in particulari & in indiuiduo debēt sumi: erit ergo vnus hō triplex indiuiduū in triplici specie: indiuiduum in aliqua specie plantę, & indiuiduum aliud in specie animalis tantum sensitiui, & in specie hominis: quod est falsissimum. 4. Ratio.

Cōfirmatio.

Præterea quintò. Esset totum per accidens, & per aggregationem, cum habeat diuersa esse perfecta in substantia. Nam dicere, q̄ anima vegetatiua, & sensitiua in homine sunt sicut potētia, & materia; hoc nihil est prorsus. Nam cum sint indiuiduæ, & eiusdem rationis omnino cum anima arboris vel plantæ alicuius, vtiq; ipsa vnum per se constituet, & reliquæ cum ipsa vnum facient per accidens. 5. Ratio.

Præterea: Quia illa anima sensitiua: si est 6. Ratio.

est informans corpus: ergo facit vnum, & non quidē per accidens: ergo per se: igitur homo esset cōpositus ex bruto & anima rationali, scilicet ex illo bruto præcedente, & superueniēte anima rationali, si vtrunque manet. Cōfirmatur: quia etiam antè erat sub aliqua specie, & aliqua essē tia sensitiuum, illic in vētre matris, puta, sensitiuum quoddam. Confirmatur. Si nunc fieret coniunctio, aut fieri imaginaretur animę rationalis cum quouis bruto alio, puta, cū leone, vel equo: id quod resultaret, esset cōpositum ex bruto, & anima rationali: ergo & tunc idem confiteri coguntur.

Cōfirmatio. Confirmat: quia ex duobus per se, non potest fieri vnum per se: & ex duobus in actu vnum in actu, & ex duobus esse, vnū esse.

7. Ratio. Præterea: quia si ita esset, per aliud esset animal, scilicet per formam sensitiuam: & per aliud homo, scilicet per animam rationalem: & ita hæc esset falsa, Homo est animal: nec intrinseca, nec per se, sed ficut ista, Album est dulce.

8. Ratio. Præterea. Anima rationalis est sub genere formarum: nam continetur sub formæ genere, & est quædam forma specifica, & continet gradus entis vsque ad ens, subordinatos, licèt eos cōtineat, vt pars: ergo dabit etiam esse genericū quatenus ea est genericus gradus: quæro, Quod esse genericum dabit, nisi esse sensitiuum?

Cōfirmatio. Confirmatur. Ab anima etiam rationali fit animatum non minus, quàm à sensitiua, & vegetatiua: ergo dabit etiam genus animati: igitur genus animati esset à tribus animabus: aut, quod pejus est, in vno & eodem essent tria genera animati, vt animatum. Alia verò genera & species ab vna tantùm anima sumerentur, vegetatiuum à vegetatiua, sensitiuum à sensitiua, &c. Hæc autem sunt absurda & manifestè falsa.

9. Ratio. Præterea. Potentia generatiua est propria animę vegetatricis, vt pluribus locis ait Arist. Iam ita in brutis anima sensitiua generat sensitiuā: ergo habet ipsamet potentiam generatricem: sed hæc potentia nō potest esse formæ vegetatiuæ, quia vegetatiua forma, aut potentia eius non possunt generare nisi vegetatricem formā non sensitiuam: ergo necesse est confiteri illam esse potentiam sensitiuæ ipsiusmet animæ, qua generat sensitiuam: ergo, cū hæc potentia generatrix sit propria vegetatricis animæ, consequitur in virtute contineri, & eminenter in sensitiua, alioquin sensitiua non posset sensitiuam generare.

Solu. retorquitur, quę dari posset. Quòd si dicas: anima vegetatiua, quia est coniuncta cum sensitiua, prouenit, vt sensitiua possit generare aliam sensitiuam.

Respondendum est, etiam si esset coniuncta vegetatiuæ: tamen non eius virtute posset generare sensitiuam, quæ non potest ascendere ad tantùm effectum: ergo virtute propria ipsiusmet sensitiuæ generat. Item aut sensitiua nihil agit, & tū neque generaretur sensitiua: aut si agit, ergo habet in se generandi virtutem.

10. Ratio. Præterea decimò & vltimò rōne Theologica idem comprobemus: quia in morte Christi redemptoris nostri, aut anima Christi sensitiua esset mortua, aut non. Si mortua, ergo mors nō solùm fuit animæ Christi à corpore separatio, sed etiā eius alicuius animę corruptio, & ita Sanctum eius vidisset corruptionem: & quod semel assumpsit, diuisisset: quæ sunt erronea & contra Patres, ac sacras literas: & postea etiam eius aia sensitiua resurrexisset post eius corruptionem: quæ sunt Patribus inaudita. Aut nō fuit mortua: & tum, aut mansit in sepulchro vnà cum corpore vnita, & ita corpus adhuc esset viuens, & non mortuum: aut descendit vnà cum anima rationali Saluatoris ad inferos, ita vt eius duæ animæ simul descēderint: aut mansit alicubi seorsum sola separata, quę omnia sunt erronea. Præterea sequeretur, posse etiam separari sensitiuam animam, sicut rationalis, a corpore, & per se subsistere: & hinc etiam sequeretur, nō solùm rationalem, sed etiam sensitiuam esse immortalem.

11. Ratio, Ex Sacro. & Cōciliorum authoritate. Adde Sanctorū esse Patrum, & Concilia plerāque testimonia, vnā tantùm animam in homine asserentium, & non esse diuersas in homine sensitiuam, & rationalem, vt initio primi libri in propositionibus fide tenendis ostensum est propositione secunda: & inter alios D. Augusti. 10. super Genesi ad literam, cap. 12. refert ex sentētia Manichæorum duas esse

se animas in homine, alteram sensitiuã, alteram intellectuam: quod idem habuit Philon Iudæus in opusculo inscripto, Quòd deterius potiori insidietur. Oppositũ verò docet ipse D. Aug. non solùm ibi tanquam hæreticorum sententiam eã profe rẽs, sed alijs locis, vt de Eccles. dogm. c. 15. supra citato, inquit: Nec duas animas esse in homine dicimus, vnam animalem, qua animetur corpus, & immixta sit sanguini: alteram spiritualem, quæ rationem ministret. Sed dicimus vna esse & eandem animam in corpore, quę corpus sua societate viuificet, & semetipsam sua ratione disponat. Hęc Augũst. Idem omnino & ferè eisdem verbis dicit libro de spiritu, & anima cap. 9. Idem dicit libro de fide, & symbolo & Damascenus, secundo de fide, cap. 12. & est expressa huius determinatio Actione 10. Can. 11. octauæ synodi generalis, quæ est Constantinopolitana quarta, vbi sic ait: Apparet quosdam id temporis in tantum impietatis venisse, vt duas in homine aias impru denter dogmatizent. Quos omnes, & similia sentientes cùm vetus & nouũ Testamentum, & omnes Ecclesiæ Patres, vnam animam rationalem in hoie asserunt, Sãcta & vniuersalis synodus anathematizat. Hęc ibi. Quare sententia illa, plurium in homine animarũ, non solùm veræ Philosophiæ aduersatur, sed tanquã ferè erronea & temeraria reijcienda est.

3. Conclusio, in vno animali vna est anima, & ea est sensitiua virtute continens vegetatiuam.

Tertia conclusio. In animali vno vna est anima, & ea est sensitiua virtute continens vegetatiuam. Hæc ex præcedenti nota est, atque probata.

4. Concl. Vnę animę multæ sunt potentię explicatur ccl.

Quarta conclusio. Quãuis in vno, vna tantùm sit anima in substantia, tamen plures sunt potentiæ ipsius multæ. Explico. In homine est vna anima rationalis in substantia: tamen in ipsa est, intellectus, sensus, & vegetatiua potentia. In animali vna est anima sensitiua in substantia, tamen sensus, & vegetatiua potentia sunt in ipsa. In planta vna est anima vegetatiua in substantia, sunt etiam potentiæ vegetatiuæ, scilicet nutritiua, auctiua, generatiua.

Nota. tribus modis accipi vocabula hæc, Vegetatiuũ,

Pro cuius intelligentia, notandum est, quòd ista vocabula, Intellectiuum, Sensitiuum, Vegetatiuum, possunt sumi, & vsurpari tripliciter. Primò, vt significãt potentias operatiuas, & sic de suis subiectis per se prædicantur, sicut passiones: & omnes formaliter sunt in homine, & vegetatiuũ in animali etiam. Vnde homo formaliter est intellectiuus, sensitiuus, & vegetatiuus: & animal est formaliter sensitiuum & vegetatiuum: similiter planta est vegetatiua. Omnes hę prædicationes sunt per se in secundo modo, licèt quędam immediatè, quædam mediatè.

Si sitiuũ, & Intellectiuũ. 1. Modus.

Secundo possunt cõsiderari, vt dicunt principium essentiale operationis determinatum & particulare; vt intellectiuum sit, quod principium essentiale intelligendi: sensitiuum, principium essentiale sentiendi, & non intelligendi: & vegetatiuũ principium vegetandi, & nõ alterius, ita vt ab imperfectiori excludat perfectius, & sic sunt diuersa, nec inuicem prædicãtur, imò sunt differentiæ oppositæ, Intellectiuum hominis, sensitiuum bruti, vegetatiuum plantæ.

2. Mod.

Tertiò possunt considerari præsertim duo vltima, ꝑ principio essentiali ablato exclusione, vt vegetatiuum sit quodque principium habens essentiale vegetãdi, siue intelligat, siue sentiat, siue non: & sic est genus, quod de omni animato prædicatur; similiter sensitiuũ pro habẽte principiũ sentiendi essentiale, siue intelligat, siue non: & sic differentia est generica, quæ de homine, & de bruto prædicatur.

3. Mod.

Ex huius distinctionis ignorantia procedit argumentum illius primæ opinionis, & per hanc soluitur facilè.

Rõ prima opiõ soluitur.

Superest ad argumenta superiùs posita respondere. Ad primum S. Th. disput. de anima arg. 11. ad 1. dicit, ꝙ prius tempore hõ viuit vita plantæ: quia semen recipit animam plantæ, & postea animam sensitiuam: hac tamẽ adueniente, destruitur vegetatiua præcedens, & post venit intellectiua, & per hanc destruitur sensitiua, ita, vt vna maneat tantùm in homine. Satis probabilis hæc est responsio.

Ad primũ principale argum. 1. Sol. D. Tho.

Obiectio.

Quòd si obijcias. Si illud semen habet aiam plantę, ergo erit essentialiter planta, & in aliquo genere, & specie, ac individuo plantæ: similiter in animali, imò, videtur, perfecta planta: quia formæ substantiales non suscipiunt intensionem.

Solutio obiectionis.

Respondendum est, esse quasdam formas vegetatiuas, atque etiam sensitiuas, quæ ad alias ordinantur, & nõ intenduntur

tur per se à natura, sed propter aliud perfectius, & vt perfectioris formæ dispositiones, quæ cum sunt multæ & magnæ, possunt quidẽ in materiã paulatim introduci, & aliter introduci nõ possunt: & hę sũt formæ imperfectæ in eo genere, quas vocamus formas embrionis, quę quidem non valent dare esse perfectũ in eo genere, aut permanens, aut per se, sed tãquàm in via ad aliã, ad cuius finem ordinantur: & ideo hæ non debent manere, sed expelli adueniente forma perfectiore, quod nõ solùm in animalium fœtibus cernimus, sed etiam in plãtarum: vt V.g. in amygdalis, priùs est aqua quędam, deinde lac, postea congelatur, postea durescit, & fit fructus amygdalæ: aliq; quæ præcesserũt, formæ dici possunt non amygdala propriè, sed amygdala secũdùm quid, & imperfecta. Sic ergo respondeo, propriè illam nõ vocari plantam, quæ in fœtu animalium præcedit, nisi imperfecto quodam modo & secundùm quid: sed, quamuis sit verè alicuius speciei & individuum, tamen nõ mine generis sic exprimi, scilicet tale vegetatiuum imperfectum, hoc est embrio nem, aut tale sensitiuum imperfectum.

2. solutio.

Secundò, & facile respõderi potest, genus vegetatiuum habere duas sub se species, seu genera, vt alterum sit planta, alterum embrio: & similiter sensitiuum, alterum perfectum, vt animal, alterũ imperfectum, vt embrio cuius sensit solùm.

3. solutio.

Tertiò respondeo, si quis nolit illas formas admittere quòd illud semen non habeat animam quoutq; disponatur & organizetur per virtutem seminalem, qua dispositione facta inducitur anima rationalis: hæc autẽ non statim omnes suas exercet operationes, sed temporis successu: primò enim exercet opera vegetationis, postea motum, post sensum, tandem intellectionem: ac ob id non dicit Aristote les, priùs esse plantam, sed viuere vitam plãtæ. Ista interpretatio est Alberti, Summa de homine: & Philoponi, eodem loco Arist. Ex hoc autem non colligitur pluralitas animarum in vno, imò vnitas quãtum ad substantiam.

Ad 2.

Ad secundùm dico, quòd vbi est operatio propria alicuius formæ, ibi est ipsa, aut secundùm se, aut virtualiter, & eminenter; vt vbi est calefactio, ibi ignis, aut formaliter, vt sub esse suo pfectiore est. Sic pariter, vbi est vegetatio, ibi aut est formaliter vegetatiua anima, qualis est planta, aut anima altioris gradus virtute ipsam continens.

Ad 1.

Ad tertium dico, quòd nõ sunt omnino contraria Sensus, & Ratio: respiciunt enim obiecta diuersi generis; sensitiuus enim appetitus respicit delectabile, ratio verò honestum: quamuis autẽ essent contraria, non idcirco diuersas animas oportet colligere: nam contrarij actus non solùm ab vna anima, sed ab vna potentia possunt procedere: ab Intellectu enim assensus, & dissensus contrarij proueniunt: à voluntate multi pariter contrarij actus.

Ad 4.

Ad quartum dico, quòd diuersæ operationes arguunt diuersas formas suppositata diuersitate subiectorum: at in vno subiecto solùm arguit formam altioris, & eminentioris naturæ virtute multa continentis, diuersisq; vtentis potentijs, qualis est anima, & inter has intellectiua, & post hanc, sensitiua.

Ad 5. 1 solutio.

Ad quintum respondeo primò, quòd per genus Arist. intelligit materiam, quæ diuersa est in cœlis incorruptibilis, & in inferioribus istis, atque ideò genere dicũtur differre, sed non genere logico: Intelligentiæ verò, quia nullam habent materiam, plusquàm genere differre dicuntur.

Dico secundò ad rem, quòd anima sensitiua, & vegetatiua in homine, cùm idẽ sit cum intellectiua quantum ad substantiam, est immortalis, & non educta de potentia materiæ: idcirco non est implicatio vlla. Argumentum autẽ supponit animam sensitiuam in homine esse mortalẽ & eductam: quod falsum est.

2. solutio.

Quòd si dicas: Ergo homo non erit animal sicut leo, cùm sensitiua hominis sit incorruptibilis.

Obiectio.

Respondet S. Thom. argu. 11. disput. de anima ad argumentum decimumquartum, quòd non valet consequentia. Nam quod in genere ponitur, non est anima, sed tota substantia, scilicet homo, & ista corruptibilis est.

Ad 6.

Ad sextum respondeo, quòd illę partes dupliciter possunt considerari. Vno modo, vt partes vnius totius, & secundùm suam substantiã, & sic vnius speciei sunt: habent enim formam eandem substãtia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem. Altero modo, vt organa, & instrumẽta ad varias operationes; & sic specie differunt non essentiali, sed accidentali: quia forma instrumenti, vt instrumentum est, est potentia ipsa: & quia sunt potẽtiæ specie differentes in varijs, ideò aliquo modo specie differre dicuntur: quòd si in osse non est sensus, inde non colligitur, non habere eandem animam: nam anima vna non omnes suas potentias omnibus cõicat partibus: aliàs in oculo esset auditus, cum sit eadem anima in vtroque.

Caput quartum.

Necessarium aũt est, cum. Tex. XXXIII.

De singulis potentijs, qua via, & methodo agẽdum.

Numeratis potẽtijs animę nunc singulas tractare aggreditur, ac primò methodum obseruandam in ipsarum tractatione proponit per duas cõclusiones, quarũ vna est, primùm cõstituere oportet in tractatione, & doctrina cuiusq; potentiæ ex dictis quid ipsa sit: posteà autem quæ sint attinentia, idest, quæ passiones, quæ accidentia, quod organum ipsius.

Altera conclusio est. In constituenda definitione potẽtiæ, obseruandum est, vt prius quid actus ipsius sit, proponatur; & ante actum, quid obiectum: vt si de visu agendum sit, quid visibile, quid visio, tandem quid visus sit, differatur: similiter in qualibet alia potẽtia, vt si quid intellectuum, prius obiectum ipsius, puta, intelligibile, & quid actus, scilicet, intelligere. Si quid sensitiuum, priùs de sensibili, post de actu, idest, sentire: si quid vegetatiuum, quid alimentum, quod est ipsius obiectũ, & quid actus ostendatur.

8. Nota. Potentiæ per actus, actus per obiecta cognoscẽdi.

Ratio reddit ur præscripti methodi.

Ratio autem huius est: quia id quod est prius ratione, quàm alterum, debet in doctrina antecedere: sed actus est prior ratione, quàm potentia, cùm potentia definiatur per actum: ergo debet actus doctrina antecedere. Et eadem est ratio de actu & obiecto: vt enim potentia per actus, ita actus per obiecta definiũtur: ob id ab his primò incipiendum est, in potentiarum definitione.

Quare primùm de alimento. Tex. XXXIIII.

De vegetatiua potentia, ac primo de alimento eius obiecto agendum esse, secundo de operationibus.

Vxta traditã methodum, cum vegetatiua potentia priùs, quàm de alijs agendum esset, proponit priùs se tractaturum de alimento, quod est eius obiectum, deinde de actibus, qui sunt tres, generare, nutriri, augeri, & hæc duo sub vnico nomine claudit, scilicet alimento vti: nam in nutritione, & augmentatione, est conuersio alimenti in viuens, quamuis sub diuersa ratione.

Cur ♃ vegetatiua potentia prius agendum. 1. Ratio, Arist.

Duo autem ex his, quæ dicta sunt, probat. Alterum, quòd prius de vegetatiua potentia, quàm de alijs sit agendum. Alterum, quòd generare sit operatio ipsius.

Prius probat dupliciter. Primò ex causalitate; quia per animam vegetatiuam inest alijs omnibus viuere: nam ob id viuere est, scilicet nutriri, & augeri, quia anima est vegetatiua aut formaliter, vt in plantis, aut virtualiter, vt in alijs.

2. Ratio. Arist.

Secundò ex vniuersalitate. Nam ista potentia omnibus inest viuentibus: quare ob hæc duo ab ipsa est incipiendum.

Quòd generare sit actus vegetatiuæ potentiæ. 1. Ratio.

Alterum probat tali ratione. Opus naturalissimum viuentis ab ipsius anima procedit: at generare est naturalissimum opus viuentis; ergo ab ipsius anima procedit: maior est certa: est enim forma, & anima natura magis præcipua: vnde ad magis naturale est, ab ipsa existimãdum est procedere.

Quid sit generare, & quę viuentia generẽt.

Explicat autẽ, quid sit generare, & quę viuentia generẽt. Generare est sibi simile in specie producere. Generant autem viuentia, quæ habent tres conditiones. Prima est, quòd nõ sint imperfecta, idest, ad statũ perfectum nondum peruenerint. Vnde pueri nõ generant: natura enim intenta perfectioni ipsorũ, totum alimentũ in substantiam individui conuertit, nihil relinquit ad generationem. Secunda est, ♃ non sint mutilata, vt eunuchi & frigidi ex natura, & alijs impedita causis; hæc omnia mutilata dicuntur, nec generare possunt. Tertia est, quòd non sint sponte generata, id est, ex putrefactione: hęc enim non generant: quod in quæstione declarabitur. Ex his collige, ♃ generare, viuentium est omnino, si tamen perfecta sint.

Probatio minoris ex fine. Nota finem generationis assimilari Deo, vt res possunt, in perpetuitate.

Minorem illam probat, quòd hoc sit opus naturalissimum. Probat autẽ ex fine ipsõ, qui perfectissimum quid est. Est aũt finis generationis assimilari Deo in esse, ac se perpetuare: quod non solum viuentia, sed & omnia naturalia desiderãt: conseruant autem se in esse per generationem, qua simile producunt, in quo cõseruantur, si non in individuo, saltem in specie.

Ipsum aũt cuius natura. Tex. XXXV.

Duplex ♂ finis Cuius & Cui, & ♂ in generatione.

Finem distinguit duplicem, est enim finis cuius, & finis cui. Finis cuius est id, in quod vltimò res ordinatur, vt fectio est finis cuius, ferræ; & visio Dei, est finis cuius, noster. Finis cui est id, in cuius vtilitatem est finis cuius.

V.g. si quis faciat malleum alicui artifici, finis cuius est operatio mallei: finis cui, est ille cui fit malleus. Ita in præsenti, finis, gratia cuius, est perpetuitas, & Dei assimilatio; finis cui, est ipsum viuẽs.

Alius finis, Quo.

Alius esse potest finis quo, scilicet, id quo consequimur finem gratia cuius, & hic est generatio: hæc enim obtinetur perpetuitas.

Finis generationis est perpetuitas specie, cũ nequeat, id iuidiuo esse perpetuæ.

Explicat tamen, quòd non est omnimoda perpetuitas, sed qualis potest esse in generabilibus, scilicet in specie, non in individuo.

Varijs gradibus diuersis conuenit viuentib:

Adhuc quibusdam inest magis, vt potè his, quorum species nullo tẽpore deest actu: quibusdam minus, vtpote, his, quæ non nisi statutis tẽporibus veniunt, vt aliqua animalia ex putrefactione, & aliquæ herbæ.

Nota. Aude cap. 3. text. 74. in fine.

Patet igitur, esse hanc operationem naturalissimam, idest, ad quam natura maximè inclinat, ac inde in viuentibus ab anima est, in reliquis à forma, quia hæc magis natura: hunc generationis finem docuit etiam libro de generatione animalium, cap. 1.

Est autem anima viuẽtis. Tex. XXXVI.

De causa effectiua operationum vegetatiuarum.

Constituto vno, scilicet ab animę vegetatiuę potẽtia esse incipiẽdum, ab ipsius q; operationibus, & obiecto: nunc ipsam causam effectiuam talium motuũ esse, vult ostendere: ad cuius declarationem, animam in triplici genere causæ principium esse corporis viuẽtis, docet: est enim causa formalis, finalis, & efficiens, secundum tamen diuersa.

Quòd anima sit cã in triplici genere corporis viuentis, ac primò q̃ sit formalis cã, 1. Ratio.

Primò esse causam formalem viuentis duplici ratione probat. Prior est. Qđ dat esse rei, est forma ipsius: at anima dat esse viuenti: ergo est ipsius forma. Minorẽ probat: quia anima dat viuere viuenti: at viuere est ipsius viuentis esse: ergo anima est causa ipsius esse. Sumitur aũt hic viuere, non pro operatione vitæ, sed pro ipso esse essentiali viuẽtis corporis.

Nota 1.

Circa maiorem, nota, quòd aliquid dupliciter dat esse. Vno modo extra se producẽdo aliud, & sic efficiens causa, & finis dant esse. Alio modo seipsis, ita, vt ipsa sint partes illius esse, sicut albedo seipsa facit albũ: & hoc mõ materia, & forma dant esse, sed differenter: nã materia est indeterminata, & cõis: at forma contrahit, & limitat, datq; determinatum, consumatum, & distinctum esse.

Nota 2. quomodo causę dant esse.

Sic est maior intelligenda: Oẽ enim dans seipso determinatum & perfectum esse, est forma: talis autem est anima respectu viuẽtis: est ergo ipsius forma, quę essentia dicitur, & subsistentia. Posterior ratio est. Actus alicuius potentiæ terminatiuus, est forma: at anima est actus potentiam materiæ terminans, & cum ea vnum per se faciens: ergo est forma.

Manifestũ est aũt, & cuius gratia. Tex. XXXVII.

Quòd sit ita causa finalis. Suppositio.

Causam finalẽ esse, nunc ostendit, supponitque vnum: quòd sicut Intellectus agit propter finem, idest, quæ Intellectu, & arte operantur, propter finẽ aliquem agunt. Sic etiã natura & naturalia agen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diffinitio finis

tia agunt propter finem, vt dictum est secundo Physic.

Sumit ex hoc argumentum. Finis est, propter quem agunt, quæ agunt, & propter quę alia sunt: sed anima est finis, ꝓpter quę corpora naturalia sunt; ergo ipsa finis est secundum naturam, id est, nō per artem, seu ab Intellectu intētus, sicut artificialia, sed per naturam intentus.

Probat minorem: quia corpora viuentium instrumenta sunt ipsius animæ: vt enim est tibia artifici ad sonandum, ita organa corporis sunt viuentibus ad animam: quod declarat. 1. de partibus ca. 5.

Repetitur diffinctio finis cuius, & cui.

Statim repetit diffinctionem finis, scilicet cuius, & cui; & per finem cui, possumus intelligere ipsum viuens: per finem cuius, animam: in quos fines organa ordinantur corporis. Vel per finem cuius, animæ operationes: per finem cui, ipsam animam, quæ per organa operatur.

Nota.

Nota, quòd dicit, omnia corpora esse gratia animæ: nō vniuersaliter debes intelligere: sed limitat statim, scilicet corpora animalium, & plantarū: hæc enim animæ organa sunt.

At verò, & vnde primum.

Quòd ista sit causa efficiens. 1. operationem, & motū viuentis.

CAusam efficientem nunc ostēdit motuum, & operationum viuentibus propriarum, quales sunt localis motus in his, in quibus est: non enim inest omnibus: similiter alterationis, qualis est sensatio, & augmenti, ac decrementi, quæ omnibus insunt.

2. Ratio.

Hac ergo ratione probat. Motus, qui animatis, & non aliis insunt, ratione animæ proueniunt: sed omnes prædicti (vt notum est) nō nisi animatis insunt: ergo ab anima proueniunt, nō formaliter, nec materialiter, vt certū est: ergo effectiuè. Ex quo habetur, quòd istæ operationes vegetatiuæ ab anima effectiuè procedūt.

Nota, anima est causa formalis, finis efficiens, & finis.

Concludamus, animā esse causam formalem ipsius esse, & substantiæ viuētis; finalem corporis, & instrumētorum; efficientem propriam operationum, & motuum, quæ in ipsis sunt viuentibus: quod probatum est.

Empedocles aūt nō benè. Tex. XXXVIII.

Confirmatio erroris Empedocl. qui elementis tribuebat motū augmentationis.

QVm hos motus ab anima ꝓuenire docuisset, duos Philosophorum errores refutat. Alter est Empedoclis, qui motū augmenti tribuebat elementis, dicens: ideo plantam deorsum augeri, quia partes terræ, quę in ea sunt, descendunt deorsum: partes autem ignis, sursum. Hoc duplici ratione reijcitur.

1. Ratio.

Prima est: quia, si ita esset, tūc radices dicerentur deorsum, rami verò sursum. Sed hoc contra accidit; nam rami deorsum, radices sursum dicuntur.

Nota, quę sumantur sursum, & deorsum in viuentibus, & non viuentibus.

Pro quo notat, quòd non eodem modo sumitur sursum & deorsum in omnibus. In mundo enim sursum dicitur, quò tendunt leuia, deorsum, quo tendunt grauia: & hoc ex natura rei, & non respectu nostri: quamuis enim nos essemus supra cœlum, adhuc locus ignis sursum diceretur. In animalibus autem non sic illa sumuntur, sed sursum dicitur, quo alimentum sumitur: deorsum quo excrementa expelluntur, siue sic, siue aliter se habeāt in loco. In inanimatis pariter non ex natura rei, sed respectu nostri sumuntur.

Concluditur ratio.

Cum igitur radix sit qua alimentū sumitur, dicetur sursum: & rami quibus excrementa expelluntur, qui sunt fructus, dicentur deorsum. Nam instrumenta nō aliter diuersa, vel eadem dici debent, q̄ ex operationibus. Cum ergo radix in plātis, & os in animalibus eiusdem sint operationis, fit, vt eiusdem rationis sint instrumenta, & vtrunque sursum dici decebat, non enim penes ordinem vniuersi de his iudicandum est.

Ad hæc autem quid est. Tex. XXXIX.

2. Ratio contra Empedoclē.

SEcundam facit ratiocinē. Quia illa elementa, vel continētur, vel coercentur ab aliquo, vel nō. Si non vtrq; distrahitur vnūquodq; in suū locū, & mistum dissolueē. Si autem ab aliquo alio continetur in planta, id iam erit talis motus principium primum, idque erit anima, quæ erit principium vegetandi.

Videtur autem quibusdā. Tex. XL.

Confutatio erroris Democ. & Leucip. q̄ ignis esset cā nutritionis, & augmēti.

ALteram impugnat sentētiā, quæ erat Democriti, & Leucippi. Hi enim ignem putabāt esse causam nutritionis, & augmenti, innixi tali argumento: q̄ ignis inter elementa maximè nutriri, & augeri videt: ob id is simpliciter, & vniuersaliter erit causa nutritionis in omnibus viuentibus.

Hic aūt cōcausa quidem. Tex. LXI

Approbatur ex parte horum sententia & ex parte reprobatur.

PArtim probat, partim reprobat positam opinionem. Probatur quidem, quatenus ignis aliquo modo est causa nutritionis, scilicet per calorem: est enim calor necessarium instrumentum, quo fit nutritio, & augmentatio. Calore enim alteratur alimentum.

1.

Reprobatur tamen, quatenus ignis nō est causa principalis augmenti, nisi anima ipsa. Quod probat: quia ignis augmētum ex se non habet terminū, sed crescit sine limite, quantū materię ei additū fuerit: at viuentia oīa, quæ dicuntur natura constantia, certum limitem suæ quantitatis habent, quos transgredi non licet, quantumcunque eis alimenta addantur.

2. Nota.

Probat etiam alia ratione. Quia augmentatio magis fit secundum formam, quàm secundum materiam: at elementa in mistis potius sunt, vt materia. Hic posset tractari quæstio de termino quantitatis corporum: sed supra. 1. Physicorum satis diximus.

Quoniam autem eadem potentia. Tex. XLII.

De potentia ipsa vegetatiua, quæ in tres distinguit.

POstquàm cōstituit motum augmenti, nutritionis, & generationis esse ab anima; nunc de potētia vegetatiua tractare aggreditur, quæ includit sub se generatiuā, & nutritiuam, ac augmentatiuam: quas duas vocat hic nomine vegetatiuę, dicēs q̄ hæc ad eandem potentiam pertinent, idest, sub vna genere potentia continentur, atque vegetatiua in his operationib⁹ dictis, ab aliis secernitur potentiis.

De alimēto eius obiecto, quid & quotuplex dicēdum.

Cum autem prius ab obiecto sit inciendum, ab alimento exorditur: hoc enim est obiectū ipsius, & de hoc tractat quid sit, quale, & quotuplex sit, & quæ ab ipso denominationem habeant.

Videtur autem esse alimētum. Tex. XLIII.

Tres conditiones alimenti.

1.

NVnc, quid alimentum sit, docet, assignans tres ipsius cōditiones. Prima est: q̄ sit contrarium alito; debet. n. mutari in ipsum. Non esset autem mutatio, nisi aliquo modo esset contrarium.

2.

Secunda; quòd sit ex illis cōtrariis quorum mutatio sic se habet, vt vnius mutatio alterum augeat.

Nota.

Est enim duplex mutatio contrariorū. Vna est, cùm vnum subiectum ex vna cōtraria forma transit in alteram, vt homo ex albo fit niger, & materia ex aere fit aqua. Altera est, cū non solum ex vna mutatur in alteram formam, sed vnitur cum contrario, à quo mutatur; vt cum aer mutat in se aquam, & ignis in se aerem, & talia contraria dicuntur sua mutatione augere contrarium, huiusmodi debet esse alimentum ex illis, puta, cōtrariis, quę mutata augent contraria.

3.

Tertia est, quòd fic augeat, vt non fit mutua mutatio. Non enim alitum in alimentum, sed alimentum in alitum conuertitur: quod exemplo probat. Aqua enim alimētum est ignis, non tamē ignis aquæ.

Nota.

In hoc exemplo non negat, ignem cō uerti posse in aquam: sed dicit, q̄ ista conuersio ignis in aquam non dicitur augmentum: sicut cum ex aqua fit ignis, quia ignis est elemētum velut forma, aqua vt materia: quia vero augmentatio est secūdum formam, ob id ignis ex aqua magis augeri dicit, quam aqua ex igne: nec est vera augmentatio, qualis in viuentibus est

est, vt alibi satis diximus. Vel certè ideo id dixit Aristoteles, quia fouetur ignis humido tanquam pabulo.

Conclauditur qd sit alimentum.

Ex his patet, quid alimentum sit. Est enim alimentum contrarium, quod sua mutatione animatum crescere facit, non autè ipsum crescit animati mutatione.

Nota.

Nota tamen, quòd nondum integra habetur ista definitio ex his, quæ hactenus dixit Arist. quousq; doceat in tex. 46. alimentum referri ad animatum.

Dubitationem aũt habet. Tex. XLIIII.

Dubium. An alimentum debeat esse contrarium alito, an simile.

QVia alimentum contrariũ dixerat, nunc id in dubium vertit. Sunt enim duæ Philosophorum opiniones.

Quidam dicunt, esse simile alito: quorum ratio est. Ex eodem nutrimur, & augemur: sed non fit auctio, nisi ex simili: ergo nec nutritio.

2. Opin. q. debeat esse contrarium.

Alii contrarium, vt diximus, dicũt alimentum, quorum ratio est. Prior est. Nõ fit mutatio nisi in contrarium, aut in medium, quod etiam contrarium est: sed alimentum mutatur in alitum: ergo debet esse ei contrarium, & non simile.

1. Ratio.

Adhuc autẽ alimentum. Tex. XLV.

2. Ratio.

POsterior horum ratio est. Alimentum patitur ab alito: digeritur enim, & concoquitur: ergo debet ei contrarium esse. Nã simile non potest pati à simili.

Nota 1.

Notat vnum, q; alitum non patitur ab alimento, sicut faber nõ patitur a ligno, sed solum lignum à fabro patitur: quamuis verum sit, quòd aliqua mutatio est in fabro secũdum operationem: quia prius non operabatur, & post operatur: similiter viuens ante non alebatur, postea alitur, sic mutatur, sed non vt in alimẽtum conuertatur, sicut alimentum in ipsum conuertitur.

Nota 2.

Et ita debes intelligere, quòd alitum non patitur ab alimento, puta; secũdùm substantiam nõ conuertitur in alimẽtũ, sicut alimẽtum in ipsum: quamuis negari non possit, alitum aliquo modo repati à qualitatibus alimenti reagentibus in ipsum alitum, & viuens.

Vtrum aũt sit alimentum.

Dissoluit dubiũ Arist. distinctione quadam.

SOluit dubium posita distinctione. Alimentum enim dupliciter potest considerari. Vno modo, vt est imperfectum, indigestum, & inconctum. Altero modo, vt digestum, & perfectum est, ac factum simile alendæ parti: sic enim est proximum subiectum, & materia nutritioni. Multùm autem differt hoc vel illo modo considerare. Si enim imperfectum consideretur, tunc est contrarium, & dissimile: si autem proximũ, simile est. Vnde fit, vt vtroque modo contingat. In principio enim est contrariũ, in fine vero simile: & sic vtraque opinio dicit rectè, sed non omnino: quia alimentum vtrunque est, puta, contrarium, & simile.

Aduertendum autem, quòd contrariũ alimentum est prius tẽpore, quàm fit para nutritio: cum tamen est simile, solum est prius natura.

Quoniã aũt nihil alit nõ participans. Tex. XLVI.

Vt alimẽti definitio compleatur, ostendit alimentũ habere ordinẽ ad animatũ.

VT naturam alimenti cõpleat, quale ipsum sit, explicat dicẽs alimẽtum habere ordinem p se ad animatum: quia nihil alitur, quod sit expers vitæ, & animæ. Ex quo colliges integram definitionem alimenti superius positam.

Nota, aliquid dupliciter referri p se, & per accidẽs.

Aduerte, quòd aliquid dupliciter potest ad alterum referri. Vno modo per se, cũ ita refertur ad aliud, vt toll ablato nõ amplius referretur; sicut pater p se refertur ad filium, quòd ablata tõne filij, non amplius referretur. Altero modo per accidens, cũ hoc coniungitur cũ eo, quod est per se, & quamuis ipsum auferretur, adhuc non auferretur relatio, quo modo pater dicitur referri ad Philosophum, si filius philosophus sit: sed id est per accidens. Alimentum ergo non per accidens ad animatum, sed per se ordinem habet:

bet: nec putes alimentum non esse aliud, quam relationem: est enim relatiuum secundùm dici.

Est autẽ esse aliud alimẽto. Tex. XLVII.

Quot tribus modis alimentũ sumatur propertione ad tres vegetatiuæ potentias.

1.
2.
3.

NVnc quot modis alimentum sumatur exponit. Tripliciter autem cõsiderari potest. Vno modo, secundùm substãtiam, & sic est obiectum nutritionis. Substantia enim reparat substantia. Altero modo fm quantitatem: est autem sic augmentatiuum, & augmentationis obiectum. Tertiò, vt est residuum superfluumque alimenti: & sic est generatiuum non eiusdem numero viuentis, cùm hoc iam sit, & quod est, non generatur: sed alterius similis in specie.

Nota.

Notandum, quòd non dicitur alimenti superfluum, quasi sit excrementum, & materia fœculenta: imò semen est ex purissimo alimento: sed dicitur superfluum, quatenus est illud alimentum, quod natura reliquit; quia in proprium individuum per nutritionẽ vel augmentationẽ non conuertit, sed illud in vasa quædam mandat, vbi ad generationem id conseruatur. Vn de generatio debet esse facta nutritione: tunc enim natura apta est ministrare materiam ad generandum.

Atque id in causa est, vt illusiones nocturnæ carnis post mediam accidant noctem, cùm nutritionis tempus versus finem properat, atque ideò contra, maximum est remedium sobrietas & abstinentia, vt subtrahatur materia, vnde id generatur.

Vide igitur, quo pacto tripliciter alimẽtum considerari possit, sicq; ad tres animæ vegetatiuę potentias ordinetur: in communi autem alimentum ad potentiam vegetatiuam, & vegetationem in communi, ordinem habeat.

Quare huiusmodi animę. Tex. XLVIII.

Definitio nutritiuæ potentiæ.

QVid alimentum, & quotuplex sit expositio, nunc ad potentias transit, vnamque definit: reliquas enim eodem modo definire facile est. Est igitur potentia nutritiua, vis animæ ad conseruandam ipsam viuentis substantiam, vt viuens est:

Definitio augmẽtatiuę.

Augmentatiua verò, est vis animæ ad perficiendam viuentis quatitatem.

Definitio generatiuę.

Generatiua autem, vis ad generandum simile in specie: per distinctionem enim illam alimenti definire potentias facile est: alimẽtum enim est obiectum & præparatio operationis potentiæ, sine quo non est operatio.

Definitio nutritionis, augmentationis, & generationis.

Facile etiam est operationes definire. Nutritio enim est mutatio alimenti in propriam substantiam viuentis. Augmentatio est mutatio alimenti in propriã quãtitatem viuentis. Generatio est productio viuentis ab interno.

Nota.

Dico, Ab interno: quia viuẽs ex se præbet materiam generationis, scilicet semen: at non viuentia, ex materia externa generant. Vide igitur breuiter omnium horum naturas.

Quoniam autẽ sunt tria. Tex. XLIX.

Tria hæc aũt. quod alit, quod alitur, & quo alit.

EXpliçat tandem quot denominationem ab alimento sumãt. Sunt autem tria, quod alitur, quod alit, quo alitur. Quod alit est ipsa vegetatiua anima; hæc enim motus primum principium: quod alitur, est: compositum ipsum viuẽs: quo autem alitur, est alimentum.

Definitio animę vegetatiuę ex fine.

His positis, ipsam animam vegetatiuã definit. Definitionem autem à fine dicit esse sumẽdam: est autem finis generatio. Hæc est enim nobilissima operatio. Est igitur anima vegetatiua principium primum generandi simile viuẽs sibi: at huic est potentia, quæ vegetatiua dicitur.

Est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Est aũt id, quo alitur, duplex. Tex. L.

Duplex ẽ id, quod alitur.

DIstinguit id, quo alitur, esse duplex, sicut duplex contingit esse instrumentum, quo nauta nauim mouet, & manus, & temo. Temo est instrumentum motum: manus verò instrumentum mouens, & motum: ita harum operationum est duplex instrumentum. vnum quod mouet, & mouetur, & hoc est naturalis calor, quo fit concoctio, & digestio alimenti: vnde omnia viuentia calore participant. Alterum est, quod mouetur tantùm, & hoc est alimentum, quod non mouet aliud instrumentum.

Nota circa litera expositionem.

Ita, vt exposuimus, est exponenda litera, hæc, nam Græci legunt, Quod dicitur mouet, mouetur solùm: & sic interpretatur Philopo. & Sanctus Thomas concludit figura, idest, in communi dictum esse de alimẽto: nam exactè de ipso posterius dicetur in particulari consideratione, scilicet libris de generatione animalium.

Nota circa horum ordinem.

Vbi nota, hos libros dici posteriores, ac esse post libros de anima, & hoc docet Philoponus recantans quod dixerat in Prologo. Atque hæc sunt, quæ docet Aristoteles de parte seu anima hac vegetatiua, de obiecto, de operationibus, ac potentijs ipsius.

An potentiæ, & actus per obiecta distinguantur, & definiantur. Quæst. VIII.

CIrca tex. 33. hæc difficultas mouetur, vbi docet Aristoteles esse obiecta priora definitione potentijs, & nos cũ alijs exposuimus, quia potentia per obiecta definiuntur. Videtur autem non ita esse. Primò: Posterius nõ potest esse de definitione prioris, nec ipsũ distinguere: sed actus circa obiectum est posterior potentia: est enim ipsius effectus: ergo non potest distinguere, nec definire potentias.

1. Arg. in parte negatiua.

2. Arg.

Præterea secundò. Quod non est essentia, nec pars essentiæ, non definit, nec distinguit: sed actus, & obiecta sunt extrinseca potentijs, nec sunt potentiarum partes nec ipsarum essentia: ergo non possunt definire, nec distinguere.

1. Arg.

Præterea tertiò. Si obiecta definiunt potentias, etiam distinguunt: quia à quo sumitur definitio, sumitur distinctio, puta, ab vltima differentia. sed probo obiecta non distinguere potentias. Nam vel obiecta debent realiter distingui, vt diuersas potentias faciant, vel non. Sed neutrum dici potest: sunt enim potentiæ distinctæ, & ipsarum obiecta realiter sunt idem, vt Intellectus, & voluntas, illius verum, huius bonum est obiectum: at bonum & verum idem sunt realiter.

Sunt etiam potentiæ, quarum obiecta distinguuntur realiter, vt Visus, & Auditus: illius color, huius sonus est obiectum qui distinguuntur realiter: non ergo videtur necessaria distinctio obiectorũ ad potentias distinguendas, & consequenter potentiæ nec distinguuntur, nec definiuntur per obiecta.

4. Arg.

Præterea quartò. Si potentiæ etiam per actus distinguuntur, maximè per actus contrarios: sed non ita fit, imò ab vna potentia sunt actus contrarij, vt ab Intellectu assensus, & dissensus: à visu, visio albi, & visio nigri: non ergo per actus est distinctio.

5. Arg.

Præterea quintò. Ita se habent duæ potentiæ inter se, scilicet Visus, & Auditus, sicut albedo, & nigredo: sed hæc absolutè, & non per ordinem ad aliud distinguuntur: ergo nec potentiæ.

6. Arg.

Sextum argumentum sit. Non videtur posse assignari ratio, quare vnum genus rerum. v.g. calor, vnã habeat potentiam, & etiam sapor, &c. & multa alia genera rerum, & accidentium non habeant: vt v.g. quantitas, figura, tempus, &c. aut alię occultæ qualitates similiter. Sic etiã ens habeat vnam potentiam, puta, Intellectum, & corpus seu imaginabile, alterã, puta, imaginationem: & alia genera intermedia non habeant, scilicet substantia, animal, vel animarum cum reliquis. Hæc sunt argumenta, quæ videntur rem dubiam facere.

Cõsensus omnium Philosophorum duobus.

In hac re est Philosophorum consensus circa duo, in vno autem discordia est. Cõueniunt primò omnes, & definiuntur potentiæ per actus, & obiecta, tanquam per notiora nobis, & ista sunt distinctiua potentiarũ secundùm nos. Conueniũt secundò, & etiam definiuntur per ista tanquam per priora natura, & sunt distincti ua priora sed in genere causę finalis: sunt enim potentiarũ actus, & obiecta, fines: & hoc docet Philoponus, & alij hoc tex. 33.

In quo consistat controuersia & difficultas.

At difficultas in hoc est, an obiecta, & actus aliquo modo ad formam & causam intrinsecam potentiarum spectent, non quòd ipsi actus & obiecta sint formæ potentiarum internæ: certum enim est non esse. sed habitudo quædam ad obiecta, & actus, ita, vt potentia in sua essentia dicat habitudinem ad obiectum, & actum, illaque differentia, quæ varia est pro diuersitate obiectorum. Hæc igitur est controuersia.

1. Opi. est Scoti. & ea. se ipsis distingui.

Duæ sunt opiniones in hoc. Prima est Scoti. 2. Sententiarum d. 16. quæst. vnica: quam sequitur Herue. quodlib. 1. q. 12. & Iandu. hoc lib. q. 8. & Caiet. Thien. Hi vigentur dicere quòd potentię seipsis distinguuntur, & absolutè, nõ autem per actus, & obiecta, nisi extrinsecè, & quo ad nos, & naturam, sed in genere solius causæ finalis. Vnde si essentia potentiæ in se consideratur, nullo modo obiectum apparet.

2. Opinio S. Th. &c. distingui per habitudinem ad obiecta.

Altera opinio est S. Thom in præsenti quam multi sequũtur, quòd actus & obiecta sunt quodãmodo forma potentiarum, quatenus ab ipsis forma potentiarum sumitur. Nam constituitur potentia in sua essentia completa per habitudinem ad obiecta, & sic obiecta sunt de essentia ipsarum quodammodo tanquam terminan tia, & complentia essentias. Non enim differentia potentiarum absque obiecto consistit. Hæ sunt opiniones in hoc.

1. Fundã. Aliæ potẽtiæ aliæ sunt actiuæ aliæ passiuæ.

Pro huius quæstionis dissolutione sit primum fundamentum. Animæ potentię se habẽt in duplici differentia. Quędam sunt passiuæ à suis obiectis, ita, vt obiecta sint, vt causa effectiua operationum potẽtiatum, quales sunt potentiæ sensitiuæ: hę operantur obiectis agentibus in ipsas, & in primentibus suas similitudines.

Quo dẽ niuntur obiecta.

Quędam aliæ sunt actiuę: agunt enim in sua obiecta, quales sunt vegetatiuæ: hæ enim in alimentum agunt.

Vnde fit, quòd in genere causæ efficientis, tion omnis potentia, & actus per obiectum definiatur: at in genere causæ finalis omnis definitur, quia in omni potentia & actu obiectum est velut finis: & in hac doctrina omnes conueniunt.

2. Fundã. Obiectum potentiæ triplex est scilicet.

Sit alterum fundamentum. Obiectum potentiæ potest esse triplex. Vnum per se primò: alterum per se, alterum autem per accidens: Per se primò illud est, quod primò terminat actum potentiæ, ita, vt talis, non ordinetur in aliquod nisi ratione illius: quomodo sapor est obiectum per se primò gustus. nihil.n. gustu percipitur, quod saporem non participet, & eatenus percipitur quia sapor est. Per se, illud est, quod potentiã quidem terminat, sed non semper, nec ob id, quia tale est, percipitur: vt albedo est obiectũ per se visus, sed non primò; quia quamuis albedo à visu comprehendatur, non tamen, quia albedo est, ad visum pertinet, sed quia color. Per accidẽs est, quod à potẽtia non comprehenditur, sed eatenus cõprehendi denominatur quatenus cõiunctum est cum est cum obiecto per se, quo pacto dulce dicitur videri, sed per accidens, quia albũ dulce est. Primum obiectum horum dici solet formale, reliqua materialia, quamuis minus secundùm, quàm tertium.

Nota de obiecto materiali & formali.

Notandum est insuper, formale obiectum esse duplex. Alterum ipsius rei in se, quod reale vocari solet, seu obiectum qd, hoc est illud ipsum commune genus rei, quod primò terminat potentiam, vt diximus, quodque æquale est ipsi potentię: vt v.g. color ipsius visus, sapor gustus, sonus ipsius auditus, &c. Alterum est formale obiectum, quod dicitur obiectũ sub quo, seu obiectum, quo. Dicitur aũt obiectum sub quo: quia sub ea ratione tendit potentia ad obiectum ipsum reale: & hoc sumitur respectu potentiæ. v.g. visibile in colore, gustabile in sapore, audibile in sono. Nã citur aũt hæc ratio formalis sub qua, ex prima altera rei: nã quia color est, ideo est visibilis, & quia sapor, ideo est gustabilis, & sic de alijs.

3. Fundã. Quæ colligantur à posteriori, quot sint potentiæ, & sit obiectũ forma le potentiarum.

Tertium fundamentum valdè notandum. Quæ & quot sint potentiæ, & quod sit cuiusque obiectum formale, colligitur à posteriori ex actibus, & obiecto materiali hoc modo; non quidem ita, vt nõnulli decepti putarunt, vt quot sint actus, tot sint potentiæ, vel quot sint in mũdo obiecta formalia tot sint potentiæ, vel quot

Universidad de Deusto
Biblioteca

actus, tot obiecta, vel contra. nã hoc perspicuè falsum est, vt probant argumẽta, & experientia constat: sed colliguntur, et collecti sunt à Philosophis hoc modo: quoties videmus, si priuet quis vno actu ex aliquo impedimẽto, vel morbo, quòd priuetur etiam omnibus, & si potest vnũ exercere, possit omnes: tunc dicimus omnes illos actus ad vnam & eandem potentiam spectare. Contra verò, si quis priuetur vno actu, non tamẽ priuetur aliis, sed potest alios exercere, & similiter si potest vnum, tamen non potest exercere alium, tunc dicimus, & colligimus meritò diuersas esse potentias.

Exemplo declarat, seu inductione in oibus potentiis, & earum actibus.

V.g. video, quòd quicunq; potest velle, potest & nolle, & odire, & amare, & eligere, & cæteros voluntatis exercere actus, vt homo rationis compos: Et contra, qui non potest velle, nec nolle potest nec eligere &c. vt amentes vel rationis expertes, &c. Tunc infero; ergo vna est potentia voluntatis, & non plures, quæ omnes illos potest actus. Sic etiam in Intellectu: video quod quicunq; potest ratiocinari, potest contemplari, meditari, iudicare, deliberare, &c. Et cõtrà, qui nõ potest vnũ, vt phreneticus, vel dormiens vt bruta, non potest omnes. Infero ergo, omnes illos actus ad vnam & eandẽ potentiam pertinere, videlicet Intellectus.

Sic etiam in vegetatiuis, quia potest aliquis habere actum nutriendi, & non augendi, vt in senibus, & vtrunque posset quis habere, sed nõ posset generare, vitali priuati sint & careãt, hinc colligimus à posteriori diuersas has esse potentias, nutritiuam, vegetatiuam: generatiuam. Vnde etiam meritò Galenus, & alij Medici etiam nutritiuam distinxerunt in plures. s. expulsiuam, attractiuam, concoctricem seu conuersiuam; quia videbant sæpe in infirmis alterum ab altero separari, ita aliquem benè concoquere & male expellere, benè expellere, malè attrahere, vel concoquere &c.

Idẽ ostenditur in obiectis potentiarum.

Et simili modo etiã in obiectis. Si quis cum priuatur actu erga vnum obiectũ, priuetur etiam actibus erga alia obiecta & si potest in vnum obiectũ, possit etiã in alia, tunc dicimus, & colligimus rectè à posteriori, oĩa illa obiecta ad eãdẽ potentiam spectare, & in quadam rõne communi omnia conuenire, quę respondent suæ potentiæ ex æquo; quod vocamus obiectum primum formale. Et contrà, cùm priuatus aliquis actu erga vnũ aliquod obiectum, non priuatur actu erga alia quoque obiecta: & cùm possit in vnum, nõ possit in alia; tunc meritò colligimus, erga illa obiecta diuersas esse potentias.

Exemplo seu inductione declaratur.

V.g. cùm quis videt albedinẽ, experimur quòd potest videre nigredinem & rubedinem, & omnes alios colores: & si non potest videre albedinem, non potest etiam alios videre: hinc dicimus vnã eandemque esse visiuam potentiam, & non multas, & omnia illa obiecta conuenire in vnam primam rationem æqualem ip si visiuæ potentiæ, videlicet, colorem.

Et similis ratio est de imaginatione, & sensu communi, & Intellectu, & cæteris potẽtiis a posteriori. Nam qui potest imaginari circa vnam rem apprehensam, potest circa quamcunq; imaginabilem: & qui potest ratiocinari circa vnã rem, potest etiam circa aliam quamcũque. Vnde obiectum Intellectus dicimus esse omne ens, & imaginationis imaginabile seu corporeum, & ita in omnibus aliis potentiis contingit.

1. Concl.

His suppositis sit prima conclusio. Potentiæ animæ distinguuntur, & definiuntur per actus & obiecta, à priori in genere causæ finalis. In hac nulla est controuersia, vt dictum est.

2. Concl.

Secunda conclusio. Potentiæ intrinsecè, & essentialiter habent ordinem, & habitudinem ad actus, & obiecta. Hæc est, secundũ S. Tho. contra alios. Volo dicere, quòd accidens non constituitur essentialiter in genere potẽtiæ, nisi per habitudinẽ ad operationem, & ad obiectum.

Nota.

Est autem considerandum, duplicem intelligere nos posse habitudinem; Vnã, quæ sit ipsa relatio, & ipse ordo actualis seu potentialis potentiæ ad obiectũ, atque hic non est, nec esse potest de essentia potentiæ, vt quidã putarunt sic interpretantes opinionem D. Thomæ; sed est relatio extra eius essentiam, cuius fundamentũ est potentia, & terminus obiectũ est; ipsa media inter vtrumq; terminũ. Altero modo intelligimus habitudinem essentialem ipsius potentiæ. i. primum principium in ipsa potentia vnde nascitur illa talis extrinseca habitudo, illa relatio, & ordo: illa, inquam, est ipsa potentiæ essentialis differentia per quam & cõstituitur, & ab aliis differt. Et in hoc sensu est accipienda conclusio.

3. Ratio.

Hoc ergo iam probo. Per id constituitur essentialiter aliquid, per quod essentialiter differt ab alio: sed potentia essentialiter differt ab aliis generibus eiusdẽ prædicamenti per talem habitudinem: ergo essentialiter claudit illam. Discursus est notus, sed probatur minor: maior enim est indubitata, nam potentia, quæ est secundum genus qualitatis, non in alio differt à reliquis generibus, nisi q̃ est principium immediatum operandi.

1. Ratio.

Nec profectò quis potest excogitare, quid potentia sit, quin habitudo ad operandum intelligatur: & Arist. 5. Metaph. c. 12. potentia definiens actuam, & passiuam, non aliter, quàm per operationem obiectum definit. Et hoc est argumentũ secundùm: Si enim Intellectus non aliter concipit quod est ipsius potentię, nisi simul percepta ad operationem, & obiectum habitudine: profectò ea ad ipsius spectat essentiam.

3. Concl.

Tertia conclusio. Distinctio obiectorum formalium & primorum per se, est quæ distinguit potentias. Vnde quamuis multa sint obiecta per se, & per accidẽs in vna potentia, non ob id est multiplicanda, sed respicere oportet obiectũ formale: & patet, vt in secundo fundamento declaratum est.

4. Concl.

Quarta conclusio. Actus diuersificant potentias, non quicunq;, sed qui sunt circa obiecta etiam formalia, & prima diuersa. Atque hæ duæ notæ sunt ex fundamento, nec in eis est controuersia.

5. Concl.

Quinta cõclusio. A posteriori cognoscimus illa omnia, videlicet, an omnes, an aliqui actus: item an vnũ, vel multa obiecta ad vnam vel ad plures spectent potentias: & ex cõsequenti, quod sit obiectum formale cuiusq; potentiæ colligimus, & quis earum numerus, ac distinctio. Quæ conclusio ex tertio fundamento satis probata relinquitur: superior etenim distinctio sumpta est à priori, sufficiatq; in præsenti ista resolutio breuis. Vide Auic. lib. 6. naturalium cap. 4.

Ad 1.

Supereſt, vt respondeamus ad argumenta proposita. Ad primũ dico primò, q̃ quamuis actus sit posterior potentia in executione, tamen in intentione prior est; est enim cã finalis: similiter & obiectum. Dico secundò, q̃ nos non dicimus actũ & obiectum esse essentiam potẽtię, nec differentiam; sed quod ab his sumitẽ differentia potentiæ: est enim habitudo quædam ad actum & obiectũ, nec habitudo, quæ est accidẽtalis relatio, sed principium illius habitudinis, quę rectè ideo vocatur essentialis habitudo.

Ad 2.

Ad secundum ex hoc eadem solutio patet.

Ad 3.

Ad tertium dico, quòd distinctio formalis obiectorum ad sensum expositorũ diuersas facit potentias, siue obiecta distinguantur realiter, siue non. talis enim distinctio seu identitas nihil facit ad rẽ: sed formalis, quæ includit, & realiter distincta, & realiter eadem.

Ad 4.

Ad quartũ respondeo, quòd actus contrarii non multiplicant potentias, imò vnam esse indicant: nam cõtraria ad idẽ genus pertinent; ab eademq; potẽtia visio albi, & visio nigri procedit.

Reprehẽsio Lancelotti.

Nec mihi placet Iandunus, & meritò est reprehendendus, qui dicit posse sustineri esse plures potentias visiuas specie, secundùm pluralitatem contrariorum obiectorum. Hoc mihi videtur non posse sustineri ī Philosophia: oportebat enim eadem ratione multiplicare Intellectus, & voluntates, & sensus communes: quæ omnia absurda sunt. Vna enim est potentia, quæ contraria percipit, cùm sub vna formali, & prima ratione conueniant. Quòd si albedo, & nigredo in genere naturæ, vt res quædam, & accidentia sunt, distinguantur formaliter, & specie, in ratione tamẽ obiecti primi formaliter, nõ distinguuntur, nec potentiã multiplicãt.

Ad 5. Nota.

Ad quintum respondetur ex doctrina S. Tho. esse quædam accidẽtia absoluta; quæ in sui natura nullum ordinem ad extrinsecũ habent, præter subiectũ: & hęc non definiuntur per aliud extra se. Sunt quædam alia, quæ quãuis absoluta sint, aliquem tamen ordinem includunt ad extrinsecũ: cuius generis sunt potentiæ, actus, & habitus, & scientiæ: & hæc absq; extrinseco definiri, & distingui nõ possunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt non ꝙ illi respectus, aut res extrinsecæ de earum sint essentia, sed (vt diximus) principiũ essentiale illorũ respecti uũ, quod quidẽ eodem vocatur nomine: nec ob id sunt relatiua. Non enim sunt il li respectus, nisi forte vocares illud relationis principium relatiuũ essentiale, qa talis habitudinis sit principium. Neque enim placet alia solutio, quæ dari solet, potentiam esse quid compositum ex absoluto, & respectiuo.

Per hæc patet solutio ad argumentũ. Alia enim ratio est de albedine, & nigredine, quæ priori modo se habent: alia de potentiis, & habitibus.

Ad 6.

Ad sextum ex secundo, & tertio fundamento patet responsio: nam à posteriori cognoscimus, ꝙ sit obiectum formale, cuius sit potentiæ, & quatenus se extẽdat illa potẽtia, & an vna, vel plures sint modo illic dicto. A priori autem, causa est ipsa talis natura obiecti, & potẽtiæ, & ipsa animæ essentia talis, quæ has, vel illas requirit potentias ad sui vel vtilitatẽ vel necessitatem, quæ circa hæc vel illa agãt obiecta. Ex quibus argumenta soluta manent. Non nego oppositam sententiã esse probabilem, imo ab hac opinione D. Thomæ sic intellecta, vt posuimus, non multum differt.

An potentiæ animæ realiter inter se, & ab anima distinguantur. Quæst. IX.

Tria in hac qõne tractanda de subiecto potentiarum, de distinctione earũ, & causa.

RES difficultates concurrunt in præsenti: quas vnica disputatione discutiemus, eo ꝙ inter se multum connexæ sunt. Prima est de subiecto proximo, & immediato potentiarum animæ, an in aĩa, an in coniuncto sint immediatè. Altera est an ab eo, in quo sunt, distinguantur realiter, sicut albedo, & dulcedo in lacte. Tertia est, cum hę potentię ab anima sint, in quo genere causæ se habeat anima respẽctu ipsarum.

Nota.

Aduerte autem, ꝙ vocamus potentiã, vim & facultatem, quæ est proximum & immediatum principium operandi, siue agendi, siue patiendi.

Sunt autem argumenta, quibus proba ri videtur, potentias animæ nõ esse accidẽtia distincta, sed potius ipsammet animam, hæc. Primũ. Simplicior est, & nobilior forma substantialis quàm accidentalis: at accidentalis per se ipsam operatur absque vlla superaddita potentia: ergo & substantialis: erit igitur anima ipsa potentia: Maior nota est: quia substantialis forma non intenditur sicut accidẽtalis. Præterea, substãtia est: est ergo simplicior, & nobilior. Minor patet: nam calor & reliquæ qualitatẽs per se operant, non autem per potentias superadditas.

1. Argum. ꝙ potentiæ non distinguũtur ab anima.

Probatur secundo. Forma nobilior est quàm materia: sed potentia materiæ realiter est idem cum ipsa materia, quæ ꝙ se immediatè operatur, recipitq; formã: ergo & forma per se ipsam operatur: & sic est ipsa potentia.

2. Arg.

Præterea tertiò. Potentia est primum principium operandi: at aĩa, vt ex definitione posteriori patet, est principiũ primum, & per se operandi: ergo ipsa est sua potentia; aliter enim per aliud operaretur, & non secundum se.

3. Arg.

Præterea quartò. Potentia recipit cõtraria, puta, actus, & habitus contrarios: sed hoc proprium est substantiæ: ergo potentia substantia est, non alia q̃ anima vel subiectum ipsum compositum.

4. Arg.

Præterea quintò. Animæ tribuendum est, quod perfectius est in viuente: sed pfectius est, ꝙ per se ipsam operetur, quã per aliud superadditum accidens: ergo est immediatum suarum operationum principium: & sic ipsa est sua potentia.

5. Arg.

Præterea sextò. Non est maior distinctio ponenda in potentiis, quàm in obiectis, cum per obiecta distinguantur, sed obiecta aliquando sint idẽ realiter, vt patet de Vero quod est Intellectus, & de Bono, quod est Voluntatis obiectum, quæ realiter sunt idem: ergo & ipsa voluntas & Intellectus idẽ sunt inter se, similiter cum anima: quia qualiter inter se, ita à subiecto distingui videntur.

6. Arg. ꝙ non distinguantur potentiæ inter se.

Præterea septimò. Propriũ est in eo, cui proprium est; sed potentiæ sunt animæ propriæ passiones: ergo videntur esse immediatè in anima & non in coniuncto. Hæc sunt præcipua argumenta, quæ difficultatem pariant.

7. Arg. ꝙ potentiæ sint in anima, & nõ in toto compo sito.

Est

1. Opi. ꝙ oẽs potẽtiæ sint i aĩa, vt in subiecto, & sine realiter distinctæ inter se, & à subiecto.

Est autem diligenter aduertendum, quinque esse opiniones in hac re. Prima est quorundam, qui asserunt duo. Alterum est, omnes potentias animę esse immediatè in anima, vt in subiecto. vnde iuxta horum sententiam tam Intellectus, quàm omnes aliæ sensitiuæ potentiæ vegetatiuæ, & motiuæ sunt in nuda anima. Hoc tenent Iandun. q. 7. & 10. & Apollina. q. 7.

Alterum est, quòd sunt realiter distinctæ, & inter se & cum subiecto: sicut albedo, & dulcedo, & odor in lacte: & hoc tenent præfati Doctores, Iandu. autem q. 9.

2. Opinio distingui oẽs realiter esse tamen oẽs potentias in alia particulares i toto eo posito, vt in subiecto.

Secuda opinio est Pauli Veneti in summa cap. 4. qui conuenit cum prædictis in eo, quòd potentiæ distinguantur realiter, tamen differt in subiecto. Dicit enim, ꝙ potentiæ communes, quales illæ quinq; sensitiuum, scilicet vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, loco motiuum, & Intellectiuũ, quę dicuntur communes, quia genere differũt, sunt immediatè in anima ipsa: at particulares, ideſt quinque sensus exteriores, & interiores sunt immediatè in particulo, gustus in lingua: & sic de alijs.

3. Opi. ꝙ nõ distinguũtur ab aĩa nec inter se realiter, sed solum ratione.

Tertia sententia est aliorum, qui non ponunt potentias distingui ab anima, sed ipsammet esse potentiam dicunt, & immediatè intelligere, appetere, videre, nutrire, & reliqua. vnaque anima propter na, ipsa enim est sensus, & Intellectus, & voluntas, & reliqua. Hoc tenet Gregor. 2. sen. d. 16. q. 3. & Marsil. 1. sent. q. 7. art. 7. & est ferè Nominalium.

4. Opinio distingui tantũ inter se, & ab aĩa, & à subiecto formaliter, essa autẽ solũ Intellectũ, & voluntatem in aĩa, sed quas in toto compo sito.

Quarta sententia est Scoti, qui tenet potentias formaliter solùm distingui, & inter se, & ab anima, & à subiecto, esse tamẽ idem realiter cum subiecto. Hoc tenet secundo Sent. d. 16. q. vnic. Tenet tamen quòd non sunt omnes in anima, sed Intellectus, & voluntas: reliquæ tamen in coniuncto, vt Visus in oculo, qui compositum est quoddam, & gustus in lingua, licẽt non realiter distinguantur à coniuncto. Hoc tenet 4. Sen. d. 45. q. 3.

5. Opinio distingui oẽs realiter à sub-

Quinta sententia, & vltima aliorum est, qui potentias realiter distingui dicunt, & inter se, & à subiecto: nec tamen omnes esse immediatè in anima, sed solũ Intellectum & voluntatem, reliquas omnes in coniuncto: & hoc tenet S. Tho. 1. p. q. 77. ar. & 5. & 8. Aegid. quodl. 3. q. 10. Herue. quodlib. 1. quæst. 9. & alij multi. item Philop. tex. 52. sensitiuam in coniuncto ponit. iecto. & ĩ tet se: sed Intellectũ, & voluntatem esse immediatè ĩ aĩa, aliis ĩ toto cõposito

In quibꝰ hę opiniones cõueniant, & in quibus differant.

Hæ sunt sententiæ doctissimorum hominum. Vnde si distinctio consideretur, conueniunt tres sententiæ. Prima, secunda, & vltima, quòd realiter distinguũtur; aliæ duæ, quòd sint idem realiter. De subiecto autem, tres primæ dicunt esse animam: duæ vltimæ, quarundam animam, quarundam coniunctum, vt dictum est.

1. Concl. Potentiæ distinguũtur realiter inter se ab aĩa, seu subiecto.

Igitur proponendæ iam erunt aliquot conclusiones, quarum prima sit. Potentię animæ & inter se, & ab anima seu subiecto realiter distinguuntur. Hæc argumentis quibusdam probabilibus solet probari, quæ mihi tamen videntur solui posse: ideo adducam ea primò, ac soluam, postea alias duas puto probabiliores. adferam rationes.

Quædã rationes ꝓbabiles, q̃ tamen nõ omnino concludere videntur.

S. Tho. 1. p. q. 77. ar. 1. duas ponit rationes, quibus distingui potentias realiter à subiecto, probat. Prior est: Actus, & potentia sunt in eodem genere, vt habetur 9. Metaphysic. text. 1. & 12. Metaphysic. tex. 26. cùm igitur operatio, quæ est actus, sit accidens: potentia etiam erit accidens, & sic non erit ipsa anima, vel subiectum.

Soluitur hæc ro. 1.

Hæc ratio primò (vt videtur) non concludit quicquam: nam si aliquid necessariò concluderet, oportebat dicere, quòd potentia sit in genere actionis, vel passionis, vbi est operatio; quod tamen falsum est, cùm potentia sit in qualitate: non ergo sunt in eodem genere. Diuersa enim prædicamenta nullo modo ad idem pertinent genus, cùm sint primò diuersa.

2. Nota sensum loco tũ Aristo.

Præterea, vt mihi videtur, alius est sensus, quem Aristoteles intendit in 12. Metaph. Pro quo nota, quòd aliud est dicere, potentiam; aliud, quod est in potentia, aliud actũ, aliud quod est actu. Potentia quidẽ est vis, & facultas subiecti, ach s est forma: & hoc modo potentia, & actus non sunt eiusdem prædicamenti, quãuis potentia sit in vnoquoque prædicamento: sed talis potentia non constituitur in illo, vt species, sed vt principium: nam in alio prædicamento est, vt v. g. potẽtia ad quantitatem, est principium quantitatis,

& sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sic dicitur, quòd potentia reperitur in genere quantitatis: sed non dicitur, quòd ipsa sit quantitas: potest enim esse substãtia; & hoc est, quod dicitur 9. Metaph.

Si verò dicatur, quòd potẽtia, tunc significat ipsum compositum, ita, vt non diuersæ res, sed idem quod est actu, fuit prius in potentia: & hoc modo quod est potentia & actu, idem sunt, & in eodem prædicamento: & hoc, vt arbitror, dicit illo loco 12. Metaph. & vt apparet, posset colligi ex ipsis verbis, inquit enim: Homo, caro, vinum, quæ fuerunt potentia, sunt modò eadem actu. Vide quomodo si ita est, ex illis locis Aristo non necessariò colligeretur: circa potentiam, & facultatem operandi, quòd sit accidẽs vel substantia cum actu. & sic argumentum non necessariò probaret, quamuis si in sensu D. Thomæ, qui satis est probabilis, accipiatur, necessariò probaret.

2. Ratio. Alterum probabile argumẽtum facit S. Tho. ibidẽ. Si anima per se ipsam operatur: ergo semper operatur: consequens est falsum, vt notũ est: ergo & antecedẽs. Sequela patet: nam anima semper dat esse, dum est in corpore, quia p seipsam dat esse: semper ergo operabitur, si per se ipsam dat operari: non ergo per se, sed per potentiam superadditam operatur.

Soluitur 2. Ratio. Hoc etiam solui potest. Si enim in eodem genere causæ, vtrunq; faceret, vtiq; probaret: sed non ita fit: respectu enim ipsius esse, est causa formalis: ob id ipsa dũ est in materia, semper dat esse: at quia respectu operationis est causa efficiens, nõ semper dat operationem: quia causa efficiens, non semper dum est, operatur: pẽdet enim à materia. Similiter anima ab obiecto, quod multis modis impeditur, ob id non semper operatur: sicut calor subiecto dat semper esse calidum, quia respectu esse, causa formalis est, sed non semper dat calefacere.

3. Præterea probarem ego illo argumento adhuc, quòd saltem ipsa potentia semper operaretur, cum per se ipsam suamque substantiam operetur: quod tamẽ est falsum.

3. Ratio. Aegidius loco allegato facit hoc argumentum: Accidens variabile, non potest inesse immediatè substãtiæ inuariabili, nisi per aliquod medium inuariabile: sed operatio est variabilis, modò enim est, modò non est: anima est inuariabilis: ergo operatio inerit animæ per accidens aliud permanens, scilicet per potentiam.

Soluitur 3. Ratio. Hoc argumentum non probat: non enim probat maiorem. Vnde, qua facilitate affirmatur, eadem reijcitur.

Imò ex ipsa sequit, quòd adhuc oportebat fingere aliud accidẽs medium, per quod operatio inesset potentiæ, quę etiã inuariabilis est.

Alii faciunt argumentum. Ita se habet principium essendi ad esse, sicut principiũ operandi ad operandũ: ergo ita se habent principia essendi & operandi inter se, sicut operari, & esse inter se: sed esse & operari realiter distinguuntur: ergo principium essendi, quod est forma, & principium operandi, quod est potentia, realiter distinguuntur.

Soluitur 4. Ratio. Argumentum hoc fallax est: nam in actibus non subordinatis inuicem valet argumẽtum. V.g. esse album, & dulce, distinguuntur: ergo & albedo, & dulcedo: in subordinatis verò quorum vnus est ex alio, nõ valet. V.g. non valet esse album & esse disgregatiuum visus, sunt diuersa ergo principium vnius, & alterius. Similiter non valet, calefacere, & liquefacere sunt diuersa: ergo & principia. Vnum enim est vtriusque principium, quia illi ordinati & consequentes sunt. Ita de esse, & operari, sunt enim ordinati, post esse, est operari, & ab vtroq; est: huiusmodi igitur argumenta parum concludũt quicquid velint aliqui.

Rationes aliorum quas videmus potentias res, & magnitudines esse. Alijs ergo iam argumentis probabilioribus probo conclusionem eandem, scilicet potẽtias realiter distingui, & inter se, & à subiecto. Sitq; primum ab authoritate Aristotelis: arbitror enim certissime quòd Aristoteles huius fuit sententiæ, nam 1. animæ tex. 90. & sequentibus vnã animã secundùm substantiã in vno ponit: potentias autem multiplicat. 1. Authoritate Arist. 1.

Præterea secundo de aĩa, cap. 3. de potentiis dubitat, an sint simul subiecto, an diuersa sint subiecto, & determinat; quæ omnia supponunt esse potentias diuersas realiter, & inter se, & ab anima. Præterea 3. de anima, cap. 4. sensum valde ab Intellectu differre docet, ac Intellectum immissum, & nõ organicũ vocat. Præterea 3.

4.

rea in Ethicis, variis potentiis varios habitus applicat: quæ omnia indicãt diuersas virtutes, & potentias realiter.

1. Ratio. Probatur secundò ratione. Ab vno, vt vnum est, non possunt immediate plura procedere: at ab anima vna, & simplici procedunt multæ operationes genere diuersæ: ergo aliqua pluralitas in ea est cõstituenda realis, & hæc erit potentiarum: varijs enim facultatibus & viribus vnũ plura operari potest.

Obiectio. Nec obstat Scoti instantia: dicit enim ipse argumẽtum esse nullum; quia quomodo potentiæ ipsæ plures fuerunt ab anima immediatè, ita potuerũt esse operationes.

Solutio. Hoc tamen non est simile: nam anima non est causa efficiens suarum potẽtiarum, sed subiectiua: at operationum est causa efficiens: ideo nõ repugnat plura immediate subiectari in vno. At proijci diuersa ab vno immediatè, hoc non fit nisi secundùm varias virtutes: quòd si ex nulla varietate actionum licet virtutum multitudinẽ colligere & distinctionem, profectò nullum esset argumẽtum ad probandum in igne esse siccitatẽ distinctam à calore: posset enim quis dicere, q̃ calor idem exsiccat, & calefacit.

3. Ratio. Probatur tertiò. In elementis, quæ maximè actiua corpora sunt, ponũtur virtutes distinctæ ad operandum, calor, & siccitas in igne, aliæque virtutes in alijs: ergo pari ratione in anima ad suas operationes, ponendæ sunt virtutes distinctæ ab ipsa, licèt non percipiantur sensu.

4. Ratio. Præterea quartò: quia multa enunciamus de potentijs quæ saluari non possunt, nisi facta distinctione reali inter se, & à subiecto earum. Dicimus enim in vno animam esse vnam, potentias multas; plura esse genera animarum, quàm potentiarum; Intellectum esse nobiliorem potentiã alijs, & nõ esse potentiã organicam; sensus exteriores esse quinque, distingui subiecto, & alia multa, quæ nõ possunt dici, nisi esset distinctio realis.

5. Ratio. Præterea. Potentia est accidens, & absolutum accidens: anima substantia: non ergo idem re esse videntur.

6. Ratio. Præterea sextò, De quibusdam potentijs omnino negari non potest, quin realiter differant; nam potest vna separari ab altera, & esse sine altera, & contrà: vt visus sine auditu, & auditus sine visu; & ita in multis aliis, in quibus omnibus necesse est cõfiteri illa differre realiter. Nõ est enim alia certior regula ad distinctionem realem cognoscendam, quàm quòd vnum possit manere sine altero, & cõtra, alterum sine altero.

7. Ratio. Septima ratio, & postrema. Substãtia non est per se immediatè operatiua, vt videmus experientia. Nã ignis non agit, nisi per calorẽ, & siccitatem: & aqua per frigiditatem: & si his instrumẽtis accidẽtium carerent, nec ignis calefaceret, nec aqua frigefaceret. Ergo cùm anima sit substantia, non poterit agere immediatè, sed per aliquod instrumentum accidentale quod vocamus potentiam.

1. Concl. Intellectus & voluntas sũt in aĩa alię potentię in toto cõposito. Sit secunda conclusio. Potentię sensitiuæ, & vegetatiuæ, & appetitiuæ in coniuncto sunt: Intellectus, verò & Voluntas in sola anima immediate inhærent.

Pria pars est nota. secunda, probanda est. Hæc conclusio, quantum ad posteriorem partẽ de Intellectu & Voluntate nulli dubia est: in priori autem parte est tota controuersia. Nos enim nõ in sola materia, nec in ipsa anima ponimus immediate illas potentias, sed in coniuncto, vt visus in oculo est compositio ex aĩa, & parte corporis; appetitus in corde: sensus interiores in cerebro: de quibus omnibus posterius dicemus.

1. Auctoritate Arist. Probatur conclusio. Primo authoritate Arist. Est autem testimonium expressum, & notandum lib. de somno, & vig. c. 1. vbi dicit, q̃ sentire non est corporis nec animæ, sed cõiuncto. Et probat; qa cuius est potentia, ipsius est actus: sed potentia est coniuncti: ergo & actus. Quid clarius dici potest? Quòd si sensus est cõiuncti, multo magis aliæ dictæ, quæ materialiores sunt.

2. Præterea, 1. de anima tex. 66. dicit, cogitare, amare, odisse, & reliqua esse totius coniuncti: atque ideo non manent in anima separata.

2. Ratio. Probatur secundo ratione: Potẽtiæ visiua est in anima: ergo visio esset in anima: quia vbi est potentia, ibi est actus, cũ immanens est. Et hoc etiam qui contrariæ sunt opinionis, concedunt: sed ex hoc infero, quòd anima bruti esset immortalis; quòd probo argumento ad hominem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

minem. Nã anima intellectiua, ideo immortalis ponitur, quia in se habet potentiam & in se operatur & intelligit.

Relichus solutio, quæ tollet.

Si dicas, quòd visio pendet ab oculo; Non obstat: nam etiam Intellectus pendet ab imaginatiua: sed quia non pendet vt ab organo, & subiecto, non ob id mortalis est.

1.

2. Nec video profectò quomodo visio, & visus dicerentur organica, si non sunt in coniuncto.

3. Nec vero vlla dependentia videretur maior in visione, quàm in intellectione. quod autem dr de visione, dici oporteret de alijs. Cùm igitur animæ sentitiuæ, & vegetatiuę inseparabiles sint, profectò nec potentiæ: nec operationes in ipsa sunt, sed in coniuncto.

3. Ratio. Probatur tertiò: Si visio in sola est anima: peto de specie visibili, per quã fit visio, vel recipitur in corpore, vel in sola anima. Non in corpore, quia ibi est species, vbi est potentia visiua, cum species sua receptione visionẽ faciat. Si ergo in aia sola; ergo species visibilis est indiuisibilis: & immaterialis sicut & anima; non ergo repræsentat singulare quãtum: imò nec potest produci in ipsa anima, nisi ponatur sensus agens, sicut ponitur intellectus agens: quia species debent esse immateriales.

4. Ratio. Præterea quarto. Si in anima est potẽtia visiua, peto de anima bruti: illa potentia vel est in particula illa aiæ, quæ correspondet oculo; vel est in tota anima, quæ est in toto corpore, cũ diuisibilis sit. Et quamuis Apolli. vtrunque concedat probabiliter, neutrum potest esse. Nõ quidẽ in parte: quia anima omnes partes habet eiusdem rationis secundum se: non ergo in vna parte habet potentiam, in altera non. Non enim dici potest, ꝙ potentia talis fiat a materia oculi: quia anima secundum ipsius sola habet talem potentiam, nec recipit a materia talem potentiã in vllo genere causæ.

Si dicat esse in tota; profecto vanũ est dicere, visum esse in pede; non enim potentia est, nisi vbi est organum conueniens operationi ipsius.

5. Concl. Potentiã motiuam esse i aia

Tertia sit conclusio, quæ mihi est probabilis, potentiam motiuam esse in sola aia. Aduerte igitur, ꝙ anima mouet corpus totum animalium, sed non oẽs partes eodem modo, sed immediate neruos, & per neruos alias partes. Dico ergo, ꝙ anima habet potentiam in se, qua mouet neruum, & per hunc, vt instrumentũ, mouet partẽ. Nec mihi videtur esse alia potẽtia distincta in neruo, per quam mouet: sed mouet, vt instrumentum motum ab anima.

immediate est probabile. Explicatur conclusio.

Hoc mihi persuadeo, primo propter animam rationalem, quę nõ posset separata moueri per se, nisi in se habuisset virtutem mouendi: nam si in neruo esset, vtique destrueretur, sicut & sensus.

1. Ratio.

Præterea secũdò: quia cùm anima sit, quę primo mouet neruum, & nõ totus se totum, animæ erit potentia: quia illius est potentia, quod primo operatur, & immediate. Et puto esse hoc validum argumentum, si intelligatur.

2. Ratio.

Quarta conclusio. Anima seu coniunctum non solum est causa materialis, & subiectiua suarum potentiarum, sed etiã quasi efficiens: & quasi formalis: Est contra Iandu. q. 9. qui solam materialem causam ponit animam.

4. Concl. Aia seu compositum non solum est cã subiectiua, vt materialis potentiarũ illã & quasi efficiens, & formalis.

Explico. Anima non est causa efficiẽs potentiarum, quasi per actionem aliquã ea producat: sed est sicut subiectũ respectu propriæ passionis: habet enim hoc, quòd agens producens subiectum determinatur quodammodo, vt secundùm subiectum tales producat passiones, ac idcirco passiones dicũtur fluere à subiecto: est enim quædam necessaria dependentia, & ordo. Ita ergo potentiæ se habent ad aiam, vel ad coniunctum, ideoq mettò dicitur anima, & coniunctum, non solum causa materialis, & receptiua, sed quodammodo efficiens vel formalis. Supereſt ad argumenta respondere.

Retorquetur argu in aduersarios

Explicã obiectio, & patiet probatur.

Ad primum, neganda est consequentia. Non enim accidens nobilius est substantia, quamuis operetur immediate, & proximè; quia operatur vt instrumẽtum & vt virtutis formæ substantiæ.

Ad primum.

Nec hoc derogat, nec aufert simplicitatẽ formæ substantialis, quia per aliud operetur: quia nõ componitur ex eo: forma autem cùm immediatè det esse substantiale per se, non per se ordinatur ad operandum, nisi per virtutem superaddita, quæ cùm non det esse per se, sed accidentale,

dentale, immediate se hẽt ad operandũ.

Ad 2. Ad secundum respondeo, quòd potentia materiæ est immediate ordinata ad substantiã, idcirco idẽ est realiter cũ substantia, scilicet materia; & est potẽtia receptiua ad recipiendum: at potentiæ aiæ sunt ad operandum: ideo accidenta sunt, & distincta. Non enim substantia est immediate operatiua.

Ad 3. Ad tertium dico, ꝙ anima non dicitur principium primum, quasi sit proximum operans; sed primum, id est principale, & primo mouens instrumentũ, & nõ dependens ab alio: sicut natura dicit principium motus, nõ ꝙ immediatè moueat: hoc enim est grauitatis, vel leuitatis, vel alterius virtutis: sed quia in re illa nõ sit aliud prius, à quo motus pendeat.

Ad 4. Ad quartum respondeo, ꝙ immediate recipere contraria, non est substantiæ: nã superficies, quæ immediate recipit albedinem & nigredinem, & reliqua contraria, non est substantia, sed accidẽs: substãtia autem est subiectum primum, & vt quod. Dico ergo, quòd potentia recipit contraria, non primo, sed immediate, sicut superficies in corpore, atque ideo accidens est.

Imo ex hoc sumitur argumentum, cõtra aduersarios ipsos: Nam sicut substantia composita non recipit contraria sensibilia immediatè, nisi per accidẽs mediũ, scilicet superficiem, & quantitatem: ita nec anima, vel coniunctum, nisi per potẽtias, quæ sunt velut superficies in corpore.

Ad 5. Ad quintum, ꝙ non est nobilius se ipso operari, sed primò & independenter operari: & hoc competit animæ.

Obiectio eiusq; solutio.

Quòd si dicas, melius esse, ꝙ sit aliqd simul primum principium, & proximũ operationis: respondeo, verum esse, tamẽ id non potest inesse animæ propter datas rationes: nec omne, quòd melius est, dare oportet animæ, nisi id sit illi possibile.

Ad 6. Ad sextum dico, ꝙ non est quærenda in obiecto tanta distinctio, quanta est in potentiis. Distinctio enim formalis obiectorum diuersificat realiter potentias, sicut & habitus: Plures enim animę, & habitus sunt circa rem vnam secũdum plures rationes. Et confirmatius sit: qa obiecta sunt causa finalis potentiarũ: non est est autem tanta distinctio in causa, quãta in effectu, vt diximus superiùs.

Ad 7. Ad septimum dico, quòd anima respectu quarundam potentiarum est subiectum immediatum: respectu aliarum mediatum, puta, cum coniunctum; omnes tamen dicuntur ipsius passiones, quia vel in ea sunt, vel per eam cõiunctum insunt.

Secundò aduertẽdũ est, aliud esse aptitudinem rei ad aliquid agendum, vel patiendum: aliud verò potentiam, seu potestatem id agendi. In anima ergo ipsa ẽt separata, vel amissis organis corporeis. v. g. visus, vel auditus, est quidem aptitudo naturalis ad sentiendum, & vidẽdum & audiendum: sed hæ aptitudines naturales, sunt propriæ passiones animæ: vel ẽ: totius, vt aptitudo ad ridendũ; totum enim est aptum, vt quod; anima, vt quo. At verò potentiæ sentiendi cum organis simul pereunt, cùm corrumpuntur organa, vel desunt: & hæ potẽtiæ ideò sunt in toto cõposito, nec sunt propriæ passiones, sed qualitates quædã corruptibiles.

An potentiæ vegetatiuæ inter se realiter distinguantur. Quæst. X.

EX his, quæ in expositione capitis dicta sunt, tres potentias in parte vegetatiua constituisse Aristo. patet. Dubium autem est, an omnes tres realiter inter se distinguantur, vel potius sit vna varias sortita operationes.

Et videtur, ꝙ sit vna. Primò: Potentiæ multiplicantur ratione obiectiorum: sed omnium illarum trium vnum est obiectum, puta, alimentum, vt ex textu patet: ergo vna potentia sunt.

1. Argu. ꝙ sit vna tantum potentia, & nõ tres realiter distinctę.

Præterea secundò. Obiectum secundũ magis & minus nõ variat potentias: sed augmentatiua, & nutritiua differunt in subiecto secundum magis, & minus. Nutritiua enim est, cùm conuertitur alimentum: augmentatiua est cum conuertitur plus alimenti, quam sit deperditũ ex substantia viuentis: hoc autem non est, nisi secundum maius vel minus: ergo non distinguuntur illę potentiæ.

2. Argu.

3. Argu. Præterea tertio. Nutritiua animat alimentum, similiter generatiua: ergo sunt eiusdem rationis. Nam, ꝙ nutritiua animet partes vniendo, generatiua verò separando, & extra se: videtur hoc non suffice re ad diuersificandas potentias.

1. Opin. In hac ergo re sunt duæ sententiæ. Prima est Philop. supra tex. 47. qui augmentatiuam, & nutritiuam eandem dicit esse potentiam.

2. Opin. Altera est Alberti tract. 2. cap. 6. & 9 & Iandun. q. 13. Aegid. quodlib. 3. q. 12. Caiet. text. 50. & aliorum, qui tres potentias multiplicant, distinctásque realiter faciunt.

1. Fundamentum. Viuês habet tres operationes, atq; ideo etiã tres potẽtias. Sit ergo primum fundamentorum. Viuens tres sortitur operationes.

1. Prima, est nutritio: hæc enim reparat, quod deperdit ex sua substantia. Calor enim naturalis cõsumens humidum semper, & continuè, corrumpit viuentis partes, quæ reparantur per conuersionem alimenti in propriam viuentis substãtiam, quæ dicitur nutritio.

2. Præterea. Viuens in principio non potuit habere suam sufficientem quantitatem, qua perfectè exerceret suas operationes: quia materia ex qua fuit factum viuens: fuit pauca, quia sumpta ex altero viuente: & ideo in parua nascitur quantitate: ob id est alia operatio, qua viuens ex nutrimento externo producitur ad suum debitum terminum, & talis dicitur augmentatio.

3. Quia autem viuens corruptibile est, ex nutrimento suo facit aliud sibi simile, & talis operatio generatio dicitur.

Ad has autem operationes, cùm non immediatè ab anima procedunt, ponuntur virtutes quædam & potentiæ subiecto quidem separatæ. Nutritiua enim, & augmentatiua sunt in toto corpore sparsæ: quia per totum fit augmentatio & nutritio: at vis generatiua est in corporis determinata parte.

3. Concl. Generatiua differt realiter à nutritiua. Hoc igitur fundamento præiacto, sit prima conclusio. Virtus generatiua, quæ in generante est, differt ratione, & realiter a nutritiua & augmentatiua.

In primis, quòd ratione differat, nulli dubium est: quia habet aliam definitionem, & versatur circa obiectum alia ratione, quàm alię, vt dictum est.

1. Ratio. Quòd autem ab alijs realiter differat, probatur. Differt enim subiecto: nam nutritiua, & augmentatiua per totum sunt corpus: at generatiua, in parte residet determinata, vt diximus.

2. Ratio. Præterea effectum dissimilem habet, Generatiua enim semen facit, non autem aliæ.

2. Concl. calor naturalis est eiusdem speciei cũ calore elementi. Secunda conclusio. Calor naturalis est eiusdem speciei cum calore elemẽti. Hæc est contra aliquos, sed mihi videtur probabilior, quòd in animali solùm sit; calor elemẽtaris, qui motus ab anima multos sortitur effectus.

1. Ratio. Hæc conclusio ratione hac probatur, Calor productus à Sole, & ab igne, sunt eiusdem speciei: ergo & calor naturalis, qui complexionalis dicitur: hic enim est eiusdem rationis cum calore cœlesti. Antecedens probatur: nam calor Solis est proxima dispositio ignis, vt patet. Radij enim Solis reflexi ex speculo concauo generãt ignem; ergo reuera est eiusdem speciei vterque calor.

Occurrit obiectio. Quòd si Solis calor viuificus est, id fit, quia à Sole vt causa principali prouenit. Instrumenta autem multum sequuntur naturam causæ principalis: sicut in arte calamus, & quoduis aliud instrumẽtum, sequitur formam artificis, quam habet in mente.

Nota ex Alberto. Albertus lib. 20. de animalibus, tracta. 2. cap. 4. notat egregiè, qualiter qualitates elementares, vt instrumenta sunt animæ, variè operantur.

Ponit autem quinque differentias. Prima est in modo. V. g. calor, vt ab igne est, vrit, dissoluit partes, comsumendo humidum per vltionem, trahit ad sui naturã.

1. At, vt ab anima est; calor temperat humidum frigido, & sicco: non dissoluit, sed commiscet, & continet partes, conseruat in propria specie viuentis.

2. Secundò, calor differt in forma: nam in igne mouetur à forma ignis, quæ sibi assimilare rem appetit: at in animali mouetur ab anima, ob id nõ facit ignem ille calor.

3. Tertiò differt in acumine actionis. Calor ignis actiuus multùm, non penetrat omnem dimensionem, sed sursum trahit partes: at calor secundùm oẽm dimensionem in viuẽte operatur, & partes dilatat.

Quar-

4. Quartò in multiplicitate. Nam calor ignis solùm per se calefacit, reliqua per accidens facit: at calor viuentis per se calefacit, digerit, adunat, assimilat, animat, organizat.

5. Quinto in fine actionis: calor ignis reducit corpus ad cineres: at animalis calor inducit animam, & conseruat: hoc etiam fit in alijs qualitatibus, vt explicat Albertus.

2. Concl. probabilis. Nutritiua, & augmentatiua nõ differunt realiter. Tertia cõclusio. Nutritiua, & augmentatiua non sunt realiter duæ potentiæ diuersę, sed ratione sola, & definitione. Hęc conclusio est contra Aegid. & Iandu. Caiet. & alios. Sed profectò est argumentũ satis validum. Probatur conclusio, potentiæ, quæ actum vnum re habent sunt eadem re: sed nutritiuæ, & augmentatiuæ, idem est actus, & operatio re: ergo sunt idem re. Consequentia est certa: sed minor probatur. Cum nutrimentum conuertitur in nutritum, eodem actu reali, & eadem operatione fit mutatio substantiæ in substantiam, & quantitatis in quantitatẽ nutriti: sicut cum ignis stuppã iniectam conuertit, eandem actione mutat substantiam & quantitatem stuppæ: ergo vna est actio vtrinsque.

1. Ratio.

Obiectio de essentia augmentationis. Aduerte tamen, quòd Caiet. & Aegid. atque alii probabiliter nolunt augmentationem esse illam conuersionem cibi in nutritum seu augmentum illud quantitatis tunc pariter factum: sed facta illa conuersione, & vnione postea fit quędam extensio, & dilatatio, & rarefactio partium, quæ dicitur augmentatio.

Confutatio. Sed probabilius videtur contrariũ. Primò: quia pono, quòd sit conuersio maioris cibi, quàm sit deperditum ex viuente tunc in eodem instanti, in quo facta est illa conuersio, viuens maius est, quàm antè: ergo est auctum: non ergo opus est expectare illam dilatationem seu rarefactionem.

11. Præterea: quia in illa dilatatione non acquiritur noua quantitas, sicut nec in rarefactione: ergo illa non est augmentatio sed quid consequens.

1. Pigterea: quia sic non esset alimentum obiectum augmentationis, quia facta cõuersione, non est alimentum: quomodo ergo dicit Aristo. quòd circa alimenta, vt quantum est, versatur augmentatiua circa idem vt substantia nutritiua? Probabilior ergo hæc est sententia.

4 Concl. Augmẽtatiua & nutritiua differuntrõne & specie. Quarta cõclusio sit, quòd licèt nõ differant realiter illæ duæ virtutes, & specie tamen, & ratione differunt. Consistit autẽ differentia in quatuor, vt docet Albert. tract. 1. ca. 6. Primò, augmentatiua respicit alimentum, vt quantum: nutritiua, vt substantiam. Secundò augmentatio magis fit secundùm longitudinem viuentiũ; nutritio æqualiter secundum omnem latitudinem. Tertiò, nutritiua non indiget tanto calore, quanto augmẽtatiua, ob maiorem cibi cõuersionem. Quartò augmẽtatio non semper est defectu caloris: at viuens, dum viuit, nutritur.

1. differẽtia. 2. 3. 4.

Ad 1. Ex his omnibus argumenta soluere facile est. Ad primum dico, quòd alimentum vnum variis tamen rationibus variis deseruit potentiis: & sufficit hoc ad diuersificandas specie potentias.

Ad 2. Ad secundum dico, quòd augmentatiua, & nutritiua, non differunt penes magis & minus in obiecto, sed penes quantum, & non quantum: vna enim substantiam, altera quantitatem respicit.

Ad 3. Ad tertium patet responsio. differunt enim, quia nutritiua partes solum aggenerat, altera verò generat totum: & ita illa non potest per se producere aliquod individuũ: hæc potest; & totum corpus organizare variis organis: & materia etiã diuersa vtuntur, scilicet, cibo, vel semine, & altera esse potest sine altera. Hoc enim cum alijs, quæ diximus, sufficit facere differentiam, & realem.

An generare simile sit naturalius, & perfectius opus viuentis inter omnia opera vegetatiuæ.
Quæst. XI.

1 Ratio. ad partẽ negatiuã. VAe in hac re difficultatem faciunt, sunt hæc argumẽta. Primò. Quòd est in nocumentum viuentis, non naturale, sed potius violẽtũ est: at generatio est in nocumentũ viuentis: non ergo est illi naturalissimum opus. Minor patet. Nã animalia per generationem vitã abbreuiãt. Dicit enim Arist. lib. de longit vitæ, c. 3.

T 2 anima-

Universidad de Deusto
Biblioteca

animalia falacia esse breuioris vitę, quam cętera: non ergo est opus naturalius: quia vnumquodque sibi, quàm alijs studet cōsimilere.

2. Ratio. Præterea secundò. Naturalior est operatio, per quam quodque in se conseruatur, magis quàm qui conseruat in specie: sed per nutritionem conseruatur viuens in individuo: & in se: ergo illa est nobilissima operatio.

3. Ratio. Præterea tertiò. Perfectior videtur operatio, quæ omnibus ineſt, quàm quæ paucis: sed nutritio omnibus ineſt viuētibus, non autem generatio: ergo illa est perfectior: ineſt etiam semper.

4. Ratio. Præterea quartò. Generatio ineſt etiam inanimatis, vt elementis: ergo nō est propria viuētibus: Nutritio verò & augmentatio sunt propria: ergo magis illis naturalia.

5. Ratio. Præterea quintò. Intelligere est opus omnium perfectiſſimum: ergo magis naturale.

1. Funda. I quo differat generatio viuentis à non viuente. Pro declaratione huius dubij sit primum fundamentum. Generatio viuentis differt à non viuentis generatione in quatuor. Primò in principio; siquidem non viuens secundùm quamlibet sui partem generat, vt patet de igne. Viuens non ita, sed secūdùm aliquam partē sui corporis.

2. Secundò, viuēs ex se sumit materiam, quam ministrat, vt constat ex ramis arborum, & plātarum, cùm generant fructus, & eorum semen: At non viuens, non ita, sed in externam producit materiam, nil ex se accipiens: vt constat etiam de igne.

3. Tertiò, non solùm dat materiam generationis, scilicet materiam augmenti, vt patet in eisdem fructibus, & fœtu in ventre materno, vbi augetur per aliquod tempus, & nutritur: ob id 5. Metaph. ca. 4. definiens nasci quid sit, quod propriè ineſt viuentibus, dicit, nasci illa, quæ ab alio augmētum sumunt, per tactum, & adnascentiam.

Dubij dissolutio. Dices, Quomodo hoc fit in ouiparis animalibus? Respondeo, quòd ouum, vt docet Arist. 3. Gener. animal. cap. 1. constat ex duplici parte, candida & rubea, ex candida fit pullus, rubea est cibus, quo nutritur, & augetur, dum est in ouo.

4. Quartò, viuentia non statim alia similia viuentia producunt, sed primò materiam ministrant, ex qua postea similia viuentia fiant: vt arbor semen, vnde postea arbor alteri similis nascatur. At non viuētia per qualitates statim simile sibi producunt.

Adde etiam, quòd est differentia in voce, nam non viuentia generari quidem dicūtur, at viuentia sola & nasci, & generari: Imò non viuentia produci, vel fieri, sed generari impropriè: at viuentia propriùs generari dicuntur, ob causas dictas.

2. Funda. animalia tripliciter generantur. Sit secundùm fundamentum. Animalia tripliciter generantur. Quædam semper ex putrefactione generātur, vt anguillę, & alia animalia, quorum meminit Aristo. 6. hist. cap. 15. & 16. hęc enim semper ex putrefactione generantur.

1. Quædam alia semper ex partu generā tur, vt homo, equus, & alia, quorum meminit Arist. in problema. sectio. 20. q. 64. vbi pētit, cur aliqua semper ex partu fiāt, aliqua aliquando ex putrefactione. Respondet: quia sunt animalia perfecta, quæ ad sui productionem indigent multo tempore, & hæc non possunt ex putrefactione fieri: quia materia exterior non potest tanto tempore conseruari. Quædam alia breui fiunt, & sic putrefactione aliquando fiunt.

Nota. Ex quo nota cōtra Auicen. qui lib. 15. de animalibus, dixit, etiam homines posse ex putrefactione fieri, quæ meritò irridet Auerroes secundò Metaphy. com. 15.

Nota de quibusdā animalibus ex putrefactione generatis. Quædam sunt alia animalia in tertio gradu, quæ modo ex putrefactione, modò ex partu fiunt, vt vespę, mures, & alia, quorum meminit Arist. 7. Metaph. cap. 7.

Aduertendum vlterius, quòd, quæ ex putrefactione sunt, quædam nunquam generant, vt anguillę, & alia, vt docet Arist. 6. hist. cap. 16. Alia generant, sed sibi dissimile in specie, quod docet Arist. 1. de genera. animal. c. 1. Vt ranæ ranunculos, & muscæ aliud diuersum generant, vt docet Plinius lib. 10. c. 68. Et bōbices, ex quibus fit sericū, cùm sint vermes, producunt papiliones, & illi rursus ova pariunt, ex quibus ouis iterum fiunt ijdem vermes. Quędam alia sibi simile in specie generant, vt mures & vespæ, q̄ ex putrefactione sunt, iterum vespas sibi in specie similes generant, vt docet Philoponus super text. 34.

Nota 2. Iterum aduerte, quòd animalium quędam

Triplex animantium genus. dam sunt viuipara, quædam ouipara, quędam vermipara, vt dicitur 1. hist. cap. 5. Illa dicūtur viuipata, quæ non emittunt extra se fœtum, donec sit animatus, & perfectè organizatus. Illa ouipara, quæ pariunt ova, ex quibus pulli postea nascātur. Illa autem vermipara, quę vermes pariūt informes, postea formandos: hoc enim vermis dicitur hoc loco, quod inuolutum est papilione, seu conopæo habente foramen, vnde ab externo alimentum proueniat: esse enim solet affixum terræ, vel fœno, vel alteri, vnde trahitur alimentum: huiusmodi sunt formicæ, apes, vespæ, araneæ, & alia, quorum meminit Aristo. 5. hist. cap. 22. & sequentibus. Ex omnibus intelligas, qualiter vnumquodque ad generandum sibi simile proueniat.

Nota 3. Nec mireris, quare Arist. dixit animalia ex putrefactione non generare. Loquitur enim vniuersaliter, scilicet non omnia talia generant: aliqua tamen generare, certum est, vt ostendimus.

3. Funda. Alalium. q̄ ex putrefactione generantur cū officiens est Solis lumen, & calor. Sit tertium fundamentum. Animalia ex putrefactione generata habēt pro causa efficienti lumen, & calorem Solis, qui est loco virtutis animalis, & formatiuæ. Vnde, quamuis materia remota sit diuersa ab his, quæ ex partu producuntur, tamen dispositiones propinquæ, sunt eędē, vt enim ignis ex stuppa, & ex ligno eiusdem sunt speciei eandemque materiam propinquam habent, scilicet dispositiones, ita & animal ex semine, & idem ex putrefactione, scilicet mas ex semine, & mus ex terra factus.

3. Concl. His suppositis, sit prima conclusio. Animal ex putrefactione & aliud simile ex partu, vt v. g. mus ex semine, & mus ex terra, vespæ, & alia eiusmodi, sunt eiusdem speciei. Hæc est contra Auerroem. 8. Phy sico. comm. 46. & contra Iandu. 7. Meta. q. 14. & alios, qui putant differre.

1. Ab auctoritate Arist. Sed probatur manifestè conclusio. Primò ex Aristotele 7. Metaph. ca. 7. vbi dicit, quòd aliqua fiunt ex semine, & cadē sine illo. Peto, de qua identitate loquatur. Non de numerica; quia idem bis generari non potest, nec de generica, quia tunc nihil aliud esset dicere, quàm quòd quædā ex putrefactione, quædam aliter fiunt. Aristo. autem non sic dicit, sed quod eadem. ergo de identitate specifica loquitur.

2. Ratio. Præterea secundò. Ignis ex Sole productus, & ex altero igne sunt eiusdē speciei vt notum est: ergo mus, seu animal à Sole ex terra productum, est eiusdem speciei: non enim est maior ratio vnius, quā alterius.

3. Ratio. Præterea tertiò. Magis distat creatum à generato, quàm productū ex putrefactione à generato: sed creatū à generato sunt aliquando eiusdem speciei, vt patet de Adamo, & eius filio: ergo & illa.

4. Ratio. Præterea quartò. Sit mus ex putrefactione, & generet murē: ille, vel est eiusdem speciei, vel non, cum priori. Si sic, habetur intentum. Si non: ergo mus ille est causa æquiuoca. Et præterea, iste mus genitus generet alium, qui erit eiusdem speciei, cum vterq; sit genitus: ridicula ergo Philosophia est dicere, quòd primus, & secundus mus differunt specie: secundus, & tertius sunt eiusdem speciei.

5. Ratio. Præterea quintò. Quia Philosophus non debet destituere sensum, at in vtroq; mure reperimus easdem passiones, proprietates, figuras, accidentia: ergo, re vera, eiusdem sunt speciei.

2. Concli. Secunda conclusio. Augmentatio, diminutio, nutritio, propria sunt viuentibus, & ab anima proueniunt, vt à primo principio effectiue. hæc conclusio probata est ab Arist. contra Empedo.

Nota. Tamen vnicum est hic notandū, quòd anima non sic est causa effectiua augmentationis, sicut diminutionis: augmētatio nis. n. est causa efficiēs positiua: at diminutionis est causa priuatiua, sicut nauta nauis subuersionis dicitur causa efficiens priuatiua, vt dicitur 1. Phys. cap. 3. sic anima est causa diminutionis: quia defectu ipsius actionis, accidit diminutio in viuente.

3. Concli. Tertia cōclusio. Generatio inter opera vegetatiua est naturalius, & perfectius opus viuentis. Non enim fit hic comparatio inter omnia opera omnium viuentium, sed inter opera communia, qualia sunt partis vegetatiuæ, inter quæ præcipua generatio.

Nota. Aduertendum etiam, quòd aliud est aliquod esse magis necessarium, aliud magis esse perfectum. Potest quidē aliquid esse necessarium magis, at minus perfectum: vt tactus, magis quidem necessarius est

anima-

Universidad de Deusto
Biblioteca

animalibus, at visus magis perfectus. Ita nutritio magis est viuenti necessaria, generatio verò perfectior, & ob id naturalior dicitur.

1. Ratio. Probatur conclusio primò. Illud est opus perfectius, quod finem nobiliorem consequitur: at generatio est in finem nobiliorem, puta, in perpetuitatẽ, qua Deo fit assimilatio: ergo est inter alias scilicet augmentationem, & nutritionem opus perfectius.

2. Ratio. Probatur secundò: quia non inest, nisi in perfectis plantis, & cum perfectis animalibus: ergo est perfectior.

Præterea tertiò: quia generatio includit secum nutritionem, & augmentationem, non autem econtrà.

4. Concl. Quarta conclusio. Intelligere est opus absolutè perfectissimum omnium operationum vitæ. Patet: quia inest intelligentiis, & non per ipsum maximè Deo assimilamur, & est immaterialis operatio & per quam res perpetuatur in individuo. Per hæc argumenta respondetur.

Ad 1. Ad primum dico, certum est, castitatẽ conferre ad longitudinem vitæ, imò etiã ad perspicacitatem ingenij, & iudicii, & ad firmitatem memoriæ: & si hic finis spectaretur, verè nocumentum adferret. Sed propter speciei conseruationem, natura patitur aliquam nocumenti partẽ in individuo, sicut etiã totius formæ ligni corruptionẽ ad productionẽ ignis, quod plus est: & ex hoc fine naturale opus dicitur.

Ad 2. Ad secundum dico, quòd nutritio, si cõseruaret perpetuò individuum, esset perfectior: tamen non conseruat, nisi ad tempus: nobilius autem est perpetuum esse in specie, quàm ad tempus in individuo.

Ad 3. Ad tertium dico, quod probat tantùm nutritionẽ esse magis necessariam, quia omnibus inest viuentibus: sed non magis perfectam, imò perfectius inest paucioribus.

Ad 4. Ad quartum respondetur, quòd nõ est generatio viuentis, qualis non viuentis, vt dictum est in primo fundamento.

Ad 5. Ad quintum dico, quòd generare dicitur opus perfectius de animæ parte sensitiua facta comparatione non vniuersaliter, sed ad operationes partis vegetatiuę, vt dictum est.

Caput quintum.

Determinatis autem his, dicamus. Tex. LI.

Completa parte vegetatiua, nũc ad sensitiuam tractãdam accedit: hæc enim post vegetatiuam communior est. Tria autẽ circa eã facit. Primò, quid in communi sensui, & sensibili accidat, tradit. Secundò de singulis exterioribus sensibus, ipsorumq; obiectis differit, vt de visibili & visu, de audibili & auditu, & de reliquis. Tertiò de sensibus exterioribus.

Intentio Aristo. in capite de sensu in communi, an sit potentia passiua.

In hoc igitur capite, circa sensum in communi duo docere intendit. Alterum est, potentiam sensitiuam, esse passiuam; differunt. n. potentiæ vegetatiuæ à sensitiuis. Vegetatiuæ enim in sua agunt obiecta, nec per se ab eis patiuntur: at & sensitiuæ potius ab obiectis patiuntur: non enim visus in colorem, sed potius color in visum agit, & odor in olfactũ, sensibileque in sensum. Alterũ, quod docet, est, quid est id, quod potentiam sensitiuam ducit ad actum, & in ipsam agit.

Conclusio Arist. quod sensitiua sit potentia passiua.

In hoc igitur textu conclusionem proponit: sensum, idest sensationem tunc esse, cum aliquod mouetur, & patitur. Ac si dicat, sentire est pati quoddam, & moueri, & sensatio alteratio quædam, & motio est, vt dictum est, puta, tex. 37. superiori, vbi, quod sentit, moueri, & alterari dictum est: & ille est textus, quem allegat, cùm dicit, vt dictum est, vt dicit Philopo.

A quo patiatur sensus.

Si sensatio alteratio quædam, & passio est, statim consequens erat quæstio, à quo patiatur: à simili, an à dissimili: sed hanc iam dicit esse determinatam in libro communi de Generatione, vbi dictum est, quo modo à simili, & à dissimili fit actio, passio.

Habet aũt dubitationem. Tex. LII.

Probatur conclusio propositi quoddubio.

Aristoteles probare intendit conclusionem propositam & vtitur artificio, quod notat Philop. Ponit enim dubium, quod solui non potest, nisi ex proposita conclusione, scilicet, q̃ sensus sit potentia passiua.

Dubium Aristo.

Dubium autem est bipartitum: quare sensus non se sentit, vt visus cur non se videt. Præterea, cum elementa sint in ipso tactu, aut saltem ipsorum qualitates, quæ sunt sensibiles: cur tactus non sentit suas qualitates, vt neruus suum calorem, & frigiditatem.

Respõsio eiusdem.

Respondet non esse ob aliud, nisi q̃ sensus non est actiua potentia, sed indiget mutari ab alio. Si enim actiua esset, vtique se sentiret, sicut combustibile nõ se comburit: quia in potẽtia passiua est: Si autẽ actiuam potentiam haberet, vtique se combureret, etiam non existente igne externo.

1. Obiectio.

Dubitabis fortasse, Non enim videtur hoc ita esse: nam ignis est actiua potentia, tamen non se calefacit.

Solutio.

Respondet Caietanus Thi. benè, quòd Aris. supponit vnum certum puta sensationem esse in animali sentiente, & non transire in materiam exteriorem: tunc autem, si actiua esset, cùm esset in ipso animali, vtique esset in se, & ita ageret in se, se sentiendo, sicut si ignis calefactio esset immanens, vtique se calefaceret.

2. Obiect.

Dubitabit aliquis forte iterum. Videtur enim tactus sentire suas qualitates: sentit enim infirmus suæ febris ardorem.

Solutio.

Respondet bene Philopo. quòd tactus non sentit calorem suum, sed sanguinis, & aliorum humorum feruentium, qui suo calore agunt in neruos vbi tactus est. Similiter pars bene habens, sentit affectionem alterius malè habentis. Vnde cum febris est in ipsa carne, & neruis, non sentitur, & hæc pessima est, qualis est ethica.

Quoniam autem sentire dicimus. Tex. LIII.

Quot modis sentire, & sensus dicatur.

Cvm sensum potentiã dixisset, nunc distinguere vult, quot modis sentire, & sensus dicantur, ne sit æquiuocatio. Sentire dupliciter dicitur. Vno modo potentia, vt dicimus sentire, quod potest videre, licet actu dormiat: & audire, quãmuis non audiat de præsenti. Altero modo dicitur sentire, actu ipso, vt cùm videmus actu, & operamur.

Similiter sensatio dicitur dupliciter & ipsa potentia sentiendi, & ipsa sensatio: & opera sentiendi, quæ dicitur actus.

Primum igitur tanquã sit idem. Tex. LIIII.

Quid sit actu sentire, & sensus actu.

Qvia ipsum sentire, & operari dixit esse in actu, ne quis dubitaret, putans per actũ formam aliquam intelligi permanẽtem: id declarat, dicens, quòd moueri, & pati, ipsumque operari, vocat agere, id est esse in actu: & ipsa operatio actus dicitur. Nec hoc alienum est ab his, quæ dicta sunt: nam motus, actus quidam est, licet imperfectus. Cùm igitur sensatio actus dicitur, sic oportet intelligere, quòd sit actus, vt motus quidam, & passio.

A aliquo debere reduci ex potentia in actum.

Ex quo sequitur, q̃ dẽat aliquod agẽs constitui, à quo sit ista passio. Nam quæ patiuntur, ab aliquo in actu existente patiuntur: quod quidem sit dissimile passo ante passionem, & in principio, tamen post passionem & finem sit simile. Hoc autem declaratũ est sæpe. Hinc insinuat id, quod reducit in actum id, quod est in potentia sensitiuum, vt ipsum declaret, & ostendat.

Diuidendum autẽ est de potentia. Tex. LV.

Quid sit, & quot modis dicatur potentia sẽsitiua.

Explanaturus, quid potentia sensitiuum in actum reducat, quot modis potentia sensitiuũ dicatur prius explicat, dicitq; diuidendum

dendum esse quot modis potentia dicatur non simpliciter, id est, vniuersaliter potentia sumpta, sed vt ad præsens spectat.

Duobus modis dicitur scire in potentia.

1.

2.

Constituit autem dupliciter aliquid dici posse potentia sentire, sicut potétia scire. Primo dicitur aliquid sapies in potentia remota, cum caret actu sciétiæ, & caret habitu, solum tamen habet animam, qua dicitur scire posse, vt puer, vel indoctus homo. Altero modo in potentia ꝓxima, cum caret actu, tamen habitum habet, vt si dormiat, vel alteri intendat, ſi habitum habet. Hic autem nō dicitur in potentia, sicut prior: nam ille ob id dicit scire posse, quia est eorum animalium: quibus inesse potest scientia, quæ potentia remota est: at posterior dicitur posse scire, quia statim, cum voluerit, perueniet ad actum, & ad speculandum, si nihil extrinsecum impediat, puta, infirmitas, aut somnus, vel aliud, quæ extra Intellectum sunt; sunt enim impedimēta ex parte corporum.

Alius autē iam speculans. Tex. LVI.

Quid vere actu, & in quo ab alijs differat.

ILli duo prædicti, dicuntur scire potentia eō non eodē modo. Alius tertio dicitur scire actu, quia operatur contemplando, & speculando hanc literā, A. vel aliquam conclusionem, at principium: & talis dicitur scire actu, reliqui vero in potentia.

Aliud differimē inter illos, qui potētia sciūt.

Inter quos adhuc est vnū aliud discrimen, quòd qui priori modo est in potentia, non veniet ad speculationem, & actū perfectū, nisi prius alteretur, & recipiat habitum aliquem, imo aliquando nō solum recipit habitum, sed etiam reiicit alium habitum contrarium, vt ij, qui accedunt ad scientias acquirendas cum erroribus, & ignorantiis prauæ dispositionis: oportet enim eos non solum doceri, sed dedoceri.

At posterior est quidem in potētia ad agendum, & speculandum, sed alio modo: nihil enim recipit, nisi ipsum actum, cum iam præhabeat habitum.

Non est aūt simplex, neq; ipsum. Tex. LVII.

Quomodo sensatio dicat & fit passio.

HVeusq; sensationem, scietiā, & speculationē vocauit passionē, & alterationē: nūc distinguit, dicitq; passionem dici non simpliciter, sed analogice. Vno modo pro passione corruptiua, quę secundum qualitates primas fit, & hæc propriè passio, & alteratio est. Altero modo pro receptione alicuius perficientis, vt cum Intellectus recipit habitum, vel actum: hæc enim non in subiecti destructionem, sed perfectionem tendunt; idcirco non simpliciter passiones vel alterationes dici debent. Perficitur enim per has potentias: sicut potentia dici solet pfici ab actu, & à simili, id est, si bi conuenienti, & proportionato.

Hinc sequitur, ꝙ cum aliquis ex habitu venit in speculationem, non est dicenda alteratio talis mutatio: sed est velut quædam additio, & consummatio actus ipsius, & habitus: ꝙ si alteratio, vel passio dicatur, intelligat aliud esse alterationis genus. De hac alterationis distinctione, lege quæ diximus 7. Physicorum, quæst. 3.

Quocirca non rectè se habet. Tex. LVIII.

Quō pacto scire fit aut aliud alteratio.

INsert, sapientem, & habentem habitum, cum actu sapit, non esse dicendum alterari: sicut nec ædificatorem, cum ædificat. Vlterius, illa mutatio, qua ex habitu venit in actum, non debet etiam dici doctrina, vel disciplina: non enim docetur tunc, sed aliter est nominanda.

Cum vero ex non habitu acquirit habitum à magistro, & docente, tunc talis motus doctrina dicetur, sed non alteratio, nisi faciamus duos alterationis modos, & secundum contrarias, & priuatiuas, id est, corruptiuas qualitates, & secundum habitum, qui perficit naturam subiecti.

Sensi-

Sensitiui autem prima mutatio. Tex. LIX.

Quid fit id à quo reducitur de potentia ad actum. Nota.

QVòd sit reducens sensitiuum ex potentia in actum; nunc ostēdit. Pro declaratione autem aduerte, quòd in sensibus non sunt habitus, sicut in Intellectu: sed statim potentia immediate fertur in actum absque habitu. Vnde fit vt potētia in sensitiuo sit sicut habitus in Intellectu, & sit proxima potentia. Sensitiuum verò in potētia remota id sit, quod caret anima: sed est in proxima potentia vt eam recipiat, sicut corpus iam dispositum: & hoc est in tali potentia ad sensationem, in qua puer ad speculationē. Ob id superius tex. 56. posuit exemplum. Grāmaticæ, & sensus: nam qui habet potentiam sensitiuam, est sicut qui habet habitum, ad speculandum.

Quid reducat sensitiuū ex potentia remota ad actum primum.

Dicit ergo, quod reducens sensitiuum ex priori potētia, est generans ipsum animal: cum enim semen accipit animam, et à quo accipit eam, accipit potentiam: sicut magister est, qui puerum ducit ex potentia priori in habitum ipsum: est enim generans in sensu, vt magister ad speculationem.

Quod autem secundùm actum, similiter dicitur.

Quid reducat sensitiuū ex potentia proxima ad actum ipsum sentiendi.

NVnc autem, quod sit reducēs ex posteriore potentia in actum ipsum ostendit: dicitque, sentire actu in sensu, esse sicut speculari actu in Intellectu, vtrūque autem reduci in actum ab obiecto, vt visio ab obiecto suo, intellectio pariter à suo.

Discrimē inter obiectum sensus & intellectus.

Quamuis discrimen sit inter obiecta: quòd sensuum obiecta sunt singularia, & extra animam existentia, vt visibile, scilicet, color, sonus & alia: at obiecta Intellectus sunt quodammodo in anima. Cuius ratio est: quia sensus est singulariū, quæ extra animam habent esse: Intellectus verò vniuersalium, quæ non habent esse, nisi in anima.

Vbi notanter, aduertendum, ꝙ hic loquitur de Intellectu possibili, cuius est intelligere vniuersalia, quæ non immutant, nec mouent ipsum prius quàm fiant per alterum virtutem animæ, quæ dicitur Intellectus agens, qui à phantasmate abstrahit speciem: ideo Intellectus possibilis nō habet suum obiectum, nisi per animam, & in animatam quàm in causā effectiuus obiecti per Intellectum agentem. Nota.

Aduertendum etiam, quòd hic loquitur de sensibus exterioribus, qui notissimi sunt apud omnes. Notandum quia quòd sensum secundum actum, vocat ipsam sensationem, seu potentiam cum operatione. Nota.

Vnde intelligere in ipso est cum vult. Tex. LX.

Discrimē inter sensuum cognitionē, & Intellectus.

EX discrimine posito inter obiecta sensus, & Intellectus, infertur vnum aliud inter ipsum Intellectum, & sensum: quòd intelligimus, cum volumus, non autem sentimus, nisi obiecto exterius præsente: quia Intellectus est circa vniuersalia, quæ in anima sunt.

Nota circa expositionē textus.

Quod sic debes intelligere, vt Themist. & Philop. explicant. Cum semel Intellectus intellexit vniuersalia, sibi ipsorū speciem reseruat, vt cum velit, intelligat etiā absentibus singularibus. At sensus exterior non: quantumcunque enim millies visus vnum viderit, non videbit semel, ni si illud rursus sit præsens.

Ratio assignati discriminis.

Hoc autem, ob id fit, quòd visus & alij exteriores sensus, nō faciunt sibi obiectū, sed species de ipsis obiectis capiūt: at anima in se habet virtutem, vt faciat sibi speciem, qua intelligat, si semel intellexit res ipsas: & in hoc sensus assimilatur scientiis sensibilium, quæ pendent ab exteriori semper, quia circa singularia sunt.

Nota 2.

Per scientias sensibilium rectè exponunt Philop. & Themist. mechanicas artes. hæ enim quamuis sæpissimè operatæ fuerint, dependent tamen semper in operando à præsentia obiecti; quia circa talia sunt singularia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunc autē tantùm sit definitum. Tex. LXI. LXII.

Excusat Arist. quare obiter illa de intellectu dixerit, & noua nomina induxerit.

DE differentia hac inter sensum. & Intellectū, se in futurum remittit, dicens, non ex professo dicta fuisse, sed vt manifestetur, quomodo sit sensitiuum in potentia duplici, remota, & propinqua, sicut puer est in potentia remota ad militandum, & cum fuerit vir, in propinqua.

Quamuis autem nomina non habeamus harum potentiarum, sat sit cognoscere ipsas esse diuersas, & quomodo diuersæ sint.

Vlterius, quamuis non sit alteratio proprie, vel passio in sensu, vt dictum est: tamē vtemur his nominibus, ac si propria essent defectu aliorum.

Vnde concludit, quòd cùm sensitiuum sit potentia passiua, ante passionem est dissimile.

Nota.

Non intelligas, quòd oculus fiat coloratus, dum videt colorem: sed quia accipit speciē coloris, quodammodo colorat, similiter & alij sensus, vt post dicemus.

An sensus sit potentia passiua. Quæst. XII.

Nota, ad tit. huius tituli quæstionis expositionem ac diuisionem verā, non duplicis per vtrumlibet sensus vsurpationem.

QVestio igitur, & difficilis est et valde necessaria. Aduerte igitur pro tituli declaratione, quòd non negamus esse actiones aliquas in sensuum organis: oculum enim basiliscus interficit, oculi veculam inficiunt & fascinant pueros: & vt Aristoteles dicit libr. de somn. oculus menstruatæ labem inurit speculo. Omnia hæc Philosophi fatentur, tamen non proueniunt ab oculo ratione potentiæ visiuæ, sed vt corpus quoddam physicum est euaporans, & emittens extra se nocuas illas exhalationes, quibus medium inficit.

Disputatio nostra est de operatione sequente procedente à vi sensitiua, an sit actio vel passio.

Aduertendum vlterius, vnum esse modò supponēdum, quod postea probabitur q. 33. in quo Peripatetici conueniunt, quòd in qualibet sensatione exteriori, potentia recipit ab obiecto aliquam qualitatem, quæ dicitur species, & quam aliqui similitudinem rei vocant: & hæc posita, in organo fit sensatio.

dā postea probāda, vt deliceat. spēs sensibilea dari.

Sensus gēnis.

Quæstio autem est, an sensatio sit sola receptio speciei in organo, vel post receptionem fiat alia operatio, quæ dicatur sensatio. Si enim prius dicatur, tunc sensatio erit passio, & sensus potentia purè passiua: si verò dicaf posterius, erit actio & potentia actiua. Videtur autem Arist. sensum potentiam facere passiuam, & sensationem passionem.

1. Arg. ad partē nega.

Contra hoc tamen, est primum argumentum. Nobilius est agere, quam pati, vt notum est: sed potentiæ vegetatiuæ & ignobiliores sunt sensitiuis, actiuæ sunt: ergo & sensitiuæ.

2. Arg.

Præterea secundò. Videtur argumentū Arist. quo probat, sensum esse potentiam passiuam, nullum esse. Dicit enim, quòd si sensus est potentia actiua, se sentiret, & qualitates, quę in eo sunt, cum sensatio sit immanens. Hoc videtur esse nullū: quia tantum sequitur, quòd sensatio maneret in ipso sensu, sed per eam possemus exteriora sentire, sicut voluntas actiuè vult in se, tamen non idcirco se vult semper, sed alia à se.

3. Arg.

Præterea tertiò: quia videre, audire, & sentire, sunt verba actionem significantia: quod ergo videt, agit.

1. Opi. Platonis. Simpl. sensationē esse actionem animæ solius non cōiūcti.

In hac difficultate multæ extant Philosophorum sentētiæ. Prima est Plotini Aeneade. 4. lib. 6. quam tenet Simpl. supra tex. 51. & 52. qui putant sensationem esse actionem solius animæ & nullo modo passionem. Dicunt enim speciem in solo organo corporeo recipi, quę excitat animam velut sopitam ad sentiendum; ipsa tamen anima est, quæ sola per potentiā sibi inhærentem videt, audit, & sentit.

Hæc sententia apertè est contra Arist. lib. de somno cap. 1. Sentire, inquit, non est animæ solius, nec corporis, sed coniuncti, cuius est potentia.

Reiicitur hęc opin. 1.

Et propterea si anima bruti per se videt, vtiq; separabilis. Quòd enim dependeat à specie existenti in oculo, parum facit: nam Intellectus etiam pendet à phantasmate: posset etiam illa anima capere speciem

speciē à medio, in quo est separata. Hanc sententiam iam superiùs reiecimus.

2. Opi. Alber. sensationem à specie ideali in potētia recepta, & ideo potētiam esse simpliciter passiuam. Exemplo explicat.

Secunda sentētia est Alberti Magni libro de apprehensione, in principio, & Sūma de homine q. post sensus exteriores, tol. 112. qui credit speciem in organo esse principium actiuum sensationis: & potentia organica per speciem receptam, esse principium sensationis, sensationemque actionem esse, tamen potentiam esse simpliciter passiuam.

Hoc autem exemplo intelliges. Aqua recipit calorem, & actiuè calefacit, cuius calefactionis solus calor est actiuum principium, non autem aqua, vt ait, sed solùm est passiua potentia ad recipiendum calorem: & si calefactio esset actio immanens passiua, reciperet, & sentiret. Ita dicit de specie recepta in organica potentia, ipsa est principium actiuum: & sensatio actio est, tamen potentia passiua est. Dicitque esse contra omnes Philosophos potentiam actiuam ponere sensum.

Nota, triplex sensitiuū ex Alber.

Notat autem Albertus, quòd triplicitèr est sensitiuum in potentia, sicut intellectiuū. Primò puer dicitur intellectiuus in potētia, sed remota: cùm autem discit, est in potentia propinquiori: cùm habet habitum, in proxima ad perfectē intelligēdum. Ita sensitiuum, cùm est anima in organo, est sicut puer; cùm est dispositio, & spiritus in organo, est sicut qui discit: cùm autem est species, est sicut qui habet habitum. Hæc est sententia Alb. Magni.

Obiicitur contra se cūdā opi.

Sed vnum videtur non parum facere contra istam sententiam. Si enim sola species est principium actiuum sensationis, & potentia est subiectiua, vtique si per potentiam diuinam esset per se illa species, sentiret, sicut calor calefaceret: quod tamen impossibile.

-2.

Præterea, in medio posset videre. Et quamuis ad hoc respondeti possit, tamen non exactè, vt dicetur post.

3. Opinio D. Th. & verè communis sēsationem fieri à spē & à potētia mediante specie, & ita potētiā esse

Tertia sententia est S. Thom. 1. p. q. 56. art. 1. qui speciem fatetur esse principium sensationis, cum Alber. tamen simul potentiam dicit esse actiuam, non immediatè, sed mediatè, quia per ipsam operatur: sicut ignis agit, sed per calorem. Et hoc est exemplum ipsius S. Tho.

Species igitur in sensu non sicut calor in aqua, sed sicut calor in igne operatur: est enim ignis actiuum principium. Vnde potentia sensitiua partim est actiua, partim passiua: passiua quidem, dum recipit speciem: actiua quidem, dū per ipsam agit, ac sensationem producit.

actiuā mediatè non immediatè Nota.

Hanc sententiam habet Scot. 2. de anima. q. 12. & Capr. 3. sent. d. 14. q. 1. art. 3. & fere communis est.

Quarta sententia est Ian. q. 16. & Apollina. q. 13. huius libri. Hi dicunt, duas esse potentias sensitiuas in quolibet organo taliter distinctas: agētem, & patientem: & organum ratione potentiæ, & sensus passiui recipit species: ratione agētis: sentit, & agit, & sensatio actio est.

4 Opi. Iā du. & Apolli. esse potētiam sensitiuā vnā agentem & alteram patiētem in singulis sensibus. 2 Rō huius.

Mouentur autem ad distinguēdas has duas potentias: quia dicunt, quòd ab vna immediata virtute non potest actio, & passio procedere.

4. Opin. 1.

Et præterea, ob id Arist. distinxit Intellectum agentem à possibili: vnus enim agit, alter patitur, & recipit. Hæc est horum sententia.

Quinta sententia est aliorū, qui potentiam passiuam tantùm dicunt, ac sensationem formaliter esse speciei receptionem.

5. Opi. esse potētiam simpliciter passiuā & sensationem esse ipsā non speciei receptionem.

Explicanda est igitur hęc sententia. Ad visionem, vel ad sensationem, duo conueniunt necessariò: vnum ex parte obiecti, & hoc est species, & similitudo ipsius: alterum ex parte sentientis, & hoc est vis, & potentia sensitiua: horum altera deficiente non est sensatio. At horum vtroque posito, sensatio est ita, vt sensatio non sit aliud, quàm receptio, & vnio speciei sensibilis cum potentia, & vi sensitiua. Vnde in medio non dicitur receptio speciei sensatio: quia deest vis sensitiua: in organo autem animato sensatio est, scilicet visio, vel auditio: receptio ergo speciei ab anima habetur, & potentia quòd dicatur sensatio, & visio, vel auditio: ob id aliquo modo potentia dici potest efficiens sensationis, sed non quòd eliciat actum aliud præter speciei receptionem: hæc enim formaliter est sensatio.

Explicat hæc opi.

Aduerte vlteriùs, quòd species duplicitèr potest considerari. Vno modo, vt accidens quoddam inhærens est. Altero modo, vt obiectum ipsum repræsentat, & ipsum quodammodo est, sub alio tamen modo essendi: vt species coloris; est color sub esse immaterialiori.

Nota, speciē duplicitèr cōsiderari, vt accidens inhærens & vt obiectum repræsentans.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qua rõne fit spei receptio ãc fatio.

Dicunt ergo, quòd receptio speciei, vt accidens est, nõ est sensatio, sed vt ipsum obiectum est quodãmodo, & per ipsam vnio quædam fit inter potẽtiam, & obiectum: talis igitur vnio sensatio est, & sic sensatio formaliter est passio, & sensus potentia passiua.

Auctor huius opin.

Hæc opinio est Aegid. q. 1. de cognitione angelorũ, vbi recantat, quod ipse aliàs dixerat, est etiam Caiet. Thien. & Caieta. Cardina. in præsenti, qui vocat pauperes eos, qui oppositum sentiunt, & etiã Pauli Veneti, c. 10. Summa de anima, & Ninpni, libel. contra Iand. de sensu agente, & quorundam aliorum, quam ego partim secutus sum olim, sed re maturiùs multò perspecta mutaui sentẽtiam, eam tamen libet confirmare testimonijs Aristo. quæ solitus eram proponere, quæ re vera sunt adeò apparentia, vt videantur cõcludere.

Testimonij Arist. pro hac 3. opin.

1.

Primum est in hoc cap. vbi sensitiuũ ramũm ponit in duplici potentia, assimilatiue potentiam & vim sentiendi, habẽti habitum: quòd si propter potentiã ponimus speciem distinctam à sensatione, per quam fiat sensatio: iam non assimilabitur habitui ipsa potentia sola, sed potius potentia cum specie.

2.

Præterea, assimilat sensitiuum, & quod habet vim sentiendi, viro, qui immediatè potest militare: ergo potentia sensitiua immediatè recipit sensationem, & non priùs speciem.

3.

Præterea iam non reduceretur ad actũ ab obiecto, sed ad potentiam proximã, scilicet ad speciẽ, & ipsum post sentiret.

2. Testimonium Arist.

Est alterum testimonium insigne 2. de anima tex. 139. & 140. vbi dicit, quòd eadem est operatio obiecti, & potentiæ, re sed diuersa rõne: ex parte obiecti, actio est: ex parte potentiæ, passio, sicut in alijs agentibus, & patientibus. Ponit exemplum. Eadem est operatio, qua color agit in visum, & visus videt: sed ex parte coloris actio est, & coloratio dicitur: ex parte visus, passio est, & visio dicitur: similiter in alijs. Vide ergo visionem non aliam esse actionem, nisi operationẽ, & passionem, quæ re idem est cum actione obiecti.

Obserua.

Et hoc est, ꝙ sæpe dicere solet sensus in actu, & obiectum in actu idem sunt, idest, eadem est vtriusq; operatio. Fateor hunc locum me olim conuicisse.

3. Testimonium Arist.

Est aliud testimonium de Somno cap. 5. Definiens sentire, dicit, Sensatio est motio animæ, corporis interuentu proueniens. Vbi motio, vt litera Græca manifestat, pro motione passiua sumitur. Hæc igitur est horum sentẽtia multum Aristotelis conformis.

Auctoris opinio 4.

Superest, vt quid mihi in hac re videatur, aperiam, pace autem tantorum Philosophorũ, quos ego vt magistros semper veneror, & venerari æquum est: dixerim, mihi in hac re non omnino satisfaciunt, nec satis rem attigisse videntur.

Explicatur fatta suppositione in appetitu esse duos motus i quorum alterum patiuum, alterum actiuum.

Dico igitur, perinde iudicandum esse de sensatione, sicut de appetitione. Appetitio duos dicit motus large sumpto vocabulo: vnum materialiter, alterum formaliter & essentialiter. V. g. ira formaliter dicit actum, quo appetimus vindictam: materialiter, feruorẽ sanguinis in corde. Timor dicit formaliter actum, quo malum fugimus: materialiter, sanguinis accessũ ad cor. Horum duorum alter cõpetit organo ratione materiæ: aliter ratione animæ, & potentiæ, vterque tamen eidem organo.

Præterea, qui formalis est, actio est, & hic est essentialiter appetitio: quæ materialis est, passio est, nec est essentialiter appetitio, sed ipsã necessario cõcomitãs.

Idẽ ostenditur est sensatione per motione appetitus mot. 2. Ratio.

Ita pari modo in sensatione dico. Visio, vel sensatio alia duos motus dicit: vnum materialiter, & hic est receptio speciei: alterum formaliter, & hic est actio: prior inest organo ratione materiæ: posterior ratione potentiæ, & animæ: tamen vterq; eidem inest organo. Prior quidem nõ est substantialiter & essentialiter sensatio, sed concomitans, & velut dispositio: posterior est essentialiter sensatio.

2. Ratio.

Præterea, sicut in appetitione, motus materialis non est causa effectiua motis formalis; ita in sensu receptiuo speciei tum est dispositio quædam: solius est potentiæ organicæ elicere visionem, vel sensationem.

3. Ratio.

Præterea, sicut in appetitu est duplex prædicatio, & secundum materiale, & secundum formale: diximus enim, ira est feruor sanguinis: &, ira est appetitus vindictæ. Ita in sensu: est enim sensatio actio organi, similiter & passio. Vnde potentia dicitur modo actiua, modo passiua.

Differimẽ inter illos mot', appetitionis, et sẽsationis.

Sed vnum est discrimen inter appetitionem, & sensationem: quòd motus materialis appetitionis sequitur formalem: vt prior est appetitus vindictæ, posterior motus sanguinis. At econtra in sensatione: prior est passio, & alteratio organi, posthea eius actio. Loquor secundum naturam.

Probatur dicto ex Aristo.

Et hoc egregiè docet Arist. 1. de anima tex. 63. & 64. quos textus qui perpenderit, facile ibit in nostram sententiam. Dicit enim, quòd sensus incipit a instrumento, & corpore, & terminatur in animam: reliqui incipiunt ab anima, & terminantur in corpus: vt intelligas hos duos motus esse in sensatione.

Præterea, tex. 51. huius capitis dixit, sensationem esse, cum aliquid mouetur: in quo notat sensationem non illam passionem: sed post illam passionem esse.

1. Concl. Sensatio nõ est sola speciei acceptio.

Sed vt quæ diximus, probemus, si prima conclusio. Sensatio nõ est sola speciei receptio. Hæc est contra sententiam vltimam. Hoc idem Philop. 2. de anima tex. 121. & Alex. 1. de anima cap. 12. vbi præter passionem, iudicium & actionem ponunt in potentia: & expresse idem Alex. 1. de anim, a cap. de Intellectu practico, & speculatiuo.

1. Probat ex Arist. 1.

Probatur authoritate Aristo. 2. de aïa, tex. 37. vbi aperte dicit, animam esse causam effectiuam generationis, motus augmentationis, & sensationis: ergo sentire, est agere, & non solum recipere.

2.

Præterea. 9. Metaph. 16. visionem ponit actionem immanentem: ergo visio actio est & non sola speciei receptio.

3.

Præterea, de sensu cap. 2. cõtra Democritum arguit, qui dicebat visionem esse emphasim, & apparitionem quãdam rei obiectæ in ipso oculo: reprehẽdit hoc dicens, quòd speculum videret, si visio talis esset; non ergo est sola speciei receptio visio, vel sensatio.

2. Probat rationẽ.

Probatur secundò. Stat, speciem esse receptam in oculo & non videret, vt patet in dormientibus apertis oculis, vel in his qui altis sunt mente intenti: ergo non sola receptio est visio.

Reijcitur solutio.

Respondent aduersarij, ꝙ requiritur conatus, & aduertentia potentiæ. Hoc euertitur: quia non est intelligibile, quid sit conatus, vel aduertentia illa, q̃ actio animæ & ipsius organicæ potentiæ: ergo videre formaliter non est recipere, sed agere.

3. Ratio.

Probatur tertiò, & est argumentũ Plotini. Sequeretur, si sola receptio speciei esset visio, ꝙ nõ posset visus apprehẽdere distantiam rei, quam certissime videmus, & discernimus visu. Sequella probatur, quia species eadem est, quæ à re parũ, vel plus distanti in oculo recipitur.

Quòd si dicas, Facit maiorem, vel minorem angulum in oculo. Hoc non enarrat difficultatem: quia maior vel minor angulus a quantitate maiori, vel minori obiecti etiam prouenit: vtique ergo non possemus distantias percipere, nisi oculus augeret.

4. Ratio.

Præterea quarto, & est argumentũ forte. Quia sensatio est operatio vitæ: ergo est ab interno principio actiuo motionis; aliter nõ esset vitæ opus. Id eñ est vita, interna motio ab ipso viuente effecta.

5. Ratio.

Præterea quinto, quia sensus interiores agunt, vt notum est, vt quando sentit cõmuni percipimus non videre, & colorẽ discernimus a sono, cum Æstimatiua iudicat sibi conueniens: ergo etiam exteriores agunt circa sua propria obiecta.

2. Concl. Spẽs nõ est effectum principij sensationis.

Secunda cõclusio. Species non est effectiuum principium sensationis. Hæc est contra Scotum, Capr. Alber. & alios.

1. Ratio.

Probatur aũt primò. Si species est effectiua, puta, visionis, vel simul potentia est actiua immediata, ita, vt duo sint immediata principia effectiua, vel sola species est immediatum principium: potentia autẽ, vel non est, vt dicit Albertus: vel est mediate, vt dicit S. Tho. Sed neutrum potest dici. Non quidem prius, quia cum visio sit actio simplex & immanens, non potest procedere a duobus agentibus immediatis realiter distinctis: vt notum est mediocri metaphysico. Nec posterius dici potest, quia potentia est immediatum principiũ operationis: ergo operat absque specie aliquid: aliter potius esset subiectum, quam potentia: non enim est potentia, quæ non elicitiua est intrinsecæ operationis.

2. Ratio.

Probatur idem secundo. Si sola species est immediatum principium visionis, ꝙ tecto vbicunque esset, eliceret illam, sicut calor

Universidad de Deusto
Biblioteca

calor vbique calefacere posset: quod tamen impossibile est.

2. Ratio. Probatur tertio, quod me multum mouet: quia sentire est opus animæ, & facultatis animæ: non ergo debet tribui accidēti cuidam externo, scilicet speciei, quæ etiam in medio inuenitur, & in re inanimata: esset enim tūc sentire valde per accidens, animæ.

3. Concl. Sensatio est effectiue a sola ipsa potentia immediate. Tertia conclusio. Sentire est actiuè, siue effectiuè a sola ipsa potentia immediate: vt visio a visu, auditio ab auditu. Loquor autem de sensatione formaliter: nā materialiter, vti diximus, passio quædam est, & alteratio secundum speciem ab obiecto.

Rō cōcl. Et hæc colligitur ex argumentis cōtra alias sententias. Si enim sentire formaliter, actio est organica, non a specie elicita; erit ergo à potentia immediatè.

4. Concl. Spēs concurrit ad visionē, vt dispositio potentiæ, & motiue & obiectiue: & eatenus vera est opinio communis, & D. Thomæ. Quarta cōclusio. Species cōcurrūt ad visionem, vt dispositio potentiæ, & motiue & obiectiue: & eatenus vera est opinio communis, & D. Thomæ.

1. Pars. Probatur conclusio. Nam dispositiuè quidem: quia nisi esset informatum prius organum tali specie, potentia seu anima videre non posset.

2. Pars. Motiuè: quia sua repræsentatione excitat potentiam ad videndum, seu sentiendum rem ipsam. Et obiectiue concurrit,

1. tum quia rem hanc, vel illam ostendit in se repræsentatam, quam potentiæ & anima ibi cognoscant: tū quia est ipsius sensationis primus, & immediate terminus,

2. & obiectum proximum, & internum: res vero a parte rei, obiectum remotum & externum: tum demū, quia obiectū ipsum reale v.g. color potentiam obiectiue mouet ad sui cognitionem mediante illa sua specie; est enim tanquam instrumentum obiecti.

3. Et ideo meritò dī speciem se tenere ex parte obiecti, lumen vero naturale vel supernaturale ex parte potentiæ: & ex his duobus, nempè obiecto, & potentia fieri visionem: ab illo obiectiuè mouendo, & terminando, ab ista, effectiuè visionē producendo.

Ad testimonia Arist. in quibus aiebat sensationē cōprehēsionem. Per hanc doctrinam facilè soluuntur loca Arist. adducta, ꝙ sensatio sit passio. In illis enim loquitur de sensatione materialiter, quæ potest dici apprehensio, non autem formaliter.

Ad rōnē Iandu. Potest etiam solui argumentum Iand. de sensu agente. Non enim est opus multiplicare duas potentias: quia secundum diuersa, idem potest agere, & pati: recipit quidem speciem, sed actionis, & sensationis est causa actiua. Aliud est autem species a visione, & sensatione. Impossibilitas autem ista forsan esset, si idem sensus faceret, & reciperet speciem. Sed hoc nō dicimus; obiectum enim speciem imprimit, potentia visionis est effectiua causa: ob id non est simile de Intellectu, qui facit speciem intelligibilē, & recipit; ob id distinguitur duplex Intellectus: sed ad recipiendum speciem, & iudicandum non est nisi vnus Intellectus possibilis. Ita de sensu recipiente speciem, & iudicante.

Ad argumenta in principio posita faciūt pro nostra sententia: secundum tamē est declarandum, vt exponatur Arist. Sensus hic est. Si sensus ita esset actiuus, vt non esset necessariū pati ab obiecto exteriori vel alio, tunc sentiret se, quia in se hēt, quid sentiat: cum ergo non se sentiat, ergo signum est esse passiuum: eumq; nihil a se patiatur, non se sentit. Atque hæc expositio est notanda: & ita textus cōfirmat nostram sententiam, quòd sensus non potest agere, nisi existente passione organi, quæ non potest esse nisi ab externo.

Ad argumenta quibus No. tractat Arist. exp̄ssionem.

Caput sextum.

Dicendum aūt secundum vnumquenque. Tex LXIII.

De obiecto 3. lib. in cō. & de sensibili. DE singulis potentiis sensitiuis tractaturus, prius de obiecto, & sensibili in communi tractat. Posset autem dubium suboriri circa de sensu in communi prius dixit, modo de obiecto: iuxta ipsius enim methodum de obiecto prius, quàm de potentia dicendum erat.

Dubium circa quod de obiecto agit. Respondeo, quòd si Aristo. definijsset sensum in communi, vtique a sensibili exordium sumpsisset: sed id non fecit, sed solum propensionem quādam sensitiuis potentiis communē docuit, scilicet passiuas

siuas esse, reduciq; ad actum à generante, & ab obiecto, aliter & aliter: ob id non peruertit sibi propositam methodū, qua dicitur, quòd indagando, quid est potentiæ, incipiatur ab obiecto.

Diuisio. num sensibil. um. Proponit igitur sensibilium diuisionē, & subdiuisionem. Quædam enim sunt p se, quædam per accidens. Et eorum, quæ per se, quædam communia, quædam propria sensibilia sunt, vt liceat tria sensibilia facere, p̄proprium per se, commune per se, & per accidens.

De sensibili proprio quid sit. Sensibile proprium tripliciter describit: primò esse id, quod à nullo alio percipitur sensu, præter illum, cuius est obiectum: quomodo color, visus est proprium obiectum: nō enim ab alio percipitur; & sonus, auditus, sapor, gustus: & qualitates primæ, quæ non habent commune nomen, sunt tactus.

1. 2. Altera descriptio est. Sensibile propriū est, circa quod non erat sensus, cuius est: vt visus non erat circa colorem, nec auditus circa sonum: non enim colorē pro non colore, & sonum pro non sono percipiunt. Explicat tamen, quòd errant in subiecto, vel loco: vt quod sit coloratum, & vbi sit: quod nos in quæstione statim sequenti, exactè declarabimus. Tertiam descriptionem in fine capitis ponit.

1. Nota. Hic nota, quomodo dicit Arist. vnumquemque sensum exteriorem iudicare de suo proprio obiecto: ergo agit. nam iudicare quis ignorat esse agere?

Cōmunia autem motus, quies. Tex. LXIIII.

De sensibili cōi, quid sit. SEnsibile commune dicit esse, quòd non vno, sed pluribus percipitur sensibus; vt motus localis; qui visu, & tactu dignosci potest, vt patet: tactu. n. motū pulsus sentit Medicus: visu & auditu equū currentē percipimus.

Quinque communia sensibilia numerantur Nota. Enumerat autem quinq; communia sensibilia, de quibus differemus post: huiusmodi sunt, Figura, Magnitudo, Numerus, Motus, Quies.

Aduertendum, quòd commune sensibile sentitur, & immutat sensum: ob id dicitur per se: aliter enim esset per accidens, vt declarabitur in sequenti textu.

Secundùm accidens autē dicitur. Tex. LXV.

De sensibili p accidens, quid sit. SEnsibile per accidens describit, illud esse, quod nō immutat sensum nec ab eo patitur sensus, vt tale est nisi quia coniungitur cum sensibili per se, vt filius Diaris, si albus sit, dicitur sensibile per accidens, & dicimus videre nos filium Diaris: sed non immutat sensum, qua parte filius est, sed qua parte albus est.

Nota cōparationē ad differētiā sensibilū inter se proprii communis, & per accidens. Sensibile ergo proprium, & commune agunt in sensum per se, illud in vtrum, hoc in plures: per accidens autem sensibile, non per se, sed per alia.

Statim comparat vtrumque sensibile per se, dicens, proprium esse magis propriè per se sensibile, quàm cōmune. Caulam dat: quia organi cuiusque temperies magis est proportionata & adæquata propositio, quàm communis, vt post declarabitur.

Tertiò describitur sensibile propriū. Ex quo possumus sumere tertiam descriptionem proprii sensibilis, puta, quòd propria organi temperatura correspondet: vel secundum Philoponum, ad quod talis potentia refertur. Est enim potentia relatiuum, & quęque ad proprium referē.

An sensus erret circa sensibile proprium. Quæst. XIII.

1. Arg. ad partē affirma. ARistoteles vnam ex descriptionibus proprii sensibilis eam assignauit, quòd circa ipsum non contingit sensum errare. videtur, non esse id verum: nā commune, esset etiam proprium: quia circa commune non cōtingit error. Quod probatur: quia non est error, vbi non est veritas: at in sensibus nulla est veritas, cum non componant, nec propositionem formant: ergo nec error.

2. Argu. à numeratione multorum errorū sensus. Quòd si adhuc errorem posse esse dicas, circa proprium; error erit, nam visus aliquando albū à longe positū percipit pro nigro, vt dicitur 3. Metheor. ca. 4, & colores apparent in iride, qui vere nō

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

In quo consistat difficultas.

sunt, vt ibidem dicitur: similiter in collo columbæ. Et infirmus gustu iudicat amarum cibum, qui tamen dulcis est: est ergo error in proprio sensibili.

Difficultas consistit in hoc vno explicãdo, quomodo sensus dicatur nõ errare circa sensibile proprium, sunt autem diuersa placita. Auer. in præsenti commendicit, quod in maiori parte non decipitur sensus circa proprium sensibile: vt visus non decipitur in colore, an sit album, vel nigrum, sed an sit nix, vel aliud quid.

1. Opinio Auerr.

Reiicitur opinio Auerro.

Ista sententia reijcienda est. Primò: quia absolutè dicit Aristot. sensum non decipi circa proprium sensibile, & non solùm, quòd maiori ex parte.

1.

Præterea, falsum est ipsius exemplum. Visus enim decipitur in albo, & nigro, vt diximus ex Arist. album à longè, nigrum apparet.

2.

2. Opinio Alberti.

Altera sententia est Alberti tract. 3. cap. 5. quam sequitur Apolli. q. 13. dicit, quòd nullo modo sensus decipitur in proprio sensibili: quia error debet cõsiderari iuxta speciẽ receptam: & quia semper producitur sensatio, qualis est species, nõ est deceptio. Vnde, si album apparet nigrũ, tamen visus non decipitur: quia species talis alibi distantis nata est facere productionem nigri sensationis; similiter species quæque producit sensationem, qualis ipsa est, quę variè se habet ratione medij & dispositionis organi diuersæ.

Reiicitur sententia.

Hæc sententia non videtur planè satisfacere. Primò: quia quamuis species talẽ sensationẽ faciat, qualiter ipsa se habet, tamen hoc vocamus errare, quãdo aliam facit sensationem, & aliter quam res se habeat. Præterea: quia illo etiam modo nec esset error circa commune sensibile: quod tamen est falsum.

1.

2.

3. Opinio communis Themist. Simplic. &c. Triplex conditio requisita ne esset sensus.

Tertia sententia est communis, quæ est Themistij cap. 12. & Simplicij, & Iand. q. 17. Hi limitant propositionem Arist. triplici conditione. Prima est, quòd sit organi debita dispositio; aliter enim error accidet in proprio obiecto: vt lingua malè habẽtis ob indispositionem iudicat de amaritudine cum errore. Altera est, quòd sit medium debitè etiam dispositum: vnde, per vitrum rubeum res conspecta apparet rubea. Tertia, quòd sit debita distantia: res enim à longe, alterius apparent coloris, quàm sint.

1.

2.

3.

Hæc sententia non etiã euacuat totam difficultatem, licèt magna ex parte veritatem attigit. vnde, si perpendis, validum argumentum videtur esse contra ipsam: nam Arist. dedit hanc descriptionem pro priam obiecto proprio, vt distinguitur circa commune.

Obiicitur cõtra hãc sententiã.

Ob id aliquid addendum est huic opinioni communi, vt in aliquo sensu Aristotelis dicto nulla fit apponenda limitatio, sed vniuersaliter est proferenda propositio illa, aliquo saltem modo: quam vt intelligas, aduerte, At si tres has limitationes apponas etiam, vt videtur, conueniet communi: nõ enim sic errabit; tripliciter posse intelligi, sensum errare circa sensibile proprium. Vno modo circa rationẽ communem: vt si sonũ pro non sono auditur perciperet, & gustus saporem pro non sapore. Secundò in particulari ratione, vt album pro nigro, amarum pro dulci. Tertiò in applicatione subiecti, vel loci; vt si album apprehenderet in alio subiecto, vel loco, quàm est.

4. opinio

Nota triplici modo posse sensum errare.

1.

2.

3.

Dico igitur primò, quòd sensus nullus potest errare circa rationẽ communem sui obiecti: nec in hoc est opus vlla limitatione: vt visus nõ percipiet, nisi cùm visibile est, nec gustus percipiet, nisi saporẽ: & hic esse videtur sensus Aristo. vt ex ipsa litera patet. Circa cõmunia enim errat, vt circa motum, circa quietem, & alia; quod enim quieuit moueri, quod mouetur quiescere aliquando apparet.

Quomodo nunquam erret sensus & quo erret.

Obijci tamẽ posset, quòd in aliquibus sensibilibus communibus, secundùm rationem communem eorum, idem contingat, vt. g. in genere sub ratione communi non possit esse deceptio, vt v. g. in magnitudine. Nam quidquid videtur, necessariò sub aliqua magnitudine videtur, & apparet: & sine omni magnitudine videri non posset, sicut nec sine omni colore. Idem in rei duratione seu tempore: nam necessariò videtur res durare aliquo tempore: si omni careret tẽpore, vel duraret tantùm per istans non videretur. Idem in numero; nam necessariò apparet res vna esse, vel plures, imò & necessariò sub aliqua figura videtur. Quare videtur eadẽ etiam ratio in communibus sensibilibus.

Obiectio.

Opinio communis quo, & quatenus sit vera.

Respondendũ est primò, quòd quamuis in

Solutio.

uis in ijsdem accidat, tamen non in alijs sensibilibus communibus, vt in motu, ac quiete. Deinde colori primò, vt color, conuenit: alijs verò secundariò, & per colorẽ: & idem dicendum in alijs sensibus.

2.

Dico secundò. Sensus decipitur circa rationes particulares obiecti, vt album apparet nigrum aliquando, & dulce amarum, vt notum.

3.

Dico tertiò, quòd in applicatione tam propriæ & particulares, quam communes, decipitur. V. g. manus post vitrum rubeum rubea apparet: hic nõ est deceptio in rubore, sed in applicatione subiecti: non enim est rubor in manu. Similiter color vitreæ fenestræ apparet in pariete, sed non est: errat in loco.

Nota circa intelligentiam, Arist. contra Auer.

Et hoc est, quod dixit Aristoteles in textu, quòd visus non errat in colore, sed in quid sit coloratũ. Nec intelligas per quid coloratum, quidditatem colorati, quod male intellexit Auerroes: sed intellige subiectum, scilicet, quæ res sit colorata. Similiter gustus infirmi non decipitur in amaritudine: est enim verè amaritudo in saliua ipsius: sed in applicatione.

Nec intelligas cum Appoll. quòd Intellectus est, qui errat iudicãdo id: hoc enim falsum est, nam ipsius sensus error: visui enim offertur manus rubea, quæ non est.

Reiicitur fuga quædam.

Vide ergo, qualiter dupliciter error eueniat in sensibili proprio, sed non primo modo, de quo loquitur Aristot. circa commune verò omnibus tribus modis errare contingit.

Vnum ex his sequitur, quòd illæ conditiones tres assignatę ab opinione communi, sunt verę, & concludunt, ne sit error secundo, nec tertio modo in sensibilibus proprijs, imò etiam similiter in communibus sensibilibus: sed potissimum in proprijs. nam aliquando omnibus illis conditionibus positis esse posset in communibus deceptio, vt in motu, & figura, & numero, & non in proprijs: ita, vt certè, & verè per sensum constet sensibile proprium, v. g. color, quod scilicet sit aliquid album vel nigrum, & tamen ignoretur, nec videatur, quæ sit figura eius rei, quæue quantitas, & an quiescat, vel moueatur res illa, quæ vere videtur alba vel ni-

gra: atque ita liquet, opinionem illam communem veram esse, ita intellectam, & eo addito quod diximus. Hæc est igitur huius difficultatis dissolutio, & similiter expositio Arist.

Argumentorum solutio patet. Ad primũ dico, quòd loquimur de veritate simplici, qua cognoscitur & apprehenditur res sicut est in se: & ista etiã est in sensu.

Ad. 1.

Ad secundùm ex dictis solutio patet. Vnũ tamen nota, quòd color pro isto colore mixtò est primum obiectum ipsius visus, sed vt lumen, & lucem comprehendit, & in hoc visus errare non potest.

Ad 2. Nota obiectum proprium visus.

An sensibile commune propriam sensui imprimat speciem.
Quæst. XIIII.

Difficilis quidem hæc est quæstio; sensus autem ipsius primò explicandus erit. Diximus superiùs, quòd sensus non percipit obiectum, nisi recepta aliqua qualitate, & specie ab illo. Cum igitur ex Arist. percipiamus duo, & proprium, & commune obiectum, dubitare quis posset an id fiat per vnam speciem, an per duas distinctas, ita, vt per vnam colorem, per alteram, magnitudinem corporis & figuram percipiamus.

Sẽsus quæstionis.

Videtur autem, quòd debeant esse distinctæ. Primò: sumo coloratum cùm moueatur, peto, Vel imprimit tantùm quod imprimebat antequam moueretur, vel aliud. Si aliud, habetur intentum, quòd motus per speciem propriam videtur. Si non aliud: ergo non percipietur res moueri, sicut nec antè.

Primũ argumentũ ad partẽ affirma.

Præterea secundò. Sumo coloratum corpus triangulare, & posteà facio idem quadrangulare; peto, Vel imprimitur sola species coloris, & sic eodem modo apparebit, sicut antè: vel imprimitur aliud, & habetur intentum: hoc erit species figuræ.

2. Arg.

Præterea tertiò. Magnitudo, figura, color, sunt formæ diuersæ: ergo per vnam speciem non possunt cognosci, sed per varias: ergo quodque sensibile proprium imprimit speciem.

3. Arg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4. Argu.

Præterea quartò. Sensibile per se immutat sensus, & potentia patitur ab eo: at commune est sensibile per se: ergo immutat sensum per se; hoc autem non faceret nisi imprimendo propriam speciem: ergo imprimit.

Prima opinio Auer. Cur sensibile commune sit per se sensibile.

Est igitur prima sententia. Auer. Com. 65. & duas causas assignat, quare sensibile commune sit per se. Altera est: quia est coniunctum necessariò cum sensibilibus proprijs, ideò est proprium sensibile non potest percipi absque communi: non enim albedo absque quanto percipi potest; Altera est; quia sensibile commune est obiectum proprium sensus communis.

Explicatio Auerroistarū.

Auerroistæ explicant, per sensum communem, non significare illum primū interiorem sensum, sed quemcunque particularem, vt sensus est: erit igitur sententia Auerrois, quòd visus percipit quantum, non vt visus, sed vt sensus; & deniq; commune sensibile est proprium cuique sensui, non vt talis, sed vt sensus est.

Reiicitur prima cū Auerro.

Vtraq; ista conditio non est satis, quantumcunque sic explicent, & defendere conentur Auerroistæ. Probatur de priori. Peto itaque cùm dicit sensibile cōe an sit necessariò cū sensibili proprio, vel velit significare, quòd commune absque proprio sentiri non possit: & hoc nihil est. nā sensibile per accidens hoc etiam habet: vel significat, vt ipsi volunt, quòd propriū absq; communi non sentiri potest; & hoc probat, quòd solùm quantum est commune: nam sine motu, & quiete, & numero percipi possunt obiecta propria.

Reiicitur secunda cū Auerro.

Nec secunda conditio seu causa est satis, imò nec vera: quia visus non percipit vt sensus est, figuram: non enim figura, etiam ipso Auerroe fatente, respicit sensum, vt sensus est; quia solo visu, & tactu percipitur. Sunt etiam alia, quę omnibus sensibus percipiuntur, & sic non respiciunt sensus, vt sensus sunt.

Nota.

Quidquid tamen de his sit, ex Auerroe non habetur distinctè, an per distinctam speciem percipiantur communia sensibilia magis: videtur tamen indicare negatiuam partem.

2. Opinio Ægid. & Sco. sensibilia cōmunia p- ducere p priam spēciem.

Altera sententia est Aegidij in præsenti, & Scot. 4. Senten. d. 12. q. 3. & Iandu. q. 18. quæ tribui solet etiam Albert. tract. 3. c. 5. sed non videtur id dicere, cùm cap. 4. oppositum doceat, vt dicemus. Hi tenent quòd communia sensibilia habent propriam speciem distinctam à specie sensibilis proprij. Horum argumenta sunt proposita in principio.

3. Opinio S. Tho. Ra & Philopo. & sensibile commune nō p- ducere p priam spēciem, sed modificare spēm sensibilis proprij.

Tertia sententia est S. Thom. vera in præsenti, & Philop. & Caie. Thie. & Paulo Veneti cap. 11. Pro cuius intelligentia aduertendum, quòd in specie possumus duo considerare. Vnum est, ipsa entitas, & substantia speciei. Alterum est, modus ipsius, quòd sic, vel aliter se habeat. Et est exemplum. In albedine possumus considerare ipsam albedinem, & modum ipsius, secūdum quem aliter se habet in corpore triangulari, aliter in quadrangulari; & sic etiam in specie.

Notā spēcē duo cōsiderare entitatem & modum.

Dicūt igitur, quòd vna est species, qua sensibile proprium, & commune simul immutant sensum: tamen proprium sensibile producit speciem quo ad entitatem suam, at commune dat modum, quem: quod est dicere, coloratum speciem producit: at quia coloratum est talis figuræ, vel talis magnitudinis, vel mouetur, vel quiescit, vel vnū, vel mutiplex est: ob id talem, vel talem speciem producit, nō distinctam, sed modificatam, & aliter se habentem: & hoc pacto etiam commune sensibile dicitur agere in sensum, quāuis non per propriam speciem. Hæc est sententia S. Tho. & aliorum.

Expōnit D. Tho. sententia.

Circa huius resolutionem sit prima conclusio: quòd sensibile commune non imprimit speciē distinctam à specie proprij sensibilis.

1. Concl. Sensibile commune nō imprimit speciē distinctā à specie proprio.

Pro huius probatione, aduerte vnum ex Alb. tract. 3. c. 4. quòd sensus non percipit formas sensibiles in abstracto, sed in concreto, & in individuo: vt visus non videt albedinē, sed hoc, vel illud album: gustus non percipit saporem, sed hoc, vel illud dulce. Vt enim corpus sine colore, ita etiam color sine quanto: inuisibilis est: quod etiam docet Arist. de sensu ca. 6. in principio. Sensus coniunctorum, & singularium sensibilium perceptiuus est, nō ipsarum formarū. Vnde notat Albertus, quòd Philosophi non dicunt sensus percipere formas singularium, sed intentiones: intentio enim significat speciem totius. Ex his habemus vnum, quòd sensus proprium sensibile cum communi inse-

Nota ex Alber.

parabi-

1. Ratio.

parabiliter, & per modū vnius percipit.

Hinc iam sumo argumētum primum. Sensus per modum vnius coniuncti, percipit singulare proprium cum communi sensibili: ergo per vnam simplicem speciem illud totū percipit: si enim per duas realiter distinctas, vtiq; non per modum vnius, perciperet, cùm illæ species nullā vnionem inter se faciant; & est, vt mihi videtur optimum argumentum.

2. Ratio.

Probatur secundò. Sequeretur, quòd vtrunque per se esset sensibile, & quātum absque colore, si esset, & color absque quanto: quod tamen impossibile est sentire. probo sequelam. Si vtrunque speciem producit immediatè, vtiq; vtrunq; suam produceet speciem, & non vnum per alterum. tunc vltrà sequitur, si duæ formæ immediatè suos effectus producunt, & non vna per alteram, quantumcunque separē tur illæ, adhuc producent. Vt si calor calefacit in corpore albo, & non per albedinem, & albedo disgregat, & non per calorem, separatę illę formę adhuc operabuntur. Sic igitur de quanto, & de colore erit in specie producenda singulorū propria, & distincta.

3. Ratio.

Præterea tertiò. Quia dicant mihi isti, quæ species erit à numero distincta ab alijs proprijs: similiter, quæ à motu, & quę à quiete. Profectò etiam si fingere velint, non videntur inuenire posse: a multitudine enim quomodo vna species simplex erit, & a motu vna species permanens, & à quiete, quæ priuatio est, vna posituua? Vanum ergo est, id affirmare.

2. Concl. Sensibilia cōia modificare speciē sensibilis proprij. Nō conclusionis.

Secunda conclusio. Sensibilia communia modificāt speciem sensibilis proprij, vt declaratum est in sententia S. Thom. Cùm enim proprium cum communi simul, & vt vnum percipiatur, vna erit species taliter se habens, ratione ipsius entitatis cognoscetur proprium, ratione modi cognoscetur commune sensibile. Vnde commune agit quidem in sensum, non secundùm substantiam speciei, sed secundùm modum ipsius.

3. Concl. Sensibile per accidens nec quo ad substātiā speciei, nec quo ad modū in sensū exteriorē agit.

Tertia conclusio. Sensibile per accidens, nec quo ad substantiam, nec quo ad modum in sensum exteriorem agit, sed coniunctum est cum eo, quod est sensibile per se.

Nota ex S. Tho. lect. 13. tria esse necessaria, vt fit sensibile per accidens.

Nota ex S. Tho. lect. 13. tria esse necessaria, vt sit sensibile per accidens.

Vnde fit esse triplex sensibile per accidens. Vnum, quod est quidem sensibile, per se respectu sensus alterius exterioris: vt dulcedo est visibilis per accidens, quæ tamen est gustabilis per se: denique sensibilia aliorum sensuum exteriorum sunt alijs sensibus per accidens sensibilia, quatenus iunguntur cum sensibilibus eorum per se.

1. Nec quo ad modū in sensū exteriorē agit. illud p accidens.

1. Notex S. Tho. tria necessaria, vt sit sensibile per accidens.

Not. 2. triplex sensibile per accidens.

1.

Alterum est sensibile per accidens, quod sentitur per se respectu sensus interioris, vt filius Diaris est visibilis per accidens, si albus sit: tamen per se à cogitatiua cognoscitur. similiter lupi inimicitia est visibilis per accidens oui, quæ æstimatiua cognoscit illam per se: cognoscit enim bruti æstimatiua singularia substantiæ in ordine ad operationem, vel subratione conuenientiæ, vel disconuenientiæ, vt notat Philop. & Aegid. non tamen secundùm naturam propriam, sicut cogitatiua hominis.

2.

Tertium est sensibile per accidens, quod Intellectu dignoscitur: vt video per accidens hominem, qui tamen est per se in Intellectu perceptibilis: ex quo fit, q bruto non fit substātia, vel vniuersale per accidens sensibile: quia non habet potentiā, qua per se cognoscat: bene tamen singularia substantiæ sunt ei sensibilia per accidens, quia per æstimatiuam cognoscit illa, non absolutè, vt paulò antè dixi.

3.

3 Condi. tio, vt sit sensibile per accidens.

Tertia conditio est, quòd facilè possit illud sensibile per accidens cognosci à potentia per se cognoscente. Vnde substātia nō dicitur propriè sensibilis per accidēs: non enim facilè ex tali cognitione Intellectus percipit illam in principio: modò tamen cùm cognita est, facile cognoscitur, saltem corporea.

Ad 1. & 2.

Ex his facilè est soluere argumenta. Primum, & secundùm solùm probant variari modum in specie, nō autem ipsum multiplicari.

Ad 3.

Ad tertium dico, quòd licèt in se diuerſę sint, tamen, vt ad sensum ordinātur, ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem vnius habent, & sic vna specie cognoscuntur, quamuis aliter, & aliter: reperitur enim modus & substantia in specie.

Ad 4. Ad quartum dico, quòd immutant nō prębendo substantiam specie, sed modū: & hoc sufficit, vt sint per se sensibilia.

An sensibilia communia sensu exterio re percipiantur. Quæst. XV.

DE Aristotelis sentētia nulla est controuersia: ipse enim manifestè docet communia per se sentiri sensibus exterioribus. Sed hoc non videtur verum, & est primum argumentum. Quies dicit priuationem: at priuatio, cum eius rationis sit, à nullo sensu per se potest percipi: ergo nō est sensibile per se.

Primum negum ad parte nega.

2. Argu. Secundò si sensus numerū perciperet, vtique id esset datum brutis: at bruta non percipiunt numerum cum nō possint numerare: solus enim homo inter omnia animantia numerare scit, vt docet Aristoteles sect. 30. problem. quæst. 5. qui petit, quare homini sit danda fides: respondet, quia solus scit inter omnia numerare, & solus Deum veneratur: non ergo est sensibilis per se numerus, sed ad rationem spectat.

3. Argu. Præterea tertiò. Motus non potest percipi absque memoria partium præteritarum coniunctarum cum sequentibus; at sensus exterior non habet memoriam: ergo non percipit motum per se.

4. Argu. Præterea quartò. Videtur esse plura sensibilia, quàm quæ ponuntur hic. Nam 2. de anima tex. 33. ponit, præter ista, vnum, & de sensi. cap. 4. ponit alia quatuor, scilicet obtusum, acutum, asperum, & lene.

5. Argu. Præterea quintò. Perspectiui ponūt decem, & nouem, vt patet ex Vitellione li. 3. in principio. & patet de aliquibus æquale, inæquale, simile, dissimile, maius, minus. experimur enim bruta illa percipere: nam canis viso osse maiori, relinquit minorem; & equus, sequitur vias rectas, relinquit asperas, & anfractuosas.

Primò ex plicentur hæc sensibilia communia.

Hæc sunt argumenta; ad quorum resolutionem aliqua sunt notanda, ex quibus tota difficultas, euacuatur. Primum est, declaratio illorum sensibilium communium quæ ponit Arist.

Quid per magnitudinem, figuram, & numerū intelligitur

Adnertendum ergo per magnitudinē intelligi molem & corpulentiam rei; per figuram, quæ corporibus naturalibus inest: per numerum; rerum discontinuationem.

Nota numerū dupliciter considerari.

Vbi notandum, quòd numerus dupliciter considerari potest. Vno modo, vt mensura est rerum numeratarū: & sic nullus numerat, nisi homo, quia numerum comprehēdit, percipitq; esse quatuor, vel tria, vel plura. Altero modo dicit ipsam discōtinuationem, & multitudinem: & hoc visu, & sensu percipitur, & ipsius oppositum esse unum, quod coniunctionem, & continuationem rei dicit.

Quid per quietem, & motū.

Per quietem rei consistētiam sub vno situ intelligimus: per motum autem recessum à situ, & multiplicitatem secundū locum: & hæc omnia, non quantum ad quid sint, sed materialiter, & secundùm quod existunt in re, vel potius secundùm quòd sunt modi corporis sensibilis sit vel aliter se habentis. Hæc est igitur declaratio illorum sensibilium.

Nota.

Secundò sensibile commune dicitur quod vel omnibus, vel pluribus sensibus exterioribus percipit.

Aduerte secundò, quòd dicuntur sensibilia communia, quia singula omnibus sensibus exterioribus percipiātur: sed vel omnibus, vel plurib⁹, seu multis, vt notant Simplic. Philopo. Auerr. & S. Tho. quamuis aliqui velint, quòd omnibus, inter quos videtur Themist. sed hoc videtur contra Aristot. qui de Sen. capi. 4. dicit expresse figuram & magnitudinem esse communia sensibilia, si non omnibus sensibus, saltem, inquit, visui, & tactui.

Quibus sensibus exterioribus, quæ sensibilia communia percipiantur.

Dicamus igitur cum his auctoribus. Figura & magnitudo visu, & tactu cognoscuntur non autem alijs sensibus: numerus autem omnibus. De tactu, & visu certum est: de auditu, probatur: quia sentit harmoniam in qua pluralitas est sonorū. Præterea gustus simul duos sapores percipiens diuersitatem, ac multitudinē percipit: similiter etiā olfactus plures simul odores percipit. Motus & quies visu & tactu percipiuntur, vt notum est. similiter auditu, hic enim per sensum continuum approximationem percipit corporis, qui motus est, similiter elongationem: eodē modo olfactus.

Dubiū de gustu.

At de gustu negat Philop. dicens, quòd non

non percipit gustus motum corporis, vt gustus est, nisi vt tactus est. Conueniunt enim in lingua vtrique sensus, scilicet gustus, & tactus. Dico tamē cum aliis, quòd etiam gustus illa percipit: nam gustu sentimus extēsionem saporis immutantis varias partes linguæ.

Vnum posset hic addi, quòd magnitudo omnibus percipiatur sensibus: nam cum omnia sensibilia propria in magnitudine sint, videtur quòd non possunt immutare, nisi per species modificatas à magnitudine, & sic ab omnibus percipitur quamuis imperfectè ab aliis præter visum, & tactum, at vnum sicut & visus, ab omnibus percipitur sensibus.

Tertiò, ponitur à ciua d ficol as an solo sē sus exte sion pri cipiantur an inte rioti.

Aduerte tertiò, quòd difficultas est, an ista communia sensibilia solo sensu exteriore, an simul cum sensu interiore percipiantur.

Prima opinio.

Apolli. q. 18. sensibilia communia solo sensu communi per se percipi arbitratur.

Secunda opinio.

Perspectiui, percipi à sensu exteriori, sed non solo, nisi concurrente sensu communi: & ita dicunt solum colorem & lucem à visu spoliato percipi: vocant sensum spoliatum solum sensum exteriorem remoto interiori.

Tertia opinio verior, quæ ad quæstionē respondet.

Sed ista omnia iā sunt euacuata. Diximus enim, quòd sensus nō percipit sensibile proprium, & commune, nisi coniunctè, & per modum vnius: vt ergo quisque sensus percipit sibi proprium spoliatus, ita percipit commune, quamuis non omnia, vt dictum est: nec est opus actione sensus interioris concurrente.

Ad ea, quæ ab Arist. posita sunt, fateor quòd illa, quæ in argumento quinto sunt posita, non percipiuntur à sensu exteriore spoliato, sed concurrente actione interioris sensus, & ideo forsan ab Aristot. prætermissa sunt, tanquam nō absolutè communia, & per se.

Quartò de errore sensus. In communibus sensibilibus multis modis errat sensus.

Aduerte quartò, quòd in communibus sensibilibus multipliciter errant sensus, & in ratione communi, & in particulari, & in applicatione subiecti, & in loco, vt suprà diximus. Quæ enim mouentur, aliquando quiescere, & quiescentia moueri videntur: & res per medium motum visę moueri videntur. Sunt alia multa, quę cuilibet nota sunt, & in capite sequenti aliquorum rationem reddemus.

Notandum tamen, quòd dupliciter dicitur sensus errare. Vno modo, cum in ipso error est, vt cū album nigrū, & magnū parvum oculo repræsentatur. Altero modo, cum est causa erroris intellectus, vel alia potentia, & hoc modo error accidit in sensibilibus, per accidens: errat enim Intellectus, vel potentia interior, ob sensum exteriorē, vt viso albo, errat Intellectus putans esse lac; & viso liquore, errat æstimatiua bruti iudicans aquā. Per hęc facilis est solutio ,ppositarū difficultatū.

Nota. Dupliciter errare sensus dicuntur, & in se, & vt eā. qua intellectus errat.

Ad primum dico, quòd quies nō formaliter pro priuatione sumitur, sed materialiter pro re consistenter, & permanenter se habente in vno situ.

Ad primum.

Motus autem similiter, non formaliter pro fluxu continuo, sic enim argumentū procedit; sed materialiter pro re aliter se habente secundum situm.

Ad secundum.

De numero autem iam diximus, non sumi pro mensura. Vnde cessat obiectio Greg. Nyssę. lib. de viribus animæ, cap. 3. qui dicit sensum nō posse cognoscere numerum vltra quatuor, nec figuram plurium quatuor angulorum: nec id percipit in ratione mensuræ.

Ad tertium.

Ad quartum dico, quòd vnum reducit ad numerum, reliqua ad figuram.

Ad quartum.

Ad quintum dico, quòd Arist. non posuit illa, vel quia non sunt purè per se, vt diximus: vel quia sub aliis, vt in causa cōtinentur: sub figura enim similitudo, & dissimilitudo: sub magnitudine æqualitas, & inæqualitas, & maius, vel minus concluduntur.

Ad quintum.

Caput septimum.

Cuius igitur est visus.

Tex. LXVI.

De singulis sensibus in particulari ac primò de Visu aliorum præstantissimo.

DE singulis in particulari exterioribus potētiis sensuū tractaturus, meritò à visu sumpsit exordium. Nam visus est nobilior aliis omnibus; vt sensus est, tactus quidem est necessarius, nō propter suā cognitionem, sed propter suam tēperiē, in qua animalis vita etiā cōsistit: at visus ob cognitio-

gnitionem ipſam antecellit & tactum, & alios.

Visus excellit aliros sensus in qua color.

Hæc autem excellentia cõſiſtit in quatuor. Primò in obiecti nobilitate, verſãe enim circa lucé & lumen, quę reliquas ſuperant ſenſibiles qualitates: ſimiliter videmus cœleſtia corpora, q̃ digniſſima ſunt.

1.

Secundò in obiecti vniuerſalitate: ſenſimus enim corpora, quæ nullo alio ſenſu percipi poſſunt, ſcilicet corpora cœleſtia & aſtra; ſimiliter corpora mollia, quę nõ habent ſonum; & ignem, & terram, quæ carent ſapore, & odore.

2.

Tertiò in corporum differentia: viſu enim diſtinguimus innumeras figuras, et corporũ modos, quos nullus percipit ſenſus: ob id Ariſt. 1. Metaph. cap. 1. dicebat, quòd viſus, maximè diligitur ad ſcientias inueniendas: quia multas differentias rerum manifeſtat. quòd ſi magis iuuamur auditu ad ſcientias, id eſt per accidẽs, quatenus voces ad ſignificandum ſunt impoſitæ; non enim ex natura ſua ſignificant; & quatenus per alios ſcire volumus.

Nota.

3.

Quartò immaterialitate, & altitudine cognitionis, quod apparet ex tribus. Primò ex citiſſima & velociſſima cognitione, quæ omnes alios antecedit; vt multò antè videtur fulgur, quàm audiatur tonitu, cum ſimul fiant. Secundo in clara, & manifeſta cognitione. Tertiò in eo, quòd vno contrario non impeditur ad alterius cognitionem: guſtus enim, qui percipit amarum, manet per tempus ineptum ad dulce; ſimiliter quilibet alius non ſic viſus, imò cum albo, & nigrum ſimul perfecte videt. Adde etiam quartum: in diſtantia enim remotiſſima videmus. meritò ergo à viſu incipit, ac iuxta ipſius methodum ab obiecto.

4.

De obiecto Viſus, & de Viſibili.

Incipit igitur ab obiecto. Quia autem dixerat in fine textus præcedentis, quenque ſenſum ad proprium referri obiectum, & non ad commune; ex hoc ſermonem continuans, dicit, viſum per ſe referri ad viſibile, vt ad proprium obiectum.

Quid ſit hoc viſibile.

Ad quod ſit iſtud viſibile, exponit per enumerationẽ inferiorem, ſcilicet, eſt color, & pariter alia, ſcilicet qualitas, quæ multa etiam noctu videntur, vt lampides, & conchæ, & ligna putrefacta: de q̃bus inferius dicetur: oratione ergo explicari poteſt obiectum viſus, non tamen vnicum eſt impoſitum nomen: ſunt enim alia præter colorem, quæ videtur; de quibus in proceſſu capitis dicit ſe dicturum.

De colore, quomodo ſit viſibile.

Primò tamen colorẽ explicat, dicitq̃, ipſam eſſe viſibilem: At qualiter viſibilis ſit, docẽs, ponit hęc verba: Eſt in eo, quod eſt ſecundùm ſe viſibile: ſecundùm ſe autem, non ratione, ſed quia in ſe habet cauſam, vt ſit viſibile. Quæ verba variè exponuntur. S. Tho. & Caiet. & communiter Latini, & Auerroes hunc ſenſum facere arbitrantur; quod color non ſit viſibilis ſecundùm ſe, ratione, ideſt in primo modo dicendi per ſe, vt prędicatum ſit de definitione ſubiecti; non enim, color eſt viſibilis, eſſentialis eſt p̃dicatio; ſed eſt in ſecũdo modo, quia ſubiectum eſt cauſa prædicati; vt homo eſt cauſa riſibilitatis, ita & color viſibilitatis.

Prima expoſitio textus Ariſt.

Reiicitur prima expoſitio.

Hæc expoſitio nõ placet: non enim eſt conſentanea literæ Ariſtotelis. Non enim dicitur, color eſt viſibilis ſecũdùm ſe; ſed in eo eſt, quòd eſt viſibile ſecundùm ſe. Præterea non eſt doctrina omnino vera: quia viſibile non eſt in ſecundo modo dicendi per ſe de colore. Color enim nõ eſt de definitiõe viſibilis, ſicut nec homo eſt de definitione ſenſitiui, quia viſibile immediatè prædicatur de colore, ſunt enim alia viſibilia præter colorẽ, vt dixit Ariſt.

Secũda expoſitio verior.

Dico ergo cum Themiſt. quem ſequũtur, Simplic. & Philop. quòd Ariſ. vult declarare, qualis color eſt viſibilis. Dicit autem eſſe eum, qui eſt in ſuperficie corporis. Superficies autẽ eſt ſecundum ſe viſibilis, non quòd ipſa videatur, ſed quòd ipſa ſit, quæ colorem viſibilem recipit, ac corpus per ipſam videtur: non enim profundum corporis, niſi per extimam ſuperficiem videtur in plurimum. Et hæc eſt conſona literæ Ariſtotelis expoſitio.

Omnis enim color motiuus eſt. Tex. LXVII.

Definitur quid ſit color.

Olorẽ definit, eſſe motiuũ ſpicui i actu, id eſt, corporis illuminati trãſparẽtis: & hãc eſſe ipſius dicit eſſe naturã. Color enim dupliciter conſideratur: Vno modo ſecundum ſuã naturã abſolutè: & ſic non dẽt definiri per perſpicuũ: Altero modo, vt viſibilis eſt:

Nota.

lis eſt: & ſic tali definitione definitur, quę eſt ipſius natura, vt viſibilis eſt: eſt ergo color id, quod ſuas ſpecies non mãdat in viſum, niſi per medium, diaphannum illuminatum, quod dicitur actu perſpicuum. Vnde ſit, q̃ color non ſit viſibilis, niſi in lumine: lumen enim eſt, quod actuat diaphanum, vt moueri poſſit a colore. Vt igitur definitio coloris nota ſit, incipere oportet a declaratione luminis, ſine quo color viſibilis non eſt: agit ergo prius, quid lumen ſit.

Eſt igitur aliquid perſpicuum. Tex. LXVIII.

Definit perſpicuum.

Vid lumen ſit, explicaturus, à ſubiecto incipit, id eſt perſpicuo, ſeu diaphano, quod idem eſt: ac ſuppoſito vno noto, id eſt, diaphanũ eſſe, quid ipſum ſit, ponit, dicens, perſpicuum eſſe, quod ſecundũ ſe nõ eſt viſibile, niſi per colorẽ externum.

Prima definitionis expoſitio Simpl. &c.

Hæc definitio eſt variè expoſita. Simpquem ſequitur Auer. & S. Tho. & alii Latini, colorem externum lumẽ intelligũt: eſt enim color quiddã ipſius perſpicui: in eo enim recipitur: dicitur tamen externus, quia non eſt conſtans, & ab externo prouenit: propter quod etiam Ariſto. de ſenſ. c. 3. dixit colorem eſſe per accidens. Dicunt ergo, q̃ perſpicuum nõ videtur, niſi per lumen, & cum illuminatum eſt.

Reiicitur prima ex poſitio.

Huic expoſitioni obſtat hoc vnum, q̃ coloratum etiam opacum nõ videtur, niſi per lumen, vt notum eſt: non ergo eſt ſufficiens definitio, niſi aliquid addatur.

Secunda expoſitio Philop. Simplic.

Altera eſt expoſitio Philoponi: q̃ per colorem alienum, intelligit colorem corporis opaci obiecti. Vt ſit ſenſus, perſpicuum etiam illuminatum ſecundum ſe, nõ eſt viſibile, niſi obiiciaẽ corpus opacum, in quo terminetur viſus: non enim videmus aerem, niſi terminato viſu in obiecta corpora.

Probatur experientia.

1.

Experientiam ponit Philop. Si lucerna ponatur intra ollam dpetto ore in loco obſcuro, lumen ſolum videbitur in tecto, & nullo modo in aere medio illuminato.

2.

Adde etiam aliam: cum enim pluit, non inſpicimus guttas in aere, niſi i oculo terminato in obiectum opacũ, vel in obſcurum aliquod. Eſt igitur perſpicuum, quod alieno colore percipitur.

Occurrit obiectioni.

Nec obſtat, ſi ſit cornu, vel vitrum, quę per ſe videntur: non enim planè perſpicua ſunt. Et hæc eſt bona expoſitio.

Qua ſint perſpicua exemplo oſtendit, & cur.

Declarato, quid perſpicuum ſit, exemplo manifeſtat, quæ perſpicua dicantur. Dicit aerẽ, & aquã eſſe perſpicua, & multa ſolida corpora, vt cornu, vitrum, chriſtallus, & corpora cęleſtia: nec ineſt iſti perſpicuitas ſecundum quod talis eſt natura: nõ enim aqua pſpicua eſt, vt aqua: nec aer, vt aer: ſed per quandam naturam communem, qua omnia conueniunt.

Dubium.

Aliqui dubitant, quomodo eadem natura dicitur ineſſe corpori cœleſti, & corruptibili.

Solutio.

Aliqui dicunt, quòd eſt identitas analogica. Sed nullum eſt abſurdum, ſi dicamus, vniuocẽ conuenire in genere corporis, & talis corporis. Genera enim & differentia magis formam dicũt, quam materiam: & quãuis materię differant, tamẽ in eodem genere poſſunt eſſe, ſaltem cõmuni. Sed de hoc late alibi dicemus.

Dici etiam ſecundò facilẽ poteſt, hãc naturam cõmunem non eſſe eſſentialẽ, ſed formam quandam accidentalem, quę vocetur diaphanitas, ſeu pſpicuitas corporis, forma videlicet pſpicui, vt perſpicuum eſt; quæ facit eſſe aptum, & in potentia, vt lumẽ intra ſe recipiat. Sat ergo nunc ſit, quòd nulli eſt propria pſpicuitas. ſi omnibus his communis eſt, vtriq; communis dicatur.

Lumen autẽ eſt actus huius. Tex. LXIX.

Definitur quid ſit lumen.

Conſtituto, quid ſit perſpicuũ, quid lumen ſit, oſtendit, dicens, lumen eſſe actum perſpicui, vt perſpicuum eſt. Vt ſit ſenſus, perſpicuum eſt quod alieno colore eſt viſibile potentia, qua videri poteſt: id quod perſpicuum terminatum reducit ad actum, vt videatur, lumẽ eſt: Vnde per alienum colorem acquirit potentiam, vt videri poſſit: ſecundum ſe enim non poteſt videri: per lumen autem, actũ, vt videatur, habet: eſt ergo lumen actus perſpicui, vt tale eſt, id eſt, vt poteſt videri.

Vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbi autem lumẽ actu est, sunt tenebræ in potentia. Sunt enim tenebræ priuatio luminis, vnicũque insunt subiecto, non simul, sed cùm vnum actu est, alterum est in potentia.

Quæ causa efficiés actu perspicui.

Causam efficientem perspicui actu docet, dicens, esse ignem, vel cœlũ, vel aliud corpus lucidum. In hoc enim cõueniunt superiora corpora cũ inferioribus, quòd lucẽ participant, qua actuant perspicuũ.

Quid igitur perspicuũ, & quid lumen.

Errores tres reiiciuntur Antiquorũ circa lumen assentium esse corpus.

EX definitionibus luminis, & perspicui positis tres reijcit errores. Primus est quorundam, qui ignem quendam putabant lumẽ, vt Plato. Alij corpus quoddam diuinũ, vt Empedo. Alij rasuras corporis lucidi, vt Democri. quòd si rasura erat lumen, corpus etiã erat: rasura enim corpus est. Omnes igitur hi tres, lumen faciebant corpus.

Prima rõ Aristo.

Quos reijcit Arist. duplici argumẽto. Alterum est: quia duo corpora se penetrarent: quod est impossibile. Sequela patet: nam diaphanũ corpus est, lumen aũt est vt color illius existẽs in ipso toto, etiã in profundo: quòd si lumen corpus est, penetraretur cum perspicuo: non est igitur corpus, sed ex præsentia corporis lucidi proueniens in perspicuo, s. corporis esse actus, non autem ipsum corpus.

Videtur autem lumen cõtrarium. Tex. LXX.

Propredicta rationẽ.

OStendit nõ corpus ipsum, sed habitum, ac qualitatem corporis effectum esse, lumen: quia tenebræ, & lumen opponuntur: sed tenebræ dicunt priuationẽ actus in perspicuo: ergo lumen est actus, & non corpus: Tunc enim non esset actus, & formam: nec tenebræ essent priuatio in perspicuo. Si enim corpus esset, reciperetur vbi sunt tenebræ, & priuatio: cumq; hæc sit in toto perspicuo, esset corporũ penetratio: quod quidem impossibile est.

Et non rectè Empedocles.

Secunda ratio Ari.

ALterum argumẽtum ponit, reijciens dictũ Empedoclis. Argumẽtũ est; quia si lumẽ esset corpus, vtiq; moueret localiter, cum per aerem diffunditur ab Oriente in Occidens: at non mouetur, vt experientia ostenditur: non ergo corpus est.

Solutio Empedo. reiicitur.

Respondet Emped. quòd mouetur quidem, sed nos latet. Hoc reiicit, dicens, esse contra rationem, & cõtra experientiam. Si enim esset motus, quomodo in tãta distantia occultaretur, quamuis esset citissimus? Dicere autem quod in tam immensa distantia motũ corpus non percipitur, est magna petitio, id est, dicit absque probatione: quod difficillimum est creditu.

Est autẽ coloris quidem. Tex. LXXI.

Probant perspicuum ap tum esse ad recipiendum colorem.

OVia colorem dixerat motiuũ perspicui, nunc ipsum perspicuum aptum esse ad suscipiendum colorẽ, & vt ab ipso moueatur ostendit: facitq; argumẽtum. Corpus, quod colore vacat, est maxime aptum ad suscipiendam immutationem a colore.

(Intellige inter ea, quæ à colore moueri possunt): sed perspicuum est maximè colore vacans: ergo est susceptiuum colorum. Maiorẽ a simili ostendit. Id enim est susceptiuum soni, quòd absonum est: & vniuersaliter, quod suscipit, debet secũdũ se denudari à natura suscepti. Minorem probat: quia perspicuum est inuisibile.

Explicat quomodo inuisibile, vt notãt Alex. & Philop. quia vix videtur: sicut tenebrosum dicitur, vix videri. Ita est perspicuum, non cum actu est, sed cum potẽtia: cum autem actu est, videtur quidem, sed in termino alieno, vt diximus.

Occurrit obiectioni.

Nec idcirco putes, esse diuersum cum lumine, vel sine illo: nam idem est subiectum, quod modo sub lumine, modo sub tenebris est: & hoc significat, cum dicit, Eadem natura modo est lumen, modò tenebræ.

Non

Non omnia autem visibilia. Tex. LXXII.

Quòd nõ solus color sit visibilis, sed alia etiam visibilia videantur in tenebris.

COlorem non solum esse visibilem, ita, vt nihil aliud videatur, ostendit, cum alia etiam sint visibilia, à quibus omnibus distinguit colorem ex definitione ipsius posita. Dicit igitur, quòd non omnia sunt visibilia in lumine, sed solus color proprius cuiq; corpori. Sũt enim aliqua, quæ in tenebris videntur, vt aliqua ignea & lucem participantia, quę vno communi nomine earent, vt cornu, fungus, putre facta ligna, & aliqua huiusmodi. Hæc enim habent colorem, & simul lucem aliquam: in tenebris ipsorum lux apparet, in die verò ipsorum color: cuius causam posterius dicit esse tradendam, & nos etiã in quæstione dabimus.

Nota.

Nunc autem in tantum. Tex. LXXIII.

Excusatio cur non reddatur causa huius rei.

EXcusauit se à tradenda causa, quare quædam in tenebris appareant ipsorum colore latẽte. huius excusationis dat modò causam: quia id non ex professo dictum est, nisi vt manifestetur coloris definitio, & natura: color enim videtur, sed in perspicuo actu iam: at illa alia sunt quidem visibilia, sed non indigent perspicuo facto in actu.

Colorem solum videri cum actu perspicui.

Quòd autem color non videatur, nisi in perspicuo actu, à signo probat. Si enim coloratum supra visum ponatur, non videtur: quod nõ aliunde prouenit, nisi quia deest perspicuum actu, scilicet aer illuminatus: hunc enim mouet color, & aer motus mouet oculũ, cui ipse contiguus est.

Non enim bene hoc dicit. Tex. LXXIIII.

Reprehẽsio Democriti, vbi probat requiri medium.

REprehẽdit Democritum, qui non solum non esse necessarium putabat perspicuum ad videndum, sed dicebat potius esse impedimẽto: vnde si esset vacuũ à terra in cœlum, vtiq; formica existens in cœlo, exquisitissimè perspiceretur.

Contra hoc facit argumentũ, ad ostendendum necessitatem medij in visu. Non fit visio, nisi existente aliqua passione ab obiecto: sed à colorato non potest oculus pati, vt signo superius ostendit: ergo debet pati a medio: in vacuo igitur nihil videri posset.

Aliud tertium visibile.

Aliud visibile tertium cõstituit, scilicet ignem, & lucentia corpora: hæc enim nocte, & diu videntur: nocte enim faciũt ipsa actu perspicuũ: illuminãt enim mediũ.

Nota. Differentia inter colorem, & alia visibilia in ipso medio.

Vbi notandum est, quòd ad visionem semper concurrit perspicuum actu, & medium illuminatum, sed non eodem modo in omnibus visibilibus. Color enim præsupponit aliunde illuminatum medium, & post ipsum mouet: at reliqua mouent medium ipsum illuminando, & faciẽdo actu: ob id bene definitur color motiuus actu perspicui.

Differentia inter primum visibile, & vltimum.

Est etiam differentia inter primum visibile, & vltimum: q. primum in solis tenebris, & nocte videtur, non autem die: si autem die videtur, non est id, quod nocte videbatur, sed color. habet enim colorem & lucem. at ignis, & alia huiusmodi & in die, & in nocte videntur, solamq; lucem habent absq; colore. quorum causas & rationes trademus in quæstione de colore post capitis expositionem.

Eadem autem ratio est, & de sono. Tex. LXXV

Quòd sensibile supra sensum non facit sensationem, & medium requiritur.

QVod de visu dixerat, scilicet, indigere medio, quod sensibile, supra sensum positum non facit sensationem: dicit modo commune esse omni sensui, scilicet auditui, odoratui & alijs, quamuis in gustu, & tactu, id non videatur; sed tamẽ habent re vera medium, non quidem aerem, vel externum quid, sed internum, & quod sit pars, puta, caro, vel quid aliud, vt in ipsorum disputatione dicetur: vnde sumitur illa communis propositio: Sensibile supra sensum non facit sensationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Medium autem sono quidem. Tex. LXXVI.

In quo differat medium visus à cæteris.

Distinguit mediũ visus ab alijs Medium visus, est perspicuũ omne, siue aer, siue aqua, siue aliud: auditus verò aer: olfactus verò aer, & aqua, vel aliquid commune eis, quod non habet nomen: in visu enim nomen habet, scilicet perspicuum, non tamen in olfactu.

Signo autem id ostendit: nam pisces odorant sine respiratione in aqua: terrestria verò progressiua per aerẽ: nõ enim absq; respiratione odorant: cuius causam dicet se traditurum post. lib. de sens.

Nota 1.

Ea verò est: quia instrumentum odoratus in respirãtibus, operculũ habet ante, quod sola inspiratione eleuatur: at in non respirãtibus sensorium est in propatulo.

Nota 2.

Habes igitur, quid obiectũ visus, & quid medium: potentiam relinquit; quia facile est per hæc definire: est enim vis animæ organica colorum, lucis, & luminis primò perceptiua. Hæc Arist. docet de visu.

An oculus sit sensorium visus. Quæst. XVI.

Cur agendum de sensorio, seu organo visus, hoc est, de oculo.

Placuit ab hac disputatione inci pere, vt totam oculi compositionem proponerem, quæ maximè digna est scitu, nec Philosophus tam miræ cognitionis debet esse ignarus, quamuis non hoc ad hanc Philosophiæ partem attineat: Lege Arist. 1. histo. ca. 9. qui aliqua de oculo dicit: lege Galen. lib. 10. de vsu partium per multa capita: & Vessalium lib. 7. ca. 14.

Pingò ponitur descriptio oculi, & partium eius.

Figura oculi.

Humor christallinus.

Aduerte igit, quòd oculus corpusculũ est rotundũ maxime, quamuis, non in mathematica rotunditate: est etherogeneum diuersis constans partibus: in ipsius centro est substantia quædam, cuius consistẽtia est sicut blanda cæra, cuius color est perlucidus similis christallo, vel glacieì: ac ob id humor christallinus, seu glacialis dictus: figura autem est, sicut si duas globi extremas partes, ablato medio coniungeres, vel sicut lupinus.

Humor vitreus.

Huius media pars rotunda versus cerebrum est immersa cuidam alteri humori, ac ei supernatat, sicut ligneus globus in aqua, cuius vna medietas aquis tegitur, altera est discooperta. Ille humor dicitur vitreus, in colore similis vitro cocto, in cõsistentia similis vitro fuso in fornace.

Tunica retinea.

Posterior altera pars christallini, quæ discooperta est versus obiectum visibile, quadam tegitur tunica, quæ aranea dicitur ob subtilitatem: tamen fortis est, valde & transparens, talisque vt extracta, & posita supra opacum faciat res apparere, sicut speculum: & iste humor cum tunica hac, pupilla dicitur oculi, in qua apparet vnusquisque, cum respicit se in oculis alterius.

Pupilla oculi. Nervus opticus.

Vlterius, à cerebro procedit nervus, qui dicitur opticus, id est, visiuus, & procedit per foramen, quod est in concauitate caluariæ, vbi est oculus vsq; ad vitreum humorem, et quando est propè, degenerat à substantia nerui, & dilatat se ambiens humorem vitreum, vsq; ad extremitatem telæ araneæ: araneam autem discoopertã relinquit: hæc dicitur tunica retina, quia ad similitudinem retis distincta est varijs venulis, & arteriis plenis sanguine, quo alitur humor vitreus, ex vitreo autẽ christallinus: hic enim ob sui subtantiam puriſſima non immediatè ex sanguine alitur, nisi prius in vitreum humorem conuerso.

Tela Aranea. Tunica retina.

Duplex tunica nerui optici. Meninx. Dura mater.

Vlterius, nervus hic cũ à cerebro progreditur, venit vestitus duplici tunica: vna sibi immediata, quã sumit à meninge: altera mediata, quam sumit à dura matre. Sunt enim inter cerebrum & caluariæ os à parte interna duæ tunicæ, inter quas multæ sunt venæ. Proxima cerebro, dicitur meninx, seu pia mater: altera, dura mater: à priori sumit nervus primam tunicã, à posteriori alteram.

Tunica Vuea.

Postquàm igitur nervus fecit tunicam retinam oculi, prima eius tunica etiam se dilatat, ambitq; totum oculum, relicto rotundo foramine, quo maneat discoopertа aranea. Et hæc tunica dicitur vuea, quæ assimilatur vuæ, in qua ablato pedunculo, manet foramen. Est nigra, vt adumbret lumen magnum exterius: lumen enim magnum impedit visionem: & vt quasi in specula opaca maneat oculus: vt dens facilius res in lumine exterius, dicitur nigrum oculi, & iris oculi minor.

Iris oculi minor.

Ab alia nerui tunica se dilatat alia, q̃ totum oculum ambit, & in parte anteriori versus obiectum hẽt medietatẽ rãspartem: & hæc dicitur cornea, quia est sortissima, & fieri posset ex ea lamina, sicut ex cornu. Quæ autem pars ex ea transparens est, dicit̃ iris oculi maior: hæc autẽ est diuersorum colorum in hominibus: dicuntur enim quidã oculos cæsios habere, alii glaucos, alii virides, quæ diuersitas solum est in hominum oculis, vt docet Arist. 1. hist. cap. 10. est autem hæc tunica tam fortis, quia est fortis, contigua cum aere: debet ergo maximè resistere lę sionibus extrinsecis.

Tunica cornea.

Iris oculi maior.

Humor albugineus.

Vlterius, ab illa tunica aranea vsq; ad corneam, & etiã vsq; ad vueam, est spacium quoddam: est enim vuea ampla magis, & quæ non est omnino adæquata aranææ. In hoc spacio est humor quidam albugineus, similis enim est ouialbugini: hic sustinet partes vueæ, ne collapsæ supra araneã, impediant visionẽ: præterea humectat araneã & christallinũ, ne exiccentur ab externo, & destruat visus.

Pericraneum.

Vlterius, tunica capitis exterior, quæ supra periostiũ est, diciturq; pericraneũ: cum diffundit se per oculi concauitatem, facit tunicam quandam ambientem oculum, & affigentem suo loco: quæ tunica extenditur vsq; ad extremitates corneę, & circuli maioris, & hæc, albũ oculi, & ista est multũ pinguis interius, vt suo calore foueat oculi humores ne congelent, ac propter hanc dixit Arist. oculum non frigere. de sens. c. 3. & Probl. sect. 31. q. 23. idcirco dicitur ista tunica consolidatiua, coniunctiua, & adnata, id est, exterius natat: fouet enim oculum, & coniungit cum caluaria.

Tunica consolidatiua, seu coniunctiua, & adnata.

Tres humores in oculo, & quinque tunicæ.

Sũt igitur in oculo tres humores, christallinus, vitreus, & albugineꝰ: & quinq; tunicæ, aranea, retina, vuea, cornea, & alia dictam superciliarem. Ab extremis enim araneæ vsq; ad vueam, sunt venulę vndiq;, quæ coniungunt araneam cum vuea. Sed reuera hæc non est tunica, sed venulæ, quibus fertur nutrimentum ab vuea in araneam. Hæc igitur sunt ex quibus oculus integratur.

Nota.

Palpebræ, cilia, & supercilia.

Alia etiam apposuit natura ad cõseruationẽ ipsius, vt palpebras, cilia, supercilia, & superiorem nasi partem: quæ omnia perscrutari, eorumq; perquirere causas extra modum esset digredi.

Secundò agitur de musculis & motib' oculorũ ad videndum.

Aduerte secundo principaliter, q̃ tunicæ candidæ oculi, sex musculi coniungũtur, ratione quorum oculus varios motus sortitur ad res videndas: qui musculi ad vnum confluunt, qui oculum sustinẽt, & sic septem fiunt musculi, in oculo, p̃ quos spargitur nervus a cerebro proueniens per foramen caluariæ, quòd est ad latus. Sunt enim duo foramina in concauitate caluariæ, vbi est oculus. Vnum directè oppositum cẽtro oculi, & per hoc procedit nervus opticus, & visiuus. Alterum ad latus interius, & inde procedit nervus motiuus a secundo coniugio nervorum tractus: & per hoc foramen proueniunt ex cerebro lachrimæ: hæ enim per exteriores partes oculi procedunt, scilicet inter tunicam candidam, & palpebras.

Qui, & quot musculi moueant oculũ.

Quot oculorum sint motus.

Ratione ergo horum musculorum, sex motus insunt oculo: sursum rectè, deorsum rectè, ad latus versus angulum nasi, qui dicitur internus, & ad latus versus angulum exteriorem: quintus, & sextus sunt semicirculares: alter sursum ab angulo externo versus internum, alter deorsum versus externum ab interno, & quisq; medio peculiari musculo exercetur. Hæc est igitur plena oculi descriptio.

Nota.

Vnum tamen nota, quòd natura noluit vnum oculum animali tribuere, sed binos singulis, & vt perfecta esset cognitio, vt inferius declarabitur, & vt vno deficiente, non statim tanta priuaretur cognitione.

Cõsilio oculorũ quamus. ter se.

Quamuis vero duo sint, scias tamen, quòd vnionem quandam habent inter se nervus enim opticus à cerebro bifurcatus procedit, qui paulo post coniungitur, ac vnus fit: post iterum in duos diuiditur ac quisq; in suum oculum proficiscitur. In hoc nervo, spiritus visiui sunt, per quos vis mandatur à cerebro in oculos, & per eosdem species rerum visarum ad sensus interiores ascendunt. Sunt præterea tam colligati oculi, vt non contingat vnum moueri, quin simul & alter: & qui puncto opponitur vnus, etiam opponatur & alter: & in vnum obiectum punctum simul respiciant, adeo vt cum aliquo impedimẽto aufertur ista vnio, vnum apparet duo:

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt in his qui digito premunt oculũ: quod non esset, si vnus oculus clauderetur.

Tertiò dissoluit præcipua difficultas, quæ parte sit potentia visiua.

Aduerte tertiò, suppositâ hac partium multiplicitate, difficultatẽ esse inter Philosophos, in quo consistat visiua potẽtia. Quidã enim in humore christallino ponunt: quod Arist. dicit 1. huius. cap. 9. Quidam in tunica retina, quidam in aranea, quidam in humore vitreo, quidam in cõiunctione illa neruorum opticorum.

Variæ opinabiles.

Alb. Summa de homine, dicit visiuam potentiam, quantum ad initium, esse in humore christallino; quantũ ad progressum in neruo, & in spiritu; quantum ad perfectionem in sensu interiori.

Cõclusio.

Mihi videtur esse dicẽdum, in humore non esse visiuam potentiam, cùm humor nõ sentiat, nec vitam habeat sensitiuam: sed puto, pbabilius esse in tunica aranea, quæ pupilla dicitur. Læsio enim quæ fit in hac, visionẽ auferi; & obiectum huic directionẽ habet, secundùm quam videmus: nõ enim nisi rectè oppositã percipimus.

Quartò agitur de modo, quo videt oculus.

Aduerte quartò. Hæc est natura potentiæ visiuæ, & visionis, vt non nisi recta videamus per se: & quò magis rectè opponuntur, & perfectius videntur. Et hæc est causa, quare natura fecit oculum rotundum; non enim posset magnas moles percipere, nisi foramen illud pupillæ circulare esset in corpore rotundo: si enim esset in plano, tunc non posset opponi rectè, nisi paruis corporibus: solùm autem ea percipiũtur, à quibus secundùm quamlibet partem visam possunt mãdari lineæ rectæ vsq; in oculi centrum: Cùm autem illud foramen sit in corpore rotũdo, tũc multum ambit, & complectitur moles, à quibus possunt facilè trahi lineæ rectæ ex singulis partibus vsque ad oculum: ideoque est propositio Perspectiuorum, Oculus quantitati percipiendæ non sufficeret, si rotundus non esset.

Cur natura fecit oculũ rotundum.

Ex his soluuntur duo problemata.

Hoc soluit duo problemata. Alterum est: quare moles magnæ, vt vrbes, & turres à longẽ totæ videntur, prope verò nõ nisi ex parte. Ratio est: quia dum à longè sunt, opponuntur per rectam lineam pupillæ, & videntur secundùm omnes partes: at cùm prope, non opponuntur rectè nisi secundùm aliquas partes.

1.

2.

Alterum est: quare cùm aliquid oblatum manu, bene perspicere volumus, ad aliquam separamus distãtiam. Ratio est, quia cùm distat, magis rectè opponitur oculo, magisq; ipsius opponitur centro: quò autem rectius est, perfectius videtur.

Doctrina Perspectiuorũ, ex quo pulchrè exponit quò videamus.

In hac visionis natura perspectui suam doctrinam fundant: nam, quia non videmus nisi rectè opposita, dicunt nos per rectas lineas videre. & quia quæ videntur, aliqua per lineam directam centro pupillæ videntur: aliquæ partes verò per lineas lateraliter directas: dicunt, quòd videmus per triangulum, seu per pyramidẽ, quam vocant visualem. Dicũt angulum huius, qui dicitur conus, esse in oculo, & basem in re visa: lineam aũt diametralem, idest directionem illam perpendicularem supra rem visam, vocant axem: & quia illa est certa cognitio, & perfectior, dicunt, quòd per axem certificamur de re visa.

Soluitur alia duo problemata.

1.

Ex quo tolues problemata duo. Alterum: quare dum perfectè aliquid aspicere volumus, per totum hinc inde oculos vertimus, cùm in principio totum inspexerimus. Dico, quòd verum est, totum priùs visum fuisse: tamen perfecta cognitio est per axem, id est, per cognitionem directam, quando à re visa in centrum oculi linea cadẽt perpendiculariter, & hunc axem vertimus in partes diuersas, vt totũ perspiciamus perfectè.

2.

Alterum est: quare figuræ in aquis expressæ non percipiantur ipsis aquis agitatis, vt dicit Arist. lib. de insomnijs cap. 3. & lib. de diuinatione in fine. Ideo, quia non possumus axem firmare, nec vllam firmiter rectã plectẽ habere cognitionẽ.

Quintò ostenditur quare aqua agitata & inæqualis oculos visu deuertat.

Aduerte etiam, quòd per hunc axem percipimus motum, & quietem. Cùm enim variatur axis, & ista cognitio directa, motus apparet, in quo solet esse deceptio oculi: mouet enim iste axis, & variatur, cũ obiectum sitũ mutat; vel cũ ipse sentiens mutatur obiecto quiescente.

Reddit ratio aliorũ quorũdam apparentiũ in motu & quiete.

Ob id dum iter facimus, apparent mõtes moueri. Simliter ebrijs, vt dicitur sect. 3. Probl. q. 9. cuncta moueri apparẽt: spiritus enim vi caloris agitari, hinc inde mouentur, & faciunt res apparere motas imò geminas, vt dicebat ille.

Cum bibitur concha, tum iam vertigine terrum
Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis.

Præterea.

Præterea aliquando obiectum, & sentiens, simul mouentur: & quia idem manet axis, vtrumq; stare videtur: quod accidit iis, qui in triremibus existentes, respiciunt alios in aliis, vento flante & triremibus motis.

Sexto redditur ratio, cum fiat oculi duo, vna tamen apparet res, & cur aliquando duæ apparent cum sint: vna?

Aduerte vlterius, q̃ quamuis sint duo oculorum axes, tamen vterque in idem punctum visum terminatur, ita, vt ab illo in oculi vtriusque centrum possis lineas mandare rectas, & ob id vnum non apparet duo: at cum separantur axes, vel compressione oculi, vel alia causa, fiunt axes non vniformes, & sic res visa multiplicata apparet.

Cur oculo vno solo melius percipitur rectitudo distantiæ, vt in Sagittarij.

Vnum tamen nota multum, q̃ oculo vno percipimus rectitudinem distantiæ obiecti oppositi; non enim est regula tã directa, quàm oppositio oculi ad rem visam; ob id Sagittarii vtuntur vno oculo, pro regula attingendi scopum: quod dixit Arist. sect. 31 proble. q. 23. claudunt enim alterum: quia ille alter respicit per alteram lineam, secundum quam nõ mittitur sagitta.

Cur vtroque oculo melius percipitur distantia q̃ vno solo.

Et ad percipiendum certam distantiã, & terminum, vtimur vtroque oculo: ibi est enim res visa, quãtum ad finem distãtiæ, vbi applicat oculus vterq; suũ axem. Et hæc est notada causa, quare, oculo vno clauso, nõ possis statim filum in acus foramẽ introducere, nec punctum signatũ digito attingere. Et ebrius dici solet, q̃ digito non possint facere congredi digitũ: quia axes turbati sunt. Placuit ista misce re in præsenti ex aliena facultate, vt aliam harum rerum cogitationem darẽ, multaq̃ue alia intelligendi in his viam aperirem.

Septimo ex dictis respondetur ad q̃stionem initio propositam.

Supereſt iam vt respondeaẽ vno verbo ad quæstionem. Dico igitur cum Arist. 2. de part. cap. 1. quòd vis sensitiua non cõsistit, nisi proxime in parte similari, non autem in dissimilari. Diximus autem esse hãc pupillam & tunicam araneam: hæc igitur est proximum sensorium visionis: reliquæ enim partes non suscipiunt visionem, nec sunt proxima causa, sed sunt ministrantes partes: quod si sensorium vtrumque dicat, tunc oculus est.

An color sit motiuus perspicui ? actu. Vbi De Natura coloris quid sit, &c.

Quæstio XVIII.

Intentio, & tempus disputationis.

NOn hic disputatio est de propositionis huius veritate, an sit motiuus perspicui in actu: sed de modo, quo veritatem habeat. Certum enim est, colorẽ in lumine esse visibilem: at dubiũ est de lumine, an sit necessarium ex parte medii vt a colore immutetur: an ex parte obiecti, & coloris, vt medium immuter.

Nota qd sit in controuersia.

Quod pẽdeat q̃ ex natura & essentia coloris.

Hoc autem pendet ex alio, an colores habeant suum esse antequam adueniat lumen: an non, sed ipsum lumen sit forma colorum. Si enim dicas, lumen esse actum, & formam intrinsecam colorum; tunc erit necessarium ex parte obiecti. Si vero dicas, colores habere suũ esse citra lumen, erit necessarium ex parte medii.

Primũ argumentum ab authoritate Aristo. q̃ lumen terminatur ex parte obiecti.

Sunt igitur argumenta, q̃ sit necessarium lumen ex parte obiecti: est autẽ primũ ab authoritate Arist. lib. de Sens. c. 3. Color, inquit, est extremitas perspicui in corpore terminato: ergo color formaliter est ipsum lumen, & lumen dat esse colori. Probatur consequentia ex declaratione definitionis. Sic enim interpretatur Albertus, quòd totus aer recipit lumẽ, & simul superficies extima corporis opaci, & aer simul cum illa superficie dicitur perspicuum actu: sed lumen in aere non est color, in superficie vero corporis opaci color est: est igitur color extremitas perspicui, scilicet actu, quæ extremitas est in corpore opaco.

2. Argu.

Præterea secundo. Oculus existens in tenebroso medio, videt obiectũ illuminatum: non autem contra, oculus in medio illuminato videt obiectum in obscuro: ergo lumen est necessarium propter obiectum. Consequentia videtur certa. Antecedens patet experientia. Si aliquis respiciat ex obscuro loco, videt homines in claro existens, non tamen ab ipsis videtur.

3. Argu.

Præterea tertiò. Si lumen non esset color, aliquid vnũ & idẽ, non posset luminis oppositione varios habere colores, vt notum est: at id experientia cõstat in collo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

lo colũbæ,& aliis,quæ variis luminis radiis varios recipiunt colores:ergo color, lumen est:& sic est necessarium ex parte obiecti.

4. Argu. Præterea quarto. Si lumen esset necessarium ex parte medij, color non posset agere in ipsum medium: ergo est necessarium ex parte obiecti. Antecedens patet: quia lumen est color, seu color est lumen quoddam:at lumen non agit in lumen:ergo non agit color in mediũ illuminatũ.

5. Argu. Præterea quinto. Color est p se visibilis.ergo extrinseco alio non indiget,scilicet lumine ab ipso distincto: ergo color est ipsum lumen intrinsecè.

Prima opinio Auic. Alb. &c. In hac ergo re sunt duæ sententiæ oppositæ.Prima est Auempace, quem citat Auer.com.67.& est Auicennæ lib.6.p.3. ca.1. & fere idem dicit Alber.Summa de homine in q.de substantia coloris,fo.95. Dicunt,q̃ ante luminis aduentum,nullus est in corpore color, nec albedo, nec nigredo,nec alius:adueniente lumine,fiunt illi colores,qui non aliud sunt, quàm lumen ipsum variis corporibus receptum, quo recedente non manent colores, nisi in potentia.

Alber.addit,q̃ manet qualitas quædã, quæ est effectus primarum qualitatum,& est materiale coloris: lumen tamen est, quod dat formam,& speciem colori ipsi. Horum argumenta sunt posita in principio.

Altera sẽ tentia S. Tho. Auer. &c. Altera sententia est S.Thomę,& Auer 10.cõm.67.Caiet.Thie.Iand.q. 19. & cõmunis:q̃ color habet suam naturam citra lumen,etiam in tenebris: lumen autem est necessariũ ex parte medii,vt medium disponatur ad hoc, q̃ color agat in ipsum,& per ipsum mandet suas species in visum. Hanc sententiam nos sequi intendimus:ob id declaranda, & probanda paulò latius est.

Primum fundamẽ. in quo fundatur, & explicat essentia, & natura coloris. Vnum autem est fundamentum præmittendum, quo coloris substantiam manifestabimus,in qua indaganda,vtar qua dã via, & methodo Arist. qua vti solet in indagandis effectuum aliquorum causis. Procedit enim via similitudinis effectiũ, ex notis ad ignota, quod exẽplo declaro.

Nota. Qua via, & methodo indagẽ Probl.sect.30.q.1. quærit de melancholi corum effectuum causis: modo enim tristes, modo hilares sunt:inuenit similes effectus in ebrijs, in quibus causa notior est:quæsiuit dispositionem ebriorum,quę est causa talium effectuũ: talis enim erit dispositio melancholici: sed hæc à natura,illa ex accidenti.

Da fit esse tia colorũ,duplici simili declaratur. Similiter de rubedine, & macula naturali in Prædicam. qualit. comparauit eos erubescentibus,in quibus rubor est: quia sanguis ad faciem confugit.Ita erit in illis aliis,sed a naturali generatione:his autem ex accidenti. 1. 2.

Similiter nos faciamus:quærimus itaq; colorum principia.In coloribus ergo, q̃ ex accidenti sunt,cõsideremus id, quales sunt colores iridis, qui ex accidenti, & non permanentes sunt, vt dicitur 3. Metheor.cap.4.

Nota. Colorum apparentium tria principia. In his igit tria principia sunt. Est diaphaneitas quædam nubis,qua lumen recipitur:est opacitas quædam,qua retinet ne transeat omnino,est lumen ipsum receptum,retentum,& opacatum:& ex his color est.Inter hæc tria,lumen est forma, & coloris substantia:reliqua duo sunt, vt materia,& principia materialia. Quòd si lumen illud esset ab interno, & ipsis partibus nubis, ipsumque subiectum permaneret,vtique esset color verus, & permanens.At quia ab externo Sole pendet,& nubes cito resoluitur,non est permanens.

Quæ sit natura coloris apparentis, & ex qua natura vt ri colores colligãtur.

Veri coloris principia,& natura. In coloribus ergo veris,& manẽtibus, ista eadem principia sunt. Est lux quædã non ab externo,sed ex partibus igneis,ex quibus mixtum est, quæ recepta cũ diaphaneitate aquæ,& aeris,& opacata opaco terræ,transit in colorem verum & pmanentem.hæc igitur est substantia coloris,& principia.

Nota. Inferiorũ tria esse cuiusq; naturam coloris. Nec tamen putes, q̃ manet iam lux, sicut lumen in itide: mutatur enim in distinctã speciẽ qualitatẽ,vt dicemus post.

Ex hoc sequitur primo, q̃ primæ qualitates nõ sunt proxima principia colorũ, sed remota, quatenus opacitatem,vel diaphaneitatem,vel lumen aliquod faciunt. 1.

Et hoc patet ex eo, q̃ idẽ specie color modo ex calore vehemente, modo ex friditate procedit;vt albedo in niue,& in calce. Vide sect.Probl.36.q.1.

Sequitur secundo,quòd non solum vbi qualitates elemẽtares sunt, erit color, sed etiam vbi non sunt, sed est aliqua opacitas, 2.

tas,diaphaneitas cum luce;& tales colores dicuntur,& sunt simplices qui elemẽtis,& cœlis insunt,qui non plenè videntur,nisi coniungantur cum externo lumine. Et hæc colorum distinctio in simplicem,& mistũ,habetur expressa ab Arist. lib.de color.in principio.

Tertium. Sequitur tertiò,quod aliquãdo lumen externum cõiungitur cum aliquibus corporibus mistis, & ob varias reflexiones, diuersos facit apparere colores,vt in collo columbæ,& alijs.

1. Concl. Lumẽ externũ nõ dat esse ipsis coloribus. Hoc supposito,sit prima conclusio. Lumen externum non dat esse ipsis coloribus. Hæc conclusio est contra Auicen.& alios.

1. Ratio. Probatur primò authoritate. Si enim esset lumen forma coloris,iam ipse color faceret actu diaphanum,sicut ignis:quod expressè negat Arist.docens, quòd color est,qui præsupponit actu diaphanum, vt ipsum moueat:ergo color,quid aliud distinctum est actu ipsius diaphani,qui lumen est.

2. Ratio. Probatur secundò ratione: Si lumẽ est forma colorum: ergo colores specie non differunt: quod quidem absurdum est in Philosophia. Sunt enim contrarij colores,& inter eos est motus, vt notum est. Probatur autem sequela: quia idẽ specie est lumen,siue sit intensum, siue remissũ, siue refractum,siue non.

3. Ratio. Præterea tertiò: quia colores agunt in lumen: aliquando enim intingunt aerem illuminatum, vt apparet in corporibus obiectis arboribus,apparet in eis viriditas quędã:ergo color nõ est lumẽ ipsum.

2. Concl. Lumẽ est necessarium ex parte medij. Secũda conclusio. Lumen est necessarium ex parte medij, quo medium fiat actu perspicuum,vt possit à colore recipere suas species.

1. Ratio. Hæc manifesta est ex Aristo.& ratione probatur. Si enim lumen est necessarium ex parte subiecti, seu obiecti, vel est,vt agat in potentiam: vel vt sit dispositio coloris,vt agat. Non primum: quia color est,qui agit. Non secundùm:quia si dispositio esset,vel esset materialis:& hoc non, quia color est in subiecto etiam sine lumine. Vel est vt instrumentum efficiuum: & hoc non,quia color immediatè operatur:ergo non est necessarium lumen,nisi ex parte dispositionis in medio.

3. Concl. Color nõ est immediatũ, & adæquatũ obiectum visus. Tertia conclusio. Color non est immediatum obiectum visus, & adæquatum. Hęc nota est:sunt enim alia visibilium genera præter colorata, vt luminosa,seu lucentia,& ea quæ noctu videntur:ob luminis enim paruitatem,lux apparet color in die,nec lucent,nisi noctu.

1. Ratio. Albe.summa, fol.95.reddit causam horum,quæ noctu lucent. Dicit, quòd horum, quædam sunt putrefacta, quædam non putrefacta:ob id lucent, quia per putrefactionem, humidum confugit ad partes corporis externas, & calor ipsum sequens,ibi congregatur.apparetq; lucere; sicut pruna, vel ferrum candens, quibus inest caloris aliqua multitudo:tantusque aliquando concurrit,vt fiant partes ignitæ,& humor inflammetur: propter quod aliquando in sepulchris mortuorum apparent flammæ.

Causa ex Albe. cur quædam noctu lucent. Quæ verò non sunt putrefacta, lucent ex caloris copia, sed non congregati ob illam causam, sed quia natura illas fecit partes calidas,vt suppleret aliud.

Exemplis ostenditur. V.g.in piscibus,quia carent sanguine: ob idq; calore indigent, fecit natura squamas calidas,vt defectum suppleret: similiter in Lampiride fecit diafragma calidum.Calor autem ille cumulatus,lucem tenuem facit,qui in die vincitur ab externo lumine,colorque apparet.

Ad 1. Nota. Superest ad argumenta respondere. Ad primum,quod est Alber.dico,sensum illius definitionis nõ esse illũ,sed alium.

Aduerte ergo,q̃ corpora perspicua,& apparentia,sunt duplicia.Quędam secundùm totam suam profunditatem conspicua sunt, & hæc simpliciter perspicua & diaphana dicuntur. Quædam autem solùm secundùm exteriores partes, & vltimas,& hæc dicũtur perspicua secundùm quid,id est,terminata intrinsecè.

Est igitur duplex actus. Alter perspicui simpliciter,quo actu visibile fit,& hic est lumen. Alter perspicui terminati, & hic est color.

Lumen ergo est qualitas,qua formaliter perspicuum visibile est secundum totum eo modo,quo superiùs diximus,scilicet appositio opaco.Color autem qualitas,qua secundum superficiem aliquid videtur,motiuaq; est diaphani actu,ad differentiam lucis, quæ et in superficie apparet:

Universidad de Deusto
Biblioteca

paret: ob id dicitur extremitas perspicui in corpore determinato.

Ad 2. Ad secundum respondeo, quòd obiectum in lumine constitutum videtur ab oculo constituto in tenebris, non quia lumen sit necessarium ex parte obiecti, sed vt fiat actu illuminatum medium, quod est illi contiguum, vt possit agere & producere in ipso suas species.

Obiectio. Quòd si dicas. Si species produci possunt in alia parte aeris obscuri, vbi est oculus, cur non producuntur statim in aere contiguo ipsi obiecto?

Solutio. Respondet bene Caiet. & Iandu. quòd non est par ratio: difficilius enim est producere species, quàm multiplicare: ob id cum producantur species in parte aeris iuxta obiectum, difficilius producentur: qua propter est necessaria maior dispositio versus obiectum.

Obiectio. Solutio. Sed dices rursus, Quare id ita est? Respondeo: quia species immediatè ab obiecto productæ, debent esse intentiores & fortiores, cum debeat multiplicare alias: sicut calor productus prope ignem, debet esse intensior, vt alium producat: quòd si remissæ essent à principio, essent posteà adeò debiles, vt lumen potius impediret actionem ipsarum, easq; occultaret.

Altera solutio ad secundã. Poteris etiam dicere forsan melius ad secundum, quòd sine obiectum sit in tenebris, sine oculus, & aliud est, in lumine semper illustratur medium, quamis non perfectè. Est enim lumen multum multiplicabile per reflexionẽ. Cum ergo obiectum est in magno lumine, videtur: quia medium totum est illuminatum: at cum est in obscuro, & in minori lumine, nõ videtur: non quia mediũ nõ sit illuminatũ, sed quia alia obiecta sunt magis illuminata, & maius visibile occultat minus.

Ad 3. Ad tertium solutio facilis est. Lumen enim aliquando recipitur in corpore, & ob varias reflexiones, diuersos colores apparere facit: sed hoc non tollit colores alios habere esse sine lumine.

Ad 4. Ad quartum respondet Auerr. quòd color non est lux formaliter. cum enim lux operatur in corpore, destruitur, & fit alia qualitas specie distincta, quæ dicitur color. Idem dicit Aegid.

Ad 5. Ad quintum dico, quòd color dicitur p se visibilis: quia est eius naturæ, vt agat in sensum visus: at quia non agit, nisi per medium dispositum, indiget lumine, non vt instrumento, sed vt dispositione in medio, & hoc etiam est in aliis agentibus naturalibus, non tamen ob id dicitur nõ esse visibilis per se. Aduertendum est autem, quòd illa propositio est per se mathematica, sicut homo est sensibilis.

An lumen sit corpus. Quæst. XVIII.

MVltæ difficultates circa luminis naturam & proprietates sunt: vt enim ipsum esse nouissimũ est, ita quid ipsum, & quale sit, difficillimè intelligitur.

Primus argu ad partem aliã. Aliqua igitur in præsenti disputabimus. Incipiamus ergo à proposita quæstione. Videtur enim lumen corpus quoddã esse. Primò authoritate Arist. Probl. sect. 12. q. 33. Dubitat, quare strepitus, & voces melius audiantur in nocte, quam in die: Respondet, quia in die voces impediũtur, quo minus ad auditus veniant, ab aere, qui densior est ob radios solares, & lumen, quæ corpora sunt.

2. Argu. Præterea secundò. Omne quod per se mouetur, est corpus, lumen per se mouetur; ergo lumen est corpus. Consequentia est certa cũ maiori. Probatur minor: quia quiescente aere, lumen mouetur, apparet ex decremento, vel augmento vmbrarũ, ergo mouetur per se, & non ad motum aeris, in quo est.

3. Argu. Præterea tertiò. Lumen habet figuram per se; ergo est corpus. Probatur antecedens ex propositione perspectiua. Incidẽtiæ radiosæ per angularia foramina ad mediocrem distantiam, rotundè apparẽt. V. g. si radius solaris transeat per foramẽ angulare, facit in corpore obiecto figurã rotundam; similiter per folia arborum radij transeuntes faciunt in terra rotundas figuras. Cùm ergo non sint tales figuræ in subiecto; nec in loco, quo transeunt radij; ergo lumen figuram habet per se.

4. Argu. Præterea quartò. Quia habet trinam dimensionem lumen, vt notum est, cum sit vndequaq; diffusum; ergo est corpus.

5. Argu. Præterea quintò. Quia lumen progreditur à corpore luminoso: at corporum est

est progredi, non accidentium, nam migrarent tunc de subiecto in subiectum: ergo corpus est.

6. Argu. Præterea sextò. Nã lumen dẽ refrangi, & reflecti; quæ propria sunt corporum.

7. Argu. Præterea septimò. Nam si lumen esset accidens, lumen cum lumine se misceret in eodem medio: at non miscentur. Et probatur primò de lumine Solis, & lucernæ. Cum enim simul sunt, apparet distinctio inter illa: lumen enim lucernæ apparet albũ: non ergo sunt mista. De luminibus etiam duarum lucernarum patet non misceri; quia fiunt duæ vmbræ ex vno corpore opaco. At si vnum fieret lumen, tũc vna fieret vmbra.

8. Argu. Præterea octauò. Si lumẽ esset accidẽs esset in subiecto: sed id non potest esse: sequeretur enim, q̃ accidens, migraret à subiecto in subiectum. Pater. Si enim est in aere, cõtingit aerem variari lumine & radio manente immoto: ergo mutaret subiectum: corpus igitur est. Hæc sunt argumenta ad partem affirmatiuam.

Varię diuersorum opinionum. Auicen. lib. 6. p. 3: cap. 20. multas citat sententias circa hoc. Aliqui enim corpus esse dicebant, alii substantiã spiritualem, alii formam substantialem, alii nihil horum, sed solum apparentiam quandã solis in medio, sicut apparet res in speculo, nõ tamen est aliquod ens in ipso medio.

Prima cõclusio hanc non esse corpus. Vt autem veritas huius rei constet, sit prima conclusio. Lumen non est corpus.

Prima rõ ex Arist. Probatur primò argumẽto Arist. Si lumẽ esset corpus, vtiq; penetraretur cum corpore: at hoc est impossibile. Sequela aũt patet: quia recipitur in corpore diaphano, quod est in potentia, & obscuratum: recipitur autem in qualibet parte, cum totus aer illuminetur.

6. Ratio. Probatur secundò. Si corpus esset, vtique sine motu p̃ceptibili nõ posset p tantam diffundi distantiam; at nullus apparet ipsius motus: ergo non est corpus.

9. Ratio. Probatur tertiò, arguẽto Philoponi: quia omnis motus naturalis inanimatorum, aut sursum, aut deorsum, aut circulariter fit: at nullus est luminis, quia vndique se ad omnem dimensionem diffundit: ergo &c.

8. Ratio. Præterea quartò. Si corpus est, vel est corruptibile, vel incorruptibile: sed neutrũ esse potest: non ergo est corpus. Minor probatur. Primò: nõ est corruptibile: quia tunc ex eius corruptione aliquid generaretur, cum materia non possit corrumpi. At nihil videtur generari ex luminis corruptione, & tamen appareret, cum sit tã immensum corpus. Probatur, quòd nec incorruptibile sit ita, vt sit cum luminoso semper. Nam de lumine lucernę notum est id dici non posse, quod perit extincta lucerna.

Secunda cõclusio. Lumen non est substantia immaterialis, & spiritualis. Probatur primo. Omne spirituale, oculo corporeo est inuisibile: at lumen per se videtur.

2. Concl. Lumẽ nõ esse substantiam immaterialem, vel spiritualem.

2. Ratio. 3. Ratio. Præterea secundò. Spirituale est incorruptibile: at lumen corrumpitur.

Præterea tertiò. Corporeum nõ potest agere in incorporeum: quia corpus semp agit in materia, & sic omnis effectus est in materia: at luminosum est corpus: nõ ergo faciet substantiam immaterialem, nisi creet illam: quod impossibile est.

1. Concl. Lumẽ est qualitas realis existens in medio. Tertia conclusio. Lumen est qualitas realis existens in medio. Hæc conclusio duo continet. Alterum est, quòd lumen sit qualitas. Alterum, quòd sit realis.

Prima pars probatur. Primum probatur. Si enim nõ est substantia, erit accidens: si accidens, cum sit actiuum (calefacit enim, & substantiam producit) erit qualitas. Nullum enim accidens actiuum est, vt patet, nisi qualitas. Et in hoc conuincitur quarta sententia, quæ putabat lumen tantũ esse apparentiam: hoc autem esse non potest, cum lumen faciat in hęc inferiora effectus reales: ergo lumen aliquid est in medio.

Prima pars. Lumẽ est qualitas realis. Altera pars conclusionis est, q̃ lumen sit qualitas realis. Sensus est, id est, non est species lucis, per quã lux videtur. Aliqui enim putant lumen se habere ad lucem, sicut species coloris, qua color videtur, & vocant hoc lumen habere esse intentionale. Huius sententiæ fuit Sco. 2. Sent. d. 13. q. vnica, Aegid. etiam, & Caiet. Thie. in præsenti.

2. Opini. Scoti. &c. quòd sint spes intentionales lucis.

Probant: quia aliter non posset recipi in oculo, sicut color non potest recipi in oculo, nisi coloris species.

1. Ratio. Præterea, quia aliter non diffunderet in instanti per medium.

Solũ opinio. q̃ sit spes lucis. Oppositũ tenemus cum S. Tho. in præsenti, & 1. par. q. 67. arg. 3. & Alberto, & Tolet. de Anima.

Sola opi. D. Th. is

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lumen fit realis qualitas.

Philopo. & alijs, quòd lumen habeat esse reale, id est, non est species, per quam videtur color.

1. Ratio.

Et probatur primò: quia species obiecti non est sensibilis: nõ enim species coloris videtur, nec odoris gustatur, sed est id, quo obiectum sentitur: at lumen per se videtur: ergo non est species lucis habens esse intentionale.

2. Ratio.

Præterea secundò. Species intentionales non alterant realiter subiectum alteratione corruptiua, sed solũ sensitiua: at lumen alterat: calefacit enim & producit subitantiam: non ergo est dicendum esse lucis speciem intentionalem.

3. Ratio.

Præterea: Species nõ denominant medium: non enim species coloris denominant aerem: at lumen denominat: dicitur enim p ipsum illuminatus, Hæc sũt argumẽta S. Th. q frustra conatur soluere Aegid.

4. Ratio.

Et est aliud argumentũ. Si lumen esset species non indigeret specie alia, vt videretur: at lumen indiget specie alia: non enim lumen, quod est in medio solari, videtur ab oculo in tenebris, nisi per speciẽ a lumine distinctam.

Habes ergo, quòd lumẽ est aliqua qualitas realis producta à luce, quæ est in corpore luminoso, & quòd lux non videtur per lumen, vt per speciem: sed lux habet aliam speciem distinctam, per quam videtur: similiter & lumen aliam distinctam.

Confirmatur ratio.

Et hoc maximè confirmatur. Si in memoriam reuoces, quòd species non sunt formarum, sed ipsorum compositorum: species enim non est coloris, sed colorati. Ita si lumen esset species lucis, esset ipsius lucidi, & luminosi: quod est falsum. Nam tunc per lumen refractum, & reflexum à quocunque loco, viderem Solem, sicut in speculo: quod tamen est falsum. estq; hoc notatu dignum.

Ad primã argu primæ opinionis.

Nec argumenta duo in oppositũ quicquam valent. Ad primum dico, q. òd lumen recipitur in oculo, non quia oculus, sed quia diaphanum, & ita receptum lumen in ipso sensorio non videtur; quod si oculis clausis, lumen, & fulgur apparet, illud non est in potentia vel sensorio, sed in palpebra vel in cornea tunica, vel albugineo humore.

Ad secundum.

Ad secundùm respondeo, quòd diffunditur in instanti: non ea de causa, sed quia contrario caret, vt post dicemus.

Dubiũ 1. An lux & lumẽ specie differant.

Alterum dubiũ esse potest hic, An lux, & lumen specie differant. Illi, qui dicunt lumen esse lucis speciem, consequenter dicunt differre specie, sicut color & ipsius species differunt specie.

1. Opinio. Differũt, vt species intelligibilitate.

Aliqui Perspectiui dicunt quidem lumẽ esse qualitatem realem, lucis effectũ, differre tamen à luce ipsa specie, vt sint duæ qualitates specie differentes, & lux est causa luminis.

2. Opinio. Etiã differũt, sed vt duæ tertiæ qualitates.

Id autem probãt: Quia lumẽ est in diaphano; at lux est in opaco corpore, quale est luminosum.

1. Rõ quare distinguuntur inter.

Præterea. Lux est permanens in subiecto; at lumen nõ, nisi præsente luminoso.

2. Ratio.

Præterea luce corpus videtur in superficie; at lumen in profundo etiã recipitur.

1. Ratio.

Respondet tamẽ cum Sancto Thoma, Alb. ex communi sententia Perspectiuorum; quòd lux & lumen non differũt specie, sed subiecto; lux enim & lumen, vt dicit S. Thom. se habent sicut calor in igne, & calor p ductus in medio. In igne enim est, vt in causa, & permanenter, quia est proprius ignis in medio, vt in effectu, & non permanenter. Ita lumen in proprio subiecto lux est; quam Perspectiui primariam vocant; in medio autem lumen dicitur, & vocant Perspectiui lucẽ secũdariã.

2. Opinio. differunt specie. Prima confirmatur, & probatur.

Præterea. Lumen in proprio subiecto aliquando opacitatem aliquam habet, & tunc producit extra se lumen, vt est in Sole, & aliquibus mixtis; aliquando non habet, & non producitur lumẽ, nec videtur; vt lux ignis, quę cum nõ splendeat; lumen dici solet; vt lux nõ sit aliud, quam lumen quoddam opacatum, non ita, vt in colorem degeneret.

2. Ratio.

Confirmatur ratio.

Hoc mihi etiam perfuadeo. Nam stellæ, & Planetę lucẽ habent, & tamen constat esse illam lucem maiori ex parte lumen Solis; non ergo lux, & lumen differunt specie.

Ad primã sine contradictione.

Ad primum in oppositum dico, quòd lucentia diaphaneitatem habent, quam uis non tantam, quantam illuminata.

Ad secundã.

Ad secundũ respondeo, quòd illud non colligit specificã distinctionem, sicut in calore ignis, & eo, qui ab igne producitur, quorum alter est manens, alter non, nec ideo tamen specie differunt.

Ad tertiũ.

Ad tertium respondeo, quòd lucentia etiam

etiam in profundo apparent, licèt non secundùm omnes partes. Dico etiam secũdò, quòd id non est necessarium: nam ẽt lumen recipitur in superficie corporum opacorum, nec ob id in profundo apparent: sunt ergo eiusdem speciei.

Nota ex Alber. distinctionem inter lucem, lumen, radium, splendorem.

Vbi nota ex Alberto distinctionem inter ista quatuor. Lucẽ, Lumen, Radium, Splendorem: sunt enim idem specie, Lux vt est in causa, Lumẽ vt in medio, Radius vt à lucido corpore secundùm rectũ procedit: Splendor est lumen, quod ab aliquo corpore reflectitur, in quod corpus lumẽ à lucido rectè protenditur. Ex his manet principalis quæstio determinata.

Ad Argumenta initio qõnis posita.

Ad primã ex Arist.

Superest, vt argumenta soluamus. Ad illud Aristo. dico, quòd id dixit ex mente Democriti, Solet enim aliquando in illis quæstionibus adhibere responsiones, sup posita vulgari doctrina: quanquam eo loco statim veram aliam subiunxit responsionẽ: quia in die Intellectus est multum distractus actionibus, propriis, & aliorũ sensuum, nec vacat tantum auditui: at in nocte aliis quiescentibus, magis auditui vacat. Prima etiam solutio ex parte aeris vera est: nam sonus multiplicatur cũ aeris circumulationibus & motu, quæ sese impediunt inuicem, & consequenter sonum quem deferebant.

Ad secundam.

Ad secundum neganda est minor. Non enim lumẽ mouetur per se: moueri enim accidit, cum aliquid vnum modò in vno situ, modò in alio est: at nõ sic lumen; nõ enim pars luminis, quæ erat in hac parte aeris, postea est in altera: sed moueri videtur, quia paulatim corrumpitur, vt cũ color qui erat extensus per aliquod lignum, paulatim corrumpitur secundum partes ligni, dicitur moueri. Et lignum etiam accensum, si paulatim, & secundum partes extinguatur, facit apparere colorem, & ignis formam moueri, quæ non mouet.

Similiter etiam est cum paulatim producitur: videtur enim moueri. Sic ergo lumen, cum paulatim accedere, vel recedere videtur, accedente, vel recedente lumi noso, videtur moueri, sed non mouetur. sed fit productio, vel destructio partium variarum luminis: est enim facillimæ corruptionis, & generationis, cum pendeat ex præsentia luminosi.

Obiectio.

Dices, Quomodo, si hoc ita est, lumen dicitur in instanti produci, cum paulatim producatur, & corrumpatur?

Solutio.

Respondeo, quòd lumen aliquo modo successiuè producitur, aliquo modo in instanti. Primò successiuè potest produci, quantum ad intentionem per accidens, vt si opponatur Soli aliqua nubes dẽsa, emittet lumen remissum versus nos: si autem paulatim, & successiuè rarefiat, successiuè etiam intendetur lumen. Secundò successiuè etiam producitur lumen quantum ad extensionem per accidens: vt si sit aliquod opacum obiectum luminoso; impediens, quominus luminosum per illud spatium diffundat lumen: tunc si successiue retrahatur opacum, successiuè lumen se diffundit, sed per accidens. Tertiò etiã ratione luminosi, quod successiuè applicatur ad partes spatij, producitur lumen successiuè. De his modis nõ loquitur Arist.

Nota lumen tribus modis per accidẽs successiue produci.

Quomodo in instanti producitur lumen, & lux.

At per se lumen in instanti diffunditur: hoc est, luminosum, remoto alio impedimento, constitutum in aliquo situ, diffundit lumen in instanti per illud medium, quod potest illuminare, & nõ successiuè. Ratio autem est: quia illud mediũ, in od potest, est in vltima dispositione ad recipiendum lumen: quia lumen non habet contrarium, quod expellat.

Nota.

Hic tamẽ nota, quòd quamuis Sol, vel luminosum diffundat suum lumen simul per totum medium, dicitur tamẽ per partes propinquas illuminare remotas: qđ non debes intelligere sic, quòd illuminet prius aliquas partes, & hæ alia actione illuminent alias: hoc enim totum nõ esset in instanti: sed quia nõ illuminaret remotas nisi illuminaret propinquas: ob id dicitur per has illuminare illas, omnes tamen à Sole vnica actione illuminantur: sicut qui producit subiectum, producit simul passiones vnica actione, tamen per subiectum producit passiones, id est, quia subiectum producit, passiones producit. Similiter qui mouet vnum extremum ligni, mouet totum lignum simul, quamuis longum, dicitur tamen per quasdam partes mouere alias. Ita de lumine. Per hæc patet solutio argumenti secundi.

Ad tertiã.

Ad tertium respondeo, quòd illa propositio est valde difficilis apud Perspectiuos, nec putatur demonstrata, lege Vitellio. lib. 2. prop. 39.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dico ergo cum aliquibus eorũ, quòd rotunditas ista luminis prouenit à Solis rotunditate: si enim opacũ sit prope foramen, tunc fit lumen ad foraminis figurã: quia omnes Solis partes non possunt agere in illud: at cùm est ad mediocrẽ distãtiam, Sol secundum omnes partes opponitur opaco, facitq; lumen rotundũ. Probant autem: quia cùm aliqua Solis pars est eclipsata, non facit rotundas figuras, sed nauiculares.

Dubium. Sed dubium est: nã similes fignræ fiũt ex reuerberatione speculi in parietẽ. Forsitan id etiam prouenit ex radiis incidentibus à toto Sole supra speculum.

Solutio. Quicquid sit, à causa externa rotundũ fit lumen, non autem per se: atq; ideo corpus non est.

Ad 4. Ad quartum dico, quòd ratione subiecti habet trinam dimensionem, sicut calor, albedo, & alind accidens.

Ad 5. Ad quintum respondeo, quòd dicitur procedere, non quia moueatur, sed quia producitur à Sole, sicut calor dicitur procedere ab igne.

Ad 6. Nota. Ad sextum respondeo, quòd sunt illa vocabula secũdum similitudinem dicta. Vbi nota, quòd radius dicit reflecti, quãdo lumen productum supra aliquod corpus secundùm aliquam lineam producit lumen versus eandem lineam, seu versus eundem locum, quamuis non per eandẽ lineam: sed non est idem lumen cadens, & reflexum.

Dissolaĩt ꝓblema Sit exemplum, quo soluitur problema quoddam, quare cum manè lumen Solis citò, & ante debitum tempus apparet, signum est pluuiæ. Respondeo, quòd illud lumen nõ prouenit à sole directè: sed antequam ascendat orizõtem, illuminat nubem opacam, quę lumen ad nos reflectit, sicut à speculo reflectitur lumen in parietem ad vmbram positum. Tale igitur intempestiuum lumen indicat pluuias: quia indicat esse nubes, quæ, Solis calore aduẽ tante, resoluentur.

Nota quid sit refrãgi lumẽ explicatur si mihi d̃ specierum refractione. et aliud huius problema. Lumen autem refrangi solet, seu dicitur, cum multiplicatur, & tendit per aliã viam, per quam non tenderet, nisi aliquid occurreret. V. g. sit in scutella nummus argenteus, ponatur aliquis ad distantiam, in in qua non videat nummum illum: si scutella impleatur aqua, tũc apparebit nummus in aquæ superficie. Cuius causa est, quia ratione aquæ species, quæ sunt sicut lumen, cum perueniunt ad superficiem, alia via tendunt in oculũ: diuertunt enim à perpendiculari, vt dicunt Perspectiui. Ista tamen in præsenti exactè discuti, aut explicari nõ valẽt, nec expedit: sunt enim purè perspectiua. sat sit terminos intelligere & rem aliqua ex parte cognoscere.

Ad 7. 1. Opinio. qđ diuersæ sint speciẽ lumẽ superius. & aliud inferioris. Circa septimum argumentum dubiũ est, an diuersa lumina distinguantur specie. Opinio autem plurium est, quod lumẽ inferius, & superius specie distinguantur: vt lumen Solis, & lumẽ ignis, & lucernæ: & hoc tenet Alb. in summa: quia lumen Solis non est miscibile: lumen autẽ inferius miscibile est. Et hoc mihi videtur probabilius, quamuis alibi disputandum est.

Solutio iusta hãc opinionẽ. Et secundum hoc, facile est respondere ad argumentum, quòd illa duo lumina non miscentur, quamuis qualitates sint: quia diuersæ sunt speciei.

De luminibus inferiorum inter se. Lumina autem inferiora sunt eiusdem speciei inter se, vt lumina duarum lucernarum. Et de his est dubium, an misceantur in subiecto vno: hoc est dicere, an sicut, cum applicatur ignis alicui temperatè calido, ipsum calefacit intendendo calorem illum, ita, vt vnus sit calor, & non duos sicut albedo, & dulcedo; ita sit in luminibus.

Vera solutio etiam si nõ differant specie, nec misceant. Dico igitur primò ad argumentum, ꝙ quamuis dicamus esse eiusdem speciei, et non misceri, non ob id sequitur esse corpora. Nam accidentia, quæ à causa efficiẽti dependent, licèt solo numero differant, nihil prohibet esse simul impermista, sicut de speciebus ipsis intentionalibus verum est: eiusdẽ enim speciei multæ simul sunt in oculo, & in medio, & in sensu interiori: non igitur argumentum quicquã probat.

Dubiũ an multa sint lumina. 2. Opi. phi losophorũ perspectiuorũ non sint ponenda plura lumina. At circa rẽ ipsam, an misceatur, necne, communis est sententia Perspectiuorũ, quòd non misceantur, quam multi communiter sequuntur, moti illo argumento de duabus vmbris, & etiam alio argumẽto: quia duæ lucernæ æquè intẽtæ non intendũt lumen in medio, ferèq; hoc tanquam demonstratum accipiunt.

2. Rõ eorũ. 2. Ratio. Altera opinio multor. de lumine. Mihi verò probabile videtur sic esse, & congruè sustineri posse: tamen argumẽta

nihil concludunt, imò oppositum probant: propterea probabilius puto, ipsa misceri.

Solutio argumentorum primę opinionis. Pro solutione igitur argumentorum illorum, oportet explicare causam quare duæ vmbræ fiant, vno opaco posito ante duas lucernas.

Cur vno posito opaco ex duabus lucernis duæ appareant vmbræ. Aduerte igitur primò, quòd luminosum non illuminat medium lumine primò, nisi quod ei rectè opponitur: vnde quando opacum obijcitur luminoso, totum illud medium manet absque lumine, quod linea recta non potest attingere, illudque est vmbra. Vnde semper fit vmbra in illo spacio, quod est rectum, inter quod, & luminosum, mediat opacum: tũc enim opacum impedit quominus luminosum possit illuminare. Vnde etiam fit, vt variato luminoso per se, vel opaco per tio recta.

1. Fundã. 2. Fundã. Aduerte iterum, quòd vmbra nõ aliud est, quàm carentia luminis in spatio contiguo habente lumen. Cùm enim in aliquo spatio lumen est, in alio autem illi contiguo nõ, tũc in hoc vmbra apparet.

Nota. Nota etiam, quòd non solùm vmbra est priuatio luminis, sed priuatio maioris luminis. Vnde minus luminosum in præsentia maioris luminis, vmbra est, quod experientia comperitur. Sit aliqua lucerna remisse noctu illuminans aliqua duo spatia: ponatur alia lucerna intensior, illuminans partem vnam spatij, tunc illa altera pars apparebit vmbra in præsentia alterius magis illuminatæ.

3. Fundã. Aduerte tertiò, ꝙ duo luminosa plus illuminant aliquod spatium, quàm vnum si equalia sint: nam quibusdam partibus melius applicatur vnum, quàm alterum, & partes propinquiores magis illuminantur.

Redditur causa cur duæ appareant vmbræ. Ex his sequitur causa, quare duę appareant vmbræ duobus luminosis positis ante opacum vnũ. Per primum enim fundamentum, lumen vnius luminosi nõ peruenit ad spatium rectum sibi post opacum, ad reliquum autẽ peruenit: & lumen alterius non peruenit ad aliud spatium sibi oppositum, ad reliquũ peruenit. Relinquuntur ergo duo spatia, quæ non illuminantur nisi ab vno luminoso singula, illiq; sunt vmbrę: quia sunt minus illuminata, quàm reliquæ partes spatij, quæ sunt magis illuminatæ: quia à pluribus luminosis lumen participant, & ista est causa. Vnde potius colligitur illa lumina misceri: non enim in partibus, in quibus vtraque sunt, esset lumen intensius, nisi se miscerent. Ex hiscolligitur mi sceri lumina.

Secundum autem argumẽtum eorum nihil valet. Non enim est bona cõsequentia: quamuis enim non intenderẽt se mutuò, non ideo sequitur, quòd non se miscerent: nam id fieret, quia debilius non agit in fortius, vel in æquale: vt calidũ vt quatuor, non calefacit magis calidum aliud, vt quatuor. Ad 2. arg. primæ opinionis. 1. Solutio.

Dico etiam, quòd lumina æqualia se mutuò intendunt: aliter enim non fierent duæ vmbræ ex duobus luminosis: id circo enim fiunt, vt diximus, quòd partes quædam magis illuminatæ sunt à duobus luminosis: nec est simile de calore, & de lumine. 2. Solutio.

His non obstantibus, vt probabile valde defendi põt lumina omnia esse eiusdem speciei, & lumina non misceri, quanuis mihi probabilius sit esse eiusdem speciei, & misceri in medio, vt dixi.

Ad vltimum argumentũ variè respondetur. Aliqui putant, lumen non esse in subiecto, esse tamen accidens: quia dependet in conseruari à causa efficienti. Ad 1. 1. Opinio. lumẽ esse accident, & non in subiecto. Reiicitur 1. Opinio.

Hæc sententia est improbabilis valdè quia in hoc consistit natura & essentia accidentis, quòd apta ad inhærendum sit, quo ablato substantia erit. 1. 2.

Et nihil facit illa dependentia à causa efficiente: multo enim magis omnia dependent à Deo in conseruando, non tamen sunt substantiæ ipsa accidentia.

Alij dicunt, quòd sit accidens migrans de subiecto in subiectum. 2. Op. esse accidens, quod migrat de subiecto in subiectũ. Reiicitur 2. opinio. 1. 2.

Sed hoc licèt sit magis probabile, tamen non mihi placet. Nam dependentia accidentis subiecto maior est, quam loca ti à loco: nec potest esse vnum in multis subiectis primis, sicut locatum vnum in locis.

Et propterea tunc lumen Solis esset in corruptibile, quia simul recederet cũ Sole migrans per varia subiecta: quod tamẽ falsum est.

Dico ergo cum communi sententia, quòd sicut in igne sit circa calorẽ, ita in Tertia opinio cõmunis. lumi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

luminoso circa lumen. Cum enim ignis caleficit aerem, si ventus fiat, tunc nouo aere succedente nouus inducitur calor, & corrumpitur alter, recedẽte alio aere. Sic in lumine nouum & nouum producitur succedente aere, & aliud corrumpitur.

Vnicum autem est discrimen, quòd calor tempore producitur & corrumpitur: at lumen in instanti: ob id radius fixus apparet. & per hoc patet huius quæstionis resolutio, in qua aliqua de luminis natura & essentia, quantum satis erat, disputatum.

Q5 An visio fiat p extramissionem, vel per intus susceptionem, quæ fuit controuersia inter Aristotelem, & Platonem, nos tamen eam differimus in capite secundo de sens. vbi Aristoteles illic eam disputat, solum sententias explicabimus.

Hic se offerebat quæstio, an visio fiat per extramissionem, vel per intus susceptionem, quæ fuit controuersia inter Aristotelem, & Platonem, nos tamen eam differimus in capite secundo de sens. vbi Aristoteles illic eam disputat, solum sententias explicabimus.

Plato credidit esse in oculo lumen innatum quoddam, quo emisso ab oculo in obiectũ, ipsum percipimus, quod lumen coniungitur, & iuuatur à lumine externo.

1. Opinio. Arist.

Aristoteles nõ negat esse lumẽ in oculo aliquod, & aliquando in medium extra mitti, vt apparet in oculo cati, tamen negat id esse necessarium ad visionem, sed semper lumẽ est ex parte medii, quod potest extremum, at obiectum immutat potentiam imprimendo species, quæ necessario sunt, & sic visio fit per receptionem.

Caput octauum.

Nunc autem primùm de sono. Tex. LXXVII.

De auditu. Quod ii fi. de auditu agendum tanquam de nobiliori sensu post visum.

MEritò post visum, de auditu tractat, est. n. hic sẽsus immaterialiter, & nobilior, vt eius cognitio manifestat, non enim fit interueniẽtibus qualitatibus primis q̃ naturalissimæ sunt. Hoc aũt in alijs fit. Non. n. alij sensus percipiunt obiecta, nisi aliqua secundũ has facta alteratione. Est ẽt auditus immaterialiter: quia pluriũ contrariorũ simul est magis perceptiuus. Hoc. n. sensu harmonias, quæ plurium cõcentus sunt vocum, percipimus: anteponit ergo auditum tanquam digniorem.

Nota.

Non enim hic obseruat naturæ ordinem. Sic enim præposterus debebat esse, vt à tactu inciperemus, id, quod Auicen fecit, sed ordinem perfectionis & dignitatis sequitur.

De obiecto auditus primo agẽdum, f. sono.

Incipit ergo ab ipsius obiecto: sicut enim à colore in capite de visu, sic à sono in præsenti exorditur.

Differentia coloris & soni prima.

Est autem notanda differentia inter colorem, & sonum. Color enim est in re colorata, sicut ipsius actus, & cum ipsa permanet ante, & post visionem: At sonus non est in corpore, quod sonat, sed extra ipsum: nec est semper cum ipso, nisi cùm auditur, vel audiri potest, si auditus adsit. Vnde dicitur res colorata vno modo tantum, scilicet quæ colorem actu habet: at res sonora dupliciter, vel potentia, quia sonum efficere potest: vel actu quia sonũ facit.

Secunda.

Duplex sonus scilicet in rem corpus. actu & potentia.

Ad hoc igitur ostendendum Aristo distinguit sonum, in sonum actu, & sonum potentia: quod idem est, ac si dicat, quædam esse sonora, quia actu habent sonũ: quædam, quia habere possunt.

Quædam corpora sonum facere, alia non ita.

Quòd autem quædam dicantur sonora, quia sonum actu possunt facere, probat ex distinctione vulgari corporũ. Quædam enim non possunt facere sonum, vt spongia, & mollia: quædam possunt facere, vt læuia, & dura: non est autem aliud esse sonatiua potentia, quàm posse facere sonum actu in medio.

Fit aũt secundùm actũ sonus. Tex. LXXVIII.

Quid sit sonus secundũ quotuplex.

QVia sonorum potentia ordinem habet ad sonum actu; sicut quod actu sonat: aggreditur explicare, quid sonus actu sit, & quotuplex.

Tria principia esse necessaria ad sonum actu.

Constituit autem tria principia esse necessaria ad sonum actu. Duo corpora ad se ordinem habentia, & medium: quod ratione manifestat. Sonus est ex aliqua percussione: sed percussio non fit, nisi sit, quod verberat, & quod verberatur; ergo ad sonum sunt talia corpora necessaria.

Vlterius: percussio non fit, nisi localiter moto vno illorum corporum ad alterũ: sed talis latio indiget medio: ergo ad sonum tria corpora conueniunt.

Obiectio. Solutio.

Quod si obiicias, aliquando sonũ fieri aere percusso virga. Respondeo, quod tunc aer habet rationes duorum corporum, & medii, & percussi secundum diuersas sui partes.

De illis, principijs seu causis soni particularitas actu, & potentia.

Constitutis his soni causis, quæ & quales sint particulariter explicat: & primũ docet, qualia debent esse corpora quæ se percutiunt; ponitq; aliquas conditiones.

Qualia debeant esse corpora quæ sonum efficiant.

Prima est, vt sint dura. sic enim poterunt mutuo resistere, & aerem interceptũ ferire. Vnde mollia corpora non faciunt sonum: vt si lana lanam percutiat.

1. Conditio.

Secundo, quòd sint læuia, & superficiem habentium partes planas, & nõ superminentes: sic enim aer interceptus, & percussus totus simul percutietur, sonũq; faciet.

2.

Tertiò, q̃ sint concaua: nam ratione concauitatis aer interceptus, & percussus, non poterit egredi, & sic partes corporis multipliciter percutiet, fietq; sonus longus: vt accidit in tinnitu, qui superest post sonum campanæ.

3.

Nota.

Notandum verò quòd ista conditio, non est necessaria ad sonum simpliciter, sed ad perfectum sonum.

4.

In textu sequenti ponitur alia cõditio quarta, & necessaria, q̃ illa corpora percutiant se velociter; quod ibi dicemus.

Amplius auditur in aere. Tex. LXXIX.

De medio. i. quo fit sonus. Quale sit hoc medium.

VAle fit medium in sono, explicat, dicens: quòd audimus in aere, & in aqua existentes: non tamen putandum est aerem, vel aquam esse dominos, id est, priduo se mutuò percutiant ad aerem.

Nota.

Vbi manifestat, quòd aer est medium corpus inter corpora percutientia se, ex quibus fit sonus, licet talis sonus effectus possit deferri ad auditum existẽtẽ siue in aqua, siue in aere: ad postea examinabit.

Quarta conditio corporum.

Statim addit quartam prædictam cõditionem, quòd corpora velociter se percutiant ad hoc, quod aer non egrediatur antequam percutiatur: huius enim percussio, sonus est. Vnde si paulatim corpora congrediantur, aer dilabitur, nullusq; fit sonus. quòd si citò se percutiunt, aer non potest ita citò labi: ob id resistit, & propter resistentiam percutitur:

qua sonũ edunt.

Exẽplũ.

Ponit exemplum eorum, qui multos lapides simul cõiunctos proiciunt, ac virga velocissimè mota percutiunt cumulũ, antequam dissoluantur: velocitas enim præuenit separationem lapidum: ita debet esse cita motio corporum effectiuorum soni.

Echo autem fit, quãdo, fit ab aere. Tex. LXXX.

De sono reflexo. q Echo dr.

QVomodo sonus directus, & simplex fiat, docuit: nunc quo modo etiã sonus reflexus fiat, qui dicit Echo docet: dicitq; talem sonũ fieri hoc modo. Sonus. n. qui in aere taliter moto consistit, fertur per spatium aliquod: accidit ergo, q̃ aliquod occurrat corpus prohibens ipsum dilatari vlterius: iterum sonus regreditur per idem spatium, aere ipso, in quo sonus est, repulso. Vocat vas locum continentem.

Qõio fiat.

Ponit exemplum de sphæra, id est, circulis in aqua factis. Aliquãdo enim in lacum lapidem iniecimus, qui iectus in aqua sibi ꝓpinqua circulum facit: & hic vlterius alium se maiorem, & ille alium, donec cessante tali motu ex ripæ vel lapidis vel alterius aquæ occursu, alij regrediuntur circuli per idem spatiũ. Sic iudicandũ est de aere moto, in quo sonus est.

Nota: Exemplo declarat.

Dicit autem, q̃ semper sit Echo, cùm sonus definit, quamuis non semper percipiatur. Sicut posito corpore ad radios Solis, reflectitur lumẽ semper ad vmbram, quamuis non semper sensibiliter, ita vt illa vmbra faciat aliam vmbram.

Semper fit Echo cum sonus reflectit licet non semp sentiatur.

Hoc enim modo speculum, & aqua reflectit lumen in muro, vt vmbram aliam faciat, quia multum luminis reflectunt.

Simile de luminis reflexione.

Alia tamen reflectunt quidem, sed non distinguitur ab vmbra præcedẽti. Quòd autem corpora reflectant lumen, probat, quia aliter essent tenebræ puræ, vbi solis radij directi non sunt: quod falsum est.

Vacuum.

Vacuum aũt recte dicitur. Tex. LXXXI.

Laudat antiquos ad confirmationem suę opinionis, q̃ aerem faciebant autorẽ soni.

LAudat Antiquos ad confirmationem suę opinionis, q̃ aerem soni authorem faciebant, non ita, vt esset prima causa, sed vt medium quoddam, & id quod ex percussione corporum sonum facit.

Qũo hic aer se habere debeat, vt fiat sonꝰ.

Antiqui autem dabant vacuo sonum, per vacuum intelligẽtes aerem, quamuis re vera non sit vacuum.

Explicat autẽ, quomodo se debeat habere aer iste. Debet eẽ vnus, & cõtinuus, id est, non dẽt in multas particulas dissecari: sic enim non faciet sonum: sed debet aliqua simul tota pars percussa moueri: sic enim sonum causabit.

Vnde, cum corpora nõ sint plana, nõ faciunt percussa sonum: quia diuidunt, & separant aerem in multas particulas: at cum læuia sunt, vnam habent superficiẽ, ratione cuius aer simul percutitur, & talis tota pars simul percussa mouetur, ac sonum facit, auditumq̃ immutat.

Sonatiuũ igitur est, quod motiuum. Tex. LXXXII.

De sonatiuo, seu sonoro corpore, quid sit.

DE sono, ipsiusq; principiis egit: nunc de sonatiuo agit, od a sono dicitur: ac primo quid sonatiuum sit explicat, dicẽs, sonatiuum esse, quod potest mouere aerẽ continuum vsque ad auditum.

Obiectio Aristo. Solutio.

Dices fortasis, quomodo aer hic exterior continuus est auditui? Respondet, auditum esse connaturalem aeri, id est, habere quendam aerem internum, & naturalem, cum quo iste exterior continuus est. Habet enim, vt dicemus postea, auditus ante se foramen quoddam in caluaria, quo detinetur aer quidã semper, nec ab eo recedit: qui aer ex vna parte est cõtiguus cum tunica auditus, quæ dicitur miringa: ex altera parte cõtinuus est cũ aere exteriore. Vnde moto exteriore, mouetur interior, & hic mouet potentiam, fitq̃ auditio.

Fit. aerẽ esse auditu aliqs inclusum.

Ex quo fit, quòd non quacunque parte animal audit, nec aer transit faciendo auditionem, sed solum illa parte, qua talis continetur aer, animatum audit: sicut ẽt animal non videt parte quacunq;, nec pupilla, id est, oculus, sed qua parte hẽt, & continet humorem christallinum. Est igitur sonatiuum, quod aerem vsq; ad auditum continuum mouere potest.

Per se igitur insonus est aer. Tex. LXXXIII.

Dubium.

Qũo hic auditus aer sonũ recipiat, & sit connaturalis.

QValiter se hic cõnaturalis aer habeat, explicat, respondens cuidam dubio. Posses enim dubitare, quomodo hic aer potuit sonum recipere, cum aer sit facile dissipabilis & labilis, atque ob id non receptiuus soni.

Solutio Aristo.

Respondet, ita esse: at cum aer habet aliquod corpus prohibens ipsum dissipari, & labi, tunc sonum habet; atque ob id sunt duo corpora, quæ intercipiẽtia aerẽ, citoque percussa faciunt sonum.

Similiter aer iste cõnaturalis, incluſus est, ac immobilis, id est, non dissipabilis, nec locum relinquẽs, vt exponit Themistius, ob idq; sonũ recipit: imo sonos omnes, cum semper interceptus habeatur.

Quòd sit connaturalis aer, probatur 1. Ratio.

Probat autem, q̃ iste connaturalis aer semper adsit illic, nec locum mutet: quia contingit existentes in ipsis aquis audire, quia aqua non intrat locum, vbi aer est, imo nec ingreditur anfractus aurium: q̃ si intraret ita, vt aer ille expelleretur, vel miringa lædetur, non audiremus: sicut nec læsa pupilla videre contingit: & hoc etiam argumento ostenditur, talem aerẽ connaturalem esse in auditu.

Sed & signũ audiendi, aut non. Tex. LXXXIIII.

2. Ratio.

ALtero signo ostendit, aerẽ talem esse: quia ad dignoscendum auditũ vigere, vtimur hoc signo cùm sonat auris, sicut cornu: quod fit, si digito autem præmamus, vel aliquis vapor illũ excitet aerem: tunc enim aer motus sonum facit.

Nota pro.

Quamuis talis motus non sit aeri proprius, sed ab extrinseco: nullus enim ei motus, nec sonus illic proprius est. Cùm ergo aliquando audiamus sine aere exteriori, putarunt ob id Antiqui in vacuo audire posse, existente aliquo sonante: hoc enim aere connaturali sentimus.

Vtrum autem sonat id. Tex. LXXXV.

Dubium. à quo sonus accedat, an à corpore percutiente, an à percusso.

QVid sonatiuum sit, explicuit, nunc dubium quoddam soluit. Est autẽ dubium. Cũ duo sint corpora, ex quibus sonus videtur procedere, idest, quod percutitur: dubium est, vtrum dicatur sonatiuum, & sonare.

Solutio Aristo ab vtroque fieri.

Respondet, quòd vtrumq;, licèt non eodem modo. Et dat huius causam, & rationem. Si enim sonus esset ille motus, quo se illa duo corpora percutiunt, tunc non sonaret vtrumq;: quia vnum percutit, alterum percutitur: at sonare agere est.

Nota.

Sed sonus non est ille motus, sed alius scilicet motus resilientiæ, quo aer mouetur ex corporum illorum percussione.

Repetit qualia sint corpora, quæ se debeant percutere.

Cùm igitur sonus sit in motu, quo corpora resilientia mouentur à leuibus corporibus inuicem motis, & respectu talis motus, vtrumque corpus, quod percutit, & quod percutitur, agat, vtrumq; dicetur sonare.

Statim subdit, qualia sint corpora, quę se percutere debent, quod iam superius diximus. Et attende, q̃ non repetit inutiliter nam superius posuit illas conditiones in illis corporibus, vt sonorũ causa sunt: hic autem, vt sonatiua denominantur.

Differentiæ autem sonantium. Tex. LXXXVI.

Duplex corpus sonatiuum acutũ & graue sicut & sonus ipse.

DEfinierat, quid sonatiuum sit, nunc ipsius differẽtias & species tradere vult. est enim vnum sonatiuum acutum, aliud graue. Differentias autem has nominat actu sonent, non dignoscuntur.

Exempli in coloribus.

Ponit q; exempli. Sicut colores absq; lumine non cognoscuntur. Et attende, q̃ comparatio non in omnibus tenet, sed in hoc, quòd sicut visus non percipit colores sine lumine, ita auditus non percipit sonabilia sine sono actu.

Nota.

Cætera autem dissimilia sunt. Lumen enim non est, nisi ex parte medii, at sonus est ex parte obiecti: sentimus enim, & audimus corpora sonantia, & ipsorum differentias.

Hæc autem dicuntur secũ dùm translationem.

Quid sonans acutus & graue.

EXplicat, quid sit sonans acutum, quid graue, dicens, quòd sumuntur istæ differentiæ per analogiam ad acutum, & obtusum in tactu. Est ergo sonans acutũ, quod in pauco tempore multum mouet auditum, vt de velox dicitur. Graue autem, quod multo tempore paucum mouet, ob id tardũ dicitur, non quod tardum & velox sint ipsum acutum, & graue, sed sunt causa, quòd acutum, & graue sic moueant auditum.

Nota ex S Tho.

S. Tho. notat hic, quòd sicut motus nõ est sonus, sed soni causa, sic nec velox, & tardum, qui in motu, sunt acutum, & graue, sed acuti, & grauis causæ sunt.

Nota cau sam, cur sonus sit acut' vel grauis.

Aduerte tamen, quòd causa quare sonus acutus sit, aut grauis, est copia, aut paucitas aeris. Vnde sect. 19. Problem. 37. petens causam harum differentiarũ, dixit sonum acutum fieri ex aeris percussi inopia, grauem autem ex copia. Ac eadem sect. q. 11, dixit vocum extremitates esse acutas, quia paucitas est aeris in fine percussionis.

Experientia ostenditur.

Et hoc cõperimus in chordis seu fidibus, quę dum intensiores sunt, acutiorem faciũt, quia parum aeris percutiunt, fides autem, siue chordę faciũt sonum, sicut virga aerem percutiens, mota enim ad vnũ latus secum fert aerem, qui ex citissimo regressu chordæ percutitur, cum nõ possit tam citò labi. Hæc ergo est causa acuti vel grauis soni.

Cur acutum velocius moueat sensum quã graue.

Et ex hoc sequitur effectus, quòd velocius acutũ moueat sensum, quàm graue, non enim pauca materia tam tarde mouetur, quàm multa.

An velo-

Vnde velocitas, & tarditas (quantum

citas, & tarditas sint causa acuti, & grauis soni an vero effectus,

puto) non sunt causæ acuti, & grauis, sed ipsorum effectus. Aristoteles autem, hoc solum dicit, quòd velocitas, & tarditas sunt causæ, quare acutum, & graue multum in pauco, vel paucum in multo tempore moueant sensum. Hæ enim definitiones sunt per effectus acuti & grauis. Et hoc nota: nam in motu præcedente sonū nihil facit, quòd velociter magis vel minus percutiantur corpora, ad acutum vel graue.

Et videntur similitudinē habere cum eo.

Explicat analogia acuti, & grauis in tactu.

NVnc analogiam explicat cū acuto, & obtuso i tactu. Acutū enim in tactu, scilicet gladius acutus in pauco tempore multum scindit: quia velocius fertur, nec dat locum subterfugiendi, nec resistē di corpori scisso. Obtusus verò paucum in multo tempore: ob tarditatē enim subterfugit corpus scissum & multum corporis simul resistit. Sic de acuto, & graui sono.

Vbi nota sententiam, quam dicebam. Acutum enim est causa velocitatis: & velocitas causa multæ scissionis. Ita in sono acutus est causa velocitatis, & hęc est causa multæ motionis in sensu. Idem de graui est dicendum, quòd est causa velocitatis, sicut obtusitas, & hæbetudo in tactu.

Vox autem sonus quidam est. Tex. LXXXVII.

De quadā soni specie, hoc est, de voce.

DE sono, ipsiusque principiis, ac de sonatiuo, disputatum est, nunc de quadā soni specie, tractat, scilicet de voce.

Diffinitio vocis paulatim per partes colligitur.

Paulatim ergo ipsius definitionem ponit, singulas particulas ostendendo, ac in præsenti statuit vocem esse sonum animalis. Sola enim animalia sonum hunc emittunt.

Occurritur obiectioni.

Quòd si obijcias, tibiam, aliaq; instrumenta dici habere voces. Respondet id esse per analogiam, & similitudinē: nō tamen propriè. Similitudo autem consistit in tribus, quæ vocibus veris insunt. Primū est extensio: habet enim dilatationem, & velut corpulentiam quādam vox ipsa. Alterum est melos, id est, consonantia, secundum quam graue acuto mixtum consonat, harmoniamque facit. Tertium est locutio, id est, syllabarum distinctio, quæ non nisi animalibus perfectè insunt.

Similitudo duplex vocis cū sono Instrumentorū mag sic orum. Secunda. Tertia.

Additur alia differētia diffinitionis.

Statim aliam addit differentiam definitioni, quòd vox, sit animalis respirantis sonus. Quod ostendit, quòd non omnia animalia edunt vocem: sed quæ sanguinem habent: & eorū non omnia. Pisces enim sanguinem quendam habent imperfectū, non tamen respirant, nec vocem ob id edunt. Et ratio est: quia vox, sonus est: at sonus non est nisi in aere: nec ergo vox. Cùm ergo pisces non trahant aerem per respirationem, non edunt vocem: similiter & alia non respirantia.

Obiectio.

Quòd si obijcias, pisces Acheloi fluuij vocem edere, vt communis fert fama.

Solutio.

Respondet, non esse veras voces, sed sonos brāchijs effectos: sicut etiam cicadę, & grilli sonant diaphragmate, non ore: ablato enim capite adhuc tales emittunt sonos, vt refert Alber.

Vox autem sonus animalis est. Tex. LXXXVIII.

Progressus in perficienda diffinitione vocis.

ADhuc vocis definitionem cō ponere prosequitur, vultque cōstituere vocem non solū esse sonū animalis respirantis, sed etiam sonum factum in aere ipso per respirationem tracto. Ad hoc autem ostendendum, dicit, quòd non quacumq; parte etiam alia respirantia sonum & vocem edunt: non enim sonus manibus factus, est vox: sed sonus in aere respirato.

Obiectio.

Quòd si dicas, aerem illū esse ad refrigerandum cor calidissimum, in cuius motu consistit vita necessariò.

Solutio.

Respondent ita esse, sed habere duos vsus scias. Alterum necessarium, Alterum ad bene esse: sicut lingua etiam duos vsus habet. Alter est gustare, & hic ad vitā necessarius est. Alter est locutio, & hæc est ad bene esse: sine illa enim pōt esse animal.

mal. Ita aer iste habet duos etiam vsus. Alter est refrigerare cor, quod calidissimum est, cum sit caminus, & officina sanguinis; & hic necessarius est. Alter est esse receptiuū, & causatiuum vocis, & hic est ad bene esse.

Instrumentum autē respirationi. Tex. LXXXIX.

Quæ, & quales sint partes in animali, q̄ vocem efficiunt.

VAe & quales sint partes in animali, quæ suo motu, & percussione faciant vocem, explicat. Pro quorum intelligentia aduerte, q̄ est quædam via, quæ ab ore vsque ad pulmonē procedit, quæ dicitur guttur, per quod pulmo, qui calidus est recepit aerem, quo refrigeratur, & refrigerat cor illi proximum. Extremitas huius versus os, quæ in suprema colli parte est, dicitur gurgulio, in quo fit vox hoc pacto. Aer enim illic detinetur, ac ab aere à pulmone emisso percutitur, fitq; vox. Cuius signum est: quia non loquimur inspirantes, nec expirantes, sed aliquo modo aerem detinentes. Hæc tamen latius in quæstione explicantur. Dicit ergo Aristoteles, quod instrumentum respirationis est guttur: hoc enim est propter pulmonem, vt propter finem. Pulmo.n. plus caloris habet in terrestribus, & progressiuis animalibus, quàm in aliis: ob id indiget refrigerio, habetque hanc viam, qua recipiat ipsum aerē, est enim iuxta cor, quod est valde calidum, ac vtrumque refrigeratur.

Quare percussio respirati aeris. Tex. XC.

Quando in gutture fit vox.

VSum necessarium gutturis explicuit ex ipsius aeris: nunc alterum vsum scilicet, ipsam vocem explicat, dicens vocē esse hunc actum, & percussionem aeris, ab anima factam in illis partibus, scilicet, in pulmone, ad arteria, & guttur. Quasi dicat, est ictus aeris mandati a pulmone, & anima, quæ in ipso est, cum aere detento in arteria, & gutture.

Addit vltimū defū

Addit aliam differentiam vltimam, q̄ vox est significatiua alicuius effectus, vel cōceptus: vnde tussis, & soni facti lingua non sunt voces, nisi aere emisso a pulmone, percutiatur aer detentus in arteria intra ipsam. Huius autem retētionis signū est, quod non loquimur, nisi detinentes aerem.

additioni vocis differentiis.

Est ergo vox sonus animalis factus in aere per respirationem tracto a pulmone in gutture cum intentione aliquid significan.

Colligit tota definitio vocis.

Manifestū autē, & cur pisces. Tex. XCI.

Quòd pisces non habēt vocem nec inspirant ex sentētia Arist.

NOn fertur, pisces non habere vocem, nec respirare: quia nō habent arteriam illam, qua vox fit. Quare autem non habeāt, causam dicit esse tradendam in libro de animalibus. Non enim calorem intensū in corde habent. Vnde eos dicit errare, qui dicunt vocem edere, & respirare.

Hæc igitur Aristoteles de sono docet, de ipso sensu, seu potentia auditus nihil dicit, quia facile est per obiectum ipsam definire.

An sonus sit qualitas præter motum. *Quæstio.* XIX.

Suppositio duplicis motus.

DVos locales motus in sono edendo conuenire, certum est. vnus est, quo duo corpora se percutiunt. Et quamuis aliquā do duo sint hi, puta, cum vnum versus alterum mouetur, tunc enim vnus est vnus motus, alter autem alterius, non tamen hoc est necessarium: nam vno quiescente, potest esse percussio. Alter motus est ipsius aeris inter cepti, quo eliditur, & resilit.

Sensus quinis.

Est ergo difficultas, an sonus sit aliqs ex his motibus, an qualitas præter hos insurgens.

1. Argu. q̄ non sit alia qualitas præter motum.

Videtur aūt, quòd non sit alia qualitas præter motū. Primò authoritate: Aristoteles enim sonum per motum definit: Dicit enim, sonum esse ictum, & motum: vocemq; esse percussionem quandam: ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

sonus motus est, & non qualitas.

1. Argu. Præterea secundò. Si qualitas est, vel est prima, vel secunda. Non prima, quia nulla ex his, quas Aristot. 2 de gener. numerat. Nec secunda, cùm non fit ex primis quatuor composita aut facta: non ergo qualitas est.

3. Argu. Præterea tertiò. Si qualitas esset, alteratione produceretur: at non est talis alteratio, qua sonus fiat, nec Arist. meminit, nisi ipsius motus localis: non igitur est qualitas.

4. Argu. Præterea quartò. Quia qualitas habet aliquod esse permanens: at sonus successiuum quid est, nec habet cõstantes partes: non ergo qualitas, sed motus potius est.

Cõsensus opinantium sonum esse qualitatẽ. Aliqui videntur contraria opinari.

In hac difficultate communis est omnium sententia, sonum non esse motum, sed qualitatem distinctam ex motu consequentem. Vt enim motus localis causat calorem in corpore: sic motus ille elisionis aeris intercepti sonum causat: quãuis Themistius c. 69. & Græci videantur docere sonum esse illum aeris motum, vt videtur Arist. indicare. & non esset hoc improbabile profectò.

Primum fundamẽtum, qua ratione & modo requiruntur tria corpora ad sonum.

Pro huius quæstionis resolutione, aduertendum, quòd cùm tria corpora sint necessaria ad sonum: scilicet percutientia se mutuò duo, & tertium interceptum: non est necessarium, q̃ sint illa tria semper discontinua. Aliquando enim omnia sunt continua, aliquando duo, aliquando omnia discontinua sunt. Exemplum primi: cùm ventus fm duas partes se concutit, intercepta aliqua alia venti parte. Exẽplum secundi: cùm virga aerem percutit. Tertium notum est, cùm malleus campanam tangit: semper tamen hoc est verum quòd sunt tres distinctæ corporis partes: altera, quæ percutit: altera percussa: & alia elisa, & intercepta.

Mota.

2. Fund. corpora se percutientia oportet, vt habeat resistentiam mutuam.

Aduerte etiam, quòd corpora se percutientia, debent aliquam mutuò resistentiam habere, vt interceptum medium eliciatur. Vnde cum duæ vndæ aquæ sonum faciunt intercipientes aerẽ medium; tunc quæque vnda resistit ratione aquæ post se existentis, & ratione impetus, quo versus alteram mouetur. Similiter pars aeris, quæ cùm virga elidit aerem interceptum, illa enim resistit ratione aeris totius post se, & etiã ratione impetus, quo post virgam eleuatum ferebatur.

Sit igitur conclusio. Sonus est qualitas per motum elisionis producta, nec est idem cùm ipso motu. Et hæc est communis sententia.

Prima cõ. cl. lumen est qualitas, &c & non motus.

Probatur primò Motus, & sonus habent essentiales differentias, & species diuersas: ergo non sunt idem. Consequentia ergo est certa: nam motus non dicitur acutus, nec, nec grauis, sed sonus: ergo sonus non est motus, sed quid aliud.

1. Ratio.

Præterea secundò. Motus localis, aut est reductiuè in Prædicamento actionis, vel passionis, vel Vbi, ratione termini, aut præcisè collocatur, cùm sit via ad alia, inter post prædicamenta: at sonus est in tertia specie qualitatis, vbi ponuntur obiecta quinque sensuum, vt illic docuimus: ergo non est motus.

2. Ratio.

Præterea tertiò. Sonus recipitur aliquando, vbi nullus est motus localis: ergo non est motus. Antecedens patet 4. hist. cap. 8. docet piscatores, dum pisces capiunt, nullum emittere verbum, quia statim audiuntur à piscibus: & tamen non est credendum, quòd motus transeat per totam aquam: erit ergo sonus.

3. Ratio.

Præterea quartò. Motus est sensibile commune omnibus perceptus sensibus: at sonus solo auditu percipitur per se: ergo non est motus.

4. Ratio.

Præterea quintò. Quia cum duo se percutiunt, non videtur, quòd illic non fit, nisi motus localis; cũ posset profectò alius tam intensus, vel remissus motus dari, vbi sonus non esset: est ergo aliud quid sonus. Sit ergo constitutum, sonum qualitatem esse præter locales illos motus corporum.

5. Ratio.

Ad argumenta ergo respõdetur. Ad primum, quòd locutiones Aristotelis sunt intelligendæ in causali sensu: sonus est ictus, id est, ex ictu procedẽs. Nec hoc alienum est ab ipso: nam odorem etiam vocat euaporationem, & tamẽ constat esse quid ex illo: aut simul cum illo resultans.

Ad primum.

Obiectio. Solutio notanda.

Quòd si dicas, Quare ita definit Arist. prætermisso genere? Respondeo, est q; non tanti dignum, quòd in his, quorum proximæ genera ignota sunt, melius est Physico per proximas definire causas sensibiles: ideo Aristoteles per ictum, & percussionem definit sonum, non vt per genus, sed vt per causam proximam, sicut eclipsis dicitur terræ interpositio.

Ad secundum.

Ad secundum respondeo, quòd Aristo. solùm numerat illic primas qualitates tãgibiles, vt patet ex toto contextu, & ex ipsius verbis, nõ autem simpliciter primas: Tunc enim oporteret lumen numerare. Dico ergo, sonum esse qualitatem primã, sed non ex illis, quæ tantum tangibiles sunt.

Ad tertium.

Ad tertium respondeo, q̃ sonus producitur motu locali, non tanquam terminus primus, & immediatus illius, sed tanquam mediatus: sicut calor mediãte locali motu producitur.

Dubium. Solutio notanda.

Quòd si dicas, Qua mutatione immediate producitur? Dico alteratione quadã quæ sonatio dicitur, sicut calor calefactione. Huius autem non meminit Aristotel. quia non est subiecti trãsmutatiua, & deductiua, qualis est propria alteratio: & ẽt, qui a est coniunctа semper cum motu locali.

Ad quartum.

Ad quartam respondeo, esse qualitatẽ successiuam. Nec hoc minus est: habet se, sicut lumen lucernæ motę per mediũ, quod successiue producitur, & corrumpitur, secundum alias, & alias medii partes, vt notum est.

An sonus sit in corpore sonãte, an in corpore intercepto, scilicet in aere, vel aqua. Quæstio XX.

Sensus quæstionis.

DIximus corpora tria ad sonũ conuenire, duo quæ se percutiunt, & vnum interceptum: dubium est, an sonus subiecte tur in intercepto corpore, tan in aliis, quæ sonantia dicuntur. Quod est dicere, an sonus fit in campana, & malleo, an in aere medio intercepto.

Prima q̃, q̃ fit in corpore sonante.

Videtur, q̃ fit in sonante. Primò Ita se habet obiectum visus ad visum, sicut obiectum auditus ad auditum: sed obiectũ visus in se habet colorẽ formaliter, quo videtur: ergo & obiectum auditus, quod est sonans corpus, in se habet sonum.

2. Ratio.

Præterea secundo. Nihil potest esse medium, & subiectum: vt aer, qui est mediũ colorũ videndorum, non recipit colores, sed species ipsorum. At aer est mediũ ẽt audiendi: ergo non recipit sonum: erit igitur in corpore sonanti.

3. Ratio.

Præterea tertiò. Si recipitur in medio corpore, tunc sonus reciperetur in aqua: nam duo corpora collisa ad aquã faciũt sonum; at aqua non est receptiua soni, vt patet tex. 81. ergo sonus est in sonante.

Not. primum dubium, in quo oẽs conueniunt.

Aduertendum, quòd hic est duplex dubium. Alterũ, an sonus fit in corpore sonante. in quo omnes fere cõsentiunt esse in corpore intercepto. Alterum est, an tale corpus interceptum solum sit aer, an etiam aqua: & in hoc est controuersia. The. enim c. 26 Simpli. & Auice. c. de auditu, putant aerem, & aquam esse receptiuam soni.

2 Dub. in quo est controuersia.

Prima opin The. 2. Opinio S. Thom. &c.

Albert. S. Tho. & Auer. & alii multi solum aerem: dicitque Albertus, cum duo corpora intra aquam se percutiunt, & sonus fit, tunc esse illic aerem. Cuius signũ dat: q̃ statim supra aquas apparent bullæ ascendentium partium aeris.

Circa huius difficultatis resolutionem

Prima cõ. cl. fio. sonus non fit in aere in corpore sonante, sed in intercepto

fit prima conclusio. Sonus non est in corpore sonante, sed in intercepto. Probatur primo. Si esset in sonante, cum duplex fit sonans, vt certum est, vel sonus esset in vno vel in vtroq: Nõ in vno, cũ nõ fit maior ratio, quare potius in illo, quàm in altero sit, vt cùm duę manus se percutiũt. Non ẽt in altero simul, seu in vtroq; quia sonus est vnum accidẽs simplex, quod in diuersis subiectis esse non potest: erit ergo in corpore medio.

1. Ratio.

Præterea secundò. Si motus, seu sonus esset in sonante, tunc se per mediũ intentionaliter diffunderet, sicut spẽs: hoc autẽ non ita est. Nam experimur, flante vento contra sonans, ab auditu nõ audiri: quod non esset, si sonus in medio intentionaliter solùm esset: tunc enim non impediretur auditio, sicut nec visio.

2. Ratio.

Præterea tertiò. Illic ẽ sonus, vbi actio est, qua producitur: sed talis actio est in medio, scilicet motus resilientiæ, & elisionis, quę in corpore intercepto est: ergo & sonus.

Quarta

Accedat etiam quartò expressa doctrina Arist. motum enim aeris, & ipsius pcussionem vocat sonum: quod quamuis intelligat causaliter, vt diximus, tamẽ indicauit in aere esse sonum.

ab auth. Arist.

3. Ratio.

Secunda conclusio. Nõ solùm aer, sed

2. Concl.

Soni non solus aer est receptiuus, sed aqua. Nota.

& aqua est soni receptiua. Hanc teneo cum Auicenna, & Græcis.

Fateor tamen, aerem perfectiorem sonum facere; quia fragilis est multum, & distinctionem syllabarum recipere: ob id Arist. magis meminit eius: aqua tamē sonum facit, crassum & imperfectum.

1. Ratio.

Hoc mihi persuadeo, quia pisces intra aquas branchiis sonant, seq; mutuo audiunt: qui sonus non fit, nisi ex aquæ collisione.

Relicitur solutio q̄ dari potuisset.

Quòd si dicas, particulas aeris illic eē: peto, Vel præerant ante motum brāchiarum, vel de nouo fiunt. Dicere prǫfuisse, est valde contra experiētiam: experimur enim particulam aeris intra aquam non pati moram, sed ascēdere. Si dicas, de nouo fieri: Hoc est fingere: non enim fieret, nisi illo motu, quo etiam sonus fieret, & sic non esset ex aeris, sed aquæ collisione sonus.

Ad primum.

Ad primum ergo argumentum respōdeo, quòd non est eadem ratio de obiecto visus, & auditus. Auditus enim obiectum est causa effectiua soni: ob id non in se sonum facit: vt diximus in principio capitis. At obiectum visus, est causa subiectiua coloris ab altero facti.

Ad secundum.

Ad secundum dico, q̄ secundū diuersas partes idem potest esse obiecti seu soni medium, & subiectum.

Ad tertium.

Ad tertium solutio patet ex secunda cōclusione: nec id est contra Aristote. qui solum meminit subiecti principalioris, imò in tex. 79. in aere, & aqua audiri posse docuit.

An sonus fit realiter in medio vsque ad auditum. Quæst. XXI.

Descriptio ordinis auditū, ex qua tota eius ratio intelligetur.

Difficilis est quæstio ista ob varias magnorum Philosophorum sententias. Pro tituli intelligentia scias, à quinta contingatione neruorum habentium originē a cerebro deriuari duos neruos per medium cerebrum vsq; ad illas cerebri partes, quæ correspondent auribus: ex altera vero aurium parte extra cerebrum, officium quoddam continetur, in quo foramē est anfractuosum valde, & minimum, vt extremum acus capiat, quod ob eius subtilitatem, & tortuositatem, foramen cæcum dici solet, quasi nihil per illud exitū habeat. In extremitate versus cerebrum maiusculam facit cauitatem, quæ tunica a cerebro procedente tegitur, quę dicitur myringa, seu tympani auditus: quia ad modum tympani se habet, in qua potentia auditiua residet.

Foramen hoc, tali clausum tunica, nerui prædicti extremitate ambitur, in quo neruo continentur spiritus, à cerebro vsque ad myringam procedentes.

A myringa autem versus aures, id est, in illo foramine osficuli, aer cōtinetur, q̄ connaturalis dicitur, & immobilis: quia nullus illi patet egressus: os enim foraminis versus exterius, est valde parum, nec potest aer egredi, ne detur vacuum. Nam alterum os versus cerebrum clausum est myringa fortiter, estque sicut aqua in vase paruissimi orificii: aer iste naturalis ex hac parte est continuus cum reliquo aere extra foramen, qui dicitur externus, & in anfractibus auricularum continetur; deinde cū eo, qui extra nos est. Hoc itaq; modo se habet potentia ista, & organū.

In quo sit quorumdam difficultas.

Est igitur difficultas, an cum sonus fit aliquis ex motu aeris percussi, totus moueatur aer vsq; ad internum, & internus motus moueat myringam: sic enim dicetur esse sonus realiter in toto medio. An non sic, sed sonus, & motus vsque ad aliquam certam spatij partem procedat.

Prima opinio Auic.

In hac igitur difficultate sunt quatuor sententiæ insignium Philosophorum. Prima est Auicennæ lib. 6. ca. de auditu, qui aerem moueri vsque ad internum putat, sonumq; realiter esse in toto medio: sed hoc modo, q̄ illa portio aeris immediatè percussa à corporibus se verberantibus, illa eadem, in qua sonus est, impetu fertur per totum medium aerē ipsum rumpendo vsque ad auditum, seu vsq; ad aures, sicut sagitta in scopum. Vnde idē numero sonus, iuxta hanc opinionem, p̄ totum transit medium.

Secunda opi. Simplii.

Altera sententia est Simplicii hoc loco, vbi digressiunculam facit contra Alexandrum: dicitq;, q̄ aer totus mouetur, cum mouetur illa particula percussa: est enim continuus vsque ad auditum. Continuū aūt vnius percussione partis totū mouetur: sicut si lignum longum vna moueatur

Tertia opi. Alber.

tur parte, totum mouetur.

Alia sententia est Alexādri, qui plures percussiones fieri censet in aere, ita vt illa prima percussa aliam percutiat, aliumq; sonum faciat, & hæc aliam, & sic consequenter, sicut fit in circulis aqueis, vt in textu diximus.

Hanc sententiā multi receperunt, quāuis non eodem modo. Nam Albert. putat hanc realem motionem, & sonum peruenire vsque ad ipsum auditum: secus verò non auditi. & hæc est tertia sententia.

Quarta opi. S. Th. & cōis.

Alij, vt S. Tho. Caiet. vterque, & cōmunis denique sententia, quòd iste motus realis, & sonus multiplicatur quidem, sed nō vsque ad auditum, sed vsq; ad certum spacium, & ad summum vsque ad internum aerem, postea multiplicatur intentionaliter, & per species, sicut color. Hæ sunt sententiæ Philosophorum in hac re.

1. Concl. Idem numero sonus non peruenit realiter vsque ad auditum.

Vt autem, quod mihi videtur probabilius manifestem, proponam aliquot conclusiones, quarum prima sit. Idem numero sonus, realiter vsque ad auditum non peruenit. Hæc est contra Auicennam, qui vnam aeris partem, in qua sonus erat, per medium interruptum vsq; ad aures deuenire dicebat.

1. Ratio.

Quòd autem hoc non possit fieri, probatur primò. Quia hoc supposito, multi nō possent vnum sonum integrum sentire, cuius oppositum patet. Sex enim, & septem millia vnicam audiunt vocē concionatoris. At sequela patet: quia vna illa particula immediatè percussa, non potest integra multiplicari. Et hoc argumētum est ferè demonstratio.

2. Ratio.

Præterea secundò. Quia sonus est successiuè: non ergo permanet idem per totum spatium, nisi noua fiat percussio.

3. Ratio.

Et prǫterea tertiò. Quia vna debilis percussio aeris, cùm aliquis loquitur, non videtur, quòd possit tantum aerē rumpere.

2. Concl. non necessario totus aer simul mouetur.

Secunda conclusio. Cū pars aeris percutitur, ita, vt audiatur, non necessariò totus aer simul mouetur. Hæc est contra Simplic.

1. Ratio.

Et probatur forti ratione: quia tūc esset tam velox auditus, quàm visus, nec citius propè, quàm procul audiretur, cuius oppositum docet experientia.

Fortitur fundamē

Nec ratio ipsius de continuitate quicquam valet. In continuo enim fluido, & fragili, non statim vna mota parte, totum mouetur: aliter enim totus vniuersi aer moueretur vna mota particula: quod ridiculum est.

tum Aduersarij.

Tertia conclusio. Sonus, & percussio non multiplicatur realiter vsque ad auditum: nec insonos audimus. Hæc est contra Alb. Probo autem conclusionem contra ipsum validissimis rationibus.

2. Concl. Sonus, & percussio nō necessario multiplicatur vsque ad auditum.

Prima sumit ab experientia. Audimus enim aliquando in locis occultissimis, & clausissimis, quibus nō communicat aer externus, cùm tota fuerint fortissimē muris circundata: ergo motus aeris non perueniet vsque ad auditum continuus.

1. Ratio.

Confirmatur experientia.

Similiter in vase clauso sentimus motum lapilli inclusi, nec potest motus per illud ferrum transire.

Relicitur solutio quæ dari potest.

Quòd si dicas, per pores aere plenos transire motum. In primis hoc est figmentū in corporibus oīb. tales ponere poros.

2.

Præterea: est impossibile motum transire: quia est paruissima particula aeris, quę non potest illum motum recipere, & sonum causare.

3.

Et quod magis est, non sunt ordinati illi pori, & recti, sed inordinati, & particulis corporis circūdati impedientibus transitum: quomodo ergo tantus motus per illos deferri potest vsque ad auditum?

4.

Præterea: pisces audiunt voces piscatorum aquis immotis manentibus: quomodo igitur totum continuum medium mouetur vsque ad auditum? Profectò est hoc manifestè repugnare experientiæ.

2. Ratio.

Probatur secundò, & hoc est fortissimum argumentum, Auditus percipit sonum cum distantia & situ, vt notum est. Cùm enim campana sonat, sonum distantem, & locum sentimus, at si sonus realiter multiplicatur vsq; ad aures, impossibile est sonantia percipere, & distantiam. Quod patet: quia sonus qui sentitur, non est nisi in auribus: illic percipitur sonans nam sonus ille primus sonantis iam corruptus est.

Relicitur solutio.

Quòd si dicas, sentiri sonum illū cùm distantia ex motione tali, vel tali soni proximi. Profectò non soluitur argumētum; nam poterit alius sonus propè eum, qui audit, talem motionem facere, qui tamen non est in eadem distantia: non igitur sonus realiter vsque ad aures perueniet.

Proba-

1. Ratio. Probatur tertiò. Quia si totus aer moueturusque ad auditum, iam sensibile supra sensum faceret sensationem: at audire contingeret, sicut videre id, quod est supra pupillam.

4. Ratio. Præterea quartò. Quia multos sonos simul sentimus. quamuis autè dici possit, quòd per aerem possunt procedere, quia latus est, habensq; partes diuersas: tamen impossibile est hoc dicere de aeris illa minima portiuncula, quæ in aure continetur: non enim multis simul motibus, & percussionibus percuti potest: non ergo ad audiendũ necessariò mouetur realiter totum medium vsque ad auditum.

4 Conclusio probabilis. Quarta conclusio probabilis. Sonus realis productus non multiplicatur realiter per spatium. Hæc est contra quartam opinionem multorum. Dicunt enim, q̃ aer primò percussus, sonumq; recipiens, alium percutit, facitq; alium sonum, & hic aer alium, quamuis non fit necessariũ vsque ad auditum. Contra hanc sonorum & motuum multiplicationem est conclusio posita.

1. Ratio. Probatur primò. Quia ille motus aer non fertur tanto impetu, vt possit alium sonum tantum facere. Et profectò experientia cõstat, quòd motus aer a bombarda, ad mediocrem distantiam non fertur multo impetu: quomodo ergo ad tantam distantiã sonus bombardę multiplicatur?

Confirmatur. Adde etiam: quòd si aliquando aer ille percussus sonum alium facit, iste est dissimilis à priori, nec est sonus ille bombardæ, sed alius. Auditus enim percepit, & illum sonum, & sonum bombardæ.

2. Ratio. Præterea secundò. Quia sonus non sentiretur, nisi in illo loco, in quo multiplicari realiter desinit, & per species diffunditur, vt dicebamus superius: at experientia docet oppositum.

3. Ratio. Præterea tertiò. Quia vnus cõtra aliũ loquitur, imò multi contra vnum, & inuicem audiuntur, quod si realiter multiplicaretur sonus, motus aeris impediretur propter contrarietatem.

4. Ratio. Præterea quartò. Quia velocissimè sentimus concinentes, & ad distantiam loquentes: quòd si multiplicatio realis, & successiua esset, cùm sit per motum percussionis, profectò notabilis mora esset in audiendo: quæ omnia sunt contra experientiam, quam multum obseruare debet Physicus.

5. Conel. Son' realiter semel productus, intentionaliter multiplicat. Explicatur conclusio. Simile de colore. Quinta cõclusio. Sonus semel realiter productus, intentionaliter multiplicatur. Explico. cum duo corpora se percutiunt, aer eliditur, ac ad aliquam distantiam mouetur nõ magnam, sonumq; ex percussione recipit, & illinc sentitur, sicut color in corpore. Color enim in corpore existens per species immutat visum, & videtur: sic sonus in illo receptus aere elisio immutat intentionaliter organum.

Nec est necessaria illa percussionũ multiplicatio vsq; ad auditum: quamuis accidat aliquando aerem moueri vsq; ad aures, cum sonus sit vehemens: sed non est necessarius ille motus ad audiẽdum, nec ille motus est soni effectiuus.

Primò ex perientia probatur cõclusio. * Et hæc sententia mihi probabilior est: sic enim sonantia corpora, & distantiam percipimus, quamuis non tam exactè, sicut per visum, cum color sit in corpore colorato, sonus vero extra sonans.

Secundò probatur ratione. Et præter omnia argumenta facta, quę conclusionem hanc probant, est vnum aliud, quia aliter integer sonus & vox audiri non potest à multis, nisi intentionaliter se diffundat: si enim realiter, tunc pars audiret: quia in qualibet medij parte nõ est tota: at in qualibet parte medii, etiam propinqua auditur tota: ergo intentionaliter se diffundet per reliquas medij partes.

Ad testimonium Arist. Vnde cum Aristoteles dicit, id sonare, quod potest mouere continuum aerem vsque ad auditum, est intelligendum de hac immutatione: sicut id est visibile, qd medium immutare potest vsq; ad visum: sed non est hæc immutatio, nisi per species.

An Echo sit idem numero cum sono priori. Quæst. XXII.

Sensus q̃nis. SEnsus facilis est. Petimus n. an cũ profert aliquis istam vocẽ, Do, & post prolatã iterũ sentitur similis vox, & sonus, qui dicitur Echo: an talis sonus sit idem cum eo, qui primò auditus est.

1. Opinio. Auicen. Tres sunt hac de re Philosophorũ sententiæ. Prima est Auicennæ, qui putat esse eundem numero prorsus, sed hoc modo. Est enim illa aeris portio, quæ illum habet sonũ, primò à corporibus elisa, quæ transit per medium aerem, inueniẽsque obstaculum iterum eadem regreditur, & bis sentitur.

2. Opinio S. Tho. Alia sententia est S. Tho. & communis, quòd sit numero diuersus, sed idem specie. Opinatur enim, quòd sonus multiplicatur nouis percussionibus. Cùm autem occurrit aliquod obstaculum, fit percussio cum illo, & similis sonus, & iste percussus aer retrocedit semper percutiẽdo secundùm diuersas partes: & sic sentitur idem specie sonus.

Simile declarat. 2. Opini. Et est simile de circulis in aqua factis: regrediuntur enim circuli alij per eandem aquam occurrente obstaculo.

Alia est sententia, quam citat Iandunus. q. 13. quòd sit sonus diuersus specie: quia prior erat ab anima factus, posterior autem à corpore inanimato, scilicet ab obstaculo aliquo.

1. Funda. Quid certum sit ex hac re, quid dubium. Aduertendum igitur q̃ hic est vnũ certum, & alterum dubium. Certum hoc est, quòd aer ille primò percussus, aliquando tam fortiter procedit, vt aliũ aerem percutiens sonum faciat: vt apparet in aere moto à bombarda, qui cum alio aere stre pitum facit debiliorem multò. Similiter si occurrat aliquod corpus, tamen iste sonus non dicitur repercussus, nec Echo, cum non sit similis præcedenti, in quo nulla est controuersia.

In quo consistat controuersia. Dubium autem est, cùm similis sonus repercutitur, ita, vt si quis proferat hanc vocem, Homo, iterum repercussa audiatur vox etiam, Homo, aut extrema syllaba: & de hac fuit cõtrouersia in opinionibus citatis.

1. Concl. Idẽ son' percipit̃ p species reflexas. Mihi videtur esse dicendũ, quòd Echo est prorsus eadem vox cum priori, non sicut dixit Auicenna. Non enim illa aeris portio per medium aerem tendit, & reflectitur; sed existens in vno loco proximo sonati, suas species mandat, per quas idẽ sonus percipitur, & istæ reflexæ faciunt apparere Echo, & alium sonum propter moram.

Exemplo declarat. Et est exẽplum nouũ. Cùm ego video in speculo me, non est aliud a me, quod in speculo video, sed ego ipse: species enim meæ figuræ procedentes versus speculũ, repercutiuntur, ac me extra me apparere faciunt: vnde, si viderem me directe, apparerem duo. ita fit in sono: procedens enim species reflectitur, ac ibi iterũ sonum eundem audiri facit, non autem simul sentitur propter moram temporis: successiue enim immutat sonus. Sic igitur fit Echo.

1. Ratio. Et hoc vnico argumento probo: quia si nouus esset sonus productus ab obstaculo, non posset esse articulatus: at sentimus integras & distinctas voces repercussas: impossibile ergo ẽ ab inanimato corpore fieri.

Secundo experientia constat. Experimur enim, q̃ tibia quantumcũque a lingua moueatur, non potest distincte vocem exprimere: quomodo ergo aer percutiens murum, vel alium aerem, syllabicum faciet sermonem? Et hoc etiam argumento probari potest, non multiplicari voces per medium, nec sonos consequenter. Et hoc nota.

Nota.

De vocis natura, & causis, ac significatione. Quæst. XXIII.

NOn ob difficultatem alicuius quæstionis disputationẽ hãc proponimus, sed vt vocis causas, & instrumenta, quę breuiter Arist. tangit in textu, ante oculos ponamus.

Describũtur omnia vocis instrumẽta. Gula. Aduertendum igitur, quòd duæ sunt viæ ab ore versus pectus deorsum intusq; procedentes. Vna tendit in ventriculum seu stomachum, quæ dicitur gula: hac enim mansum cibum in ipsum ventriculũ mittimus: hẽt versus os excauitatẽ grãdem: est enim latior in eo extremo: quæ excauitas, fauces dicitur, seu pharynx. Est enim pharynx orificium illud amplũ gulæ, quo deglutimus. Pharynx.

Aspera arteria. Altera via est magis extra mediũ colli versus partem anteriorem trãsiens, & hæc in pulmonem tendit, quæ magis est ossi, quàm carni similis, habens anfractus circulares: ob id aspera arteria dicitur: similiter etiam dicitur guttur: hac non cibum, nec potũ sumimus, sed aerẽ per respirationẽ in cordis refrigeriũ trahimus. Guttur.

Pulmo. Est enim pulmo, vt dicitur 3. de part. animal. c. 3. substantia spongiosa, & velut

Universidad de Deusto
Biblioteca

folles cordis, a quo procedunt duæ viæ vsque in cor. Altera, qua in cor mandat aerem, & remittitur aer, qui dicitur arteria venosa: quia vnicam habet tunicam, sicut vena sanguinis. Per alteram viam sumit alimentum a corde, quæ dicitur vena arteriosa: quia duas habet tunicas sicut arteria.

Arteria venosa.

Vena arteriosa.

In huius extremitate arterię versus os, fit magna cauitatis amplitudo, quæ apparet sub mento paulo inferius in collo, & dici solet pomum: talis pars vocatur gurgulio, & larynx, in qua sunt viginti musculi ad innumeros motus constituti, vt dicemus.

Pomum, Gurgulio seu larynx.

Foramina data iuxta linguę extremum.

Aduerte vlterius, ꝙ iuxta extremum linguæ, interius duo apparent foramina: per vnum cibus mandatur in gulam, per aliud aer in arteriam: at ne aliquod corpus, vel particula cibi labatur per arteriã quæ mortem inferat animali, natura apposuit in superiori palato carunculã quãdam, quæ dicitur ligula, epiglottis, seu claui cula, qua clauditur foramẽ dum deglutimus.

Ligula, epiglottis seu claui cula.

De causa vocis quomodo fiat vox.

Supposita hac partiũ descriptione, & historia, scito, vocem fieri in larynge, seu gurgulione hoc modo. Aer illic reprimitur, & ab aere, à pulmone per eandem arteriam misso, percutitur: fitque vox.

Pro vt autem variæ fiunt percussiones, ratione illorum musculorum, variæ fiunt voces. Vnde cum cantant auiculæ, apparent multi, & varii motus plumarum in illa parte, quæ gurgulio dicitur.

Quo fiat vox articulata & alia eius quatuor instrumẽta.

Aduertendum tamen, quòd sic fit vox absolutè loquendo: at si eius articulatio, & syllabarum distinctio cõsideretur, sunt instrumenta etiam alia quatuor necessaria, scilicet, Lingua, Palatum, Labia, & in hominibus Dentes. his enim omnibus perfecta fit vox.

De vocis significatione naturali, & ad placitum.

Circa eius significationem aduerte, ꝙ in animalibus vix naturale est signũ passionum internarum. In hominibus verò aliquæ naturaliter significant, aliquæ ad placitum: ꝙ si aliquę non significant (possumus enim fingere voces non significãtes internos conceptus:) tamen aptę sunt ad significandum. Non oportet autem modo de vocum significatione differere: sufficiant, quæ in Logica dicta sunt.

Caput nonum.

De odore autẽ, & olfactibili. Tex. XCII.

De odoratu, ac primo de odore ei' obiecto.

POstquã de auditu egit, nunc odoratum tractare aggredi tur, ac, vt solet, ab obiecto, & medio incipit. Primò tñ difficultatem rei proponit, dicens, ꝙ difficilius est tractare de odoribus quam de colore, lumine, & sono. Et ratio est; quia melius ista cognoscuntur, quam odores.

Difficultas tractationis de odore.

Potest ergo ratio sic formari. Scientia sensibilium non fit, nisi ex præcedenti cognitione sensitiua ipsorum; at odores difficilius sensu percipiuntur; ergo ipsorum scientia difficilior est. Minorem probat; quia homo habet malum odoratum, & peiorem, quàm multa animalia. Cuius signum est; quia non sentit odores, nisi vehementes, quæ causare possunt nocumentum, vel delectationem sensui olfactus; quod si esset boni odoratus, etiam odores non vehementes, sed remissos sentire posset.

Rationabile est, & sic, quę duros. Tex. XCIII.

Comparatiõe quãdam idẽ confirmatur.

PRonit comparationẽ satis accommodam. Sunt enim quædam animalia, quæ duros habent oculos, cũ absq; palpebris sint, de quibus loquitur 2. de parti. c. 13. vt lacerti, & alia animalia. Hæc non videt obiecta proposita, nisi sint magna, & terrorem aliquem incutiant. Dicit rationale, id est, proportionale, & simile esse in his quantum ad colores, & colorum diuersitates percipiendas, & in hominũ olfactu quantum ad odores. Illa enim visum imperfectum ad colores habent: homo autem odoratum imperfectum ad odores.

Videtur

Videtur enim portionem habere ad gustum. Tex. XCIIII.

De methodo, qua facilius odores cognoscipotuerint, p̃ portiõe, ad sapores, vtpote nobis notiores. Tactu & gustu nos vincim' omnia animalia.

DIfficultate proposita cognoscẽdi odores, methodum tradit, qua facilius cognoscantur; cõstituitq; olfactu cũ gustu magnam similitudinẽ habere, & odores cũ corporibus. Est. n. olfactus ob gustũ aĩalibus cõcessus: per sapores ergo odores cognoscendi sunt: nã sapores notiores sunt.

Probat autem, quòd sapores melius cognoscamus, quàm reliqua animalia omnia. Tactu vincimus omnia animalia: at gustus est quidam tactus, scilicet tactus linguæ circa sapores: ergo vincimus etiã gustu: melius igitur percipimus sapores.

Nota, tactum esse indicium ingenii.

Maiorem probat: quia homo est prudentissimus animalium aliorũ: at per tactum prudentia consistit, ad ipsamq; conducit: ergo vincit tactu omnia sicut prudẽtia. Minor signo probatur. Per tactum enim bonũ vel malum iudicamus de ingenio bono, vel malo, & non per aliũ sensum: ergo tactus aliquid ad prudentiã facit. Vnde homines boni tactus, & habentes carnes molles, vocamus ingeniosiores alijs: si ergo homo excellit tactu, excellet gustu, & consequenter sapores optimè dignoscet, quamuis in alijs sensibus vincatur ab animalibus.

Est autẽ vt sapor: hic quidem. Tex. XCV.

Tractatio de odoribus analogica ad sapores.

NVnc de odoribus tractat per analogiã ad sapores, dicitque: Sicut saporũ quidã sunt extremi, puta, dulcis, et amarus: alii medii, vt austerus, acutus, & alii: ita similiter odorum alii extremi, scilicet dulcis, & amarus: alii medij, qui omnes eisdem nominibus nominantur propter similitudinẽ. Vt enim dulcis sapor ad gustum, sic dulcis odor ad olfactum se habent, similiter & reliqui.

Nota.

Hoc tamen nõ ideo est, quòd aliquando simul sunt tales odores cum talibus saporibus, vt quòd odorem dulcem habent etiam saporem dulcem habeant, vt mel, & crocus, & quòd acrem odorem, etiam acrem saporem, vt Thymus: nam aliquã do discrepant, vt habeat odorem dulcem, & saporem amarũ, vt in musco accidit.

Adhuc autem, sicut auditus. Tex. XCVI.

Odoratus non solũ sentit odores sed etiam odorum priuationes, vt cęteri quoque sensus priuationem suorum obiectorum.

NOn solũ odores olfactu percipi dicit, sed etiam ipsorum priuationem: quod omnibus sensibus cõmune est. Visu. n. colores, & non coloratum discernimus, & auditu sonos, & silentiũ; gustu, gustabile, & ingustabile; olfactu, odorabile, & indorabile: est enim eadem potentia contrariorum, quo autem modo hoc fit intelligendum, dicemus inferius.

Tribus modis dicitur aliquid ingustabile & gustabile.

Distinguit tamen, vnumquodq; horũ contrariorum dici tripliciter. Vt v.g. ingustabile primò: quia nullum habet saporem. Secundò, quia debilem habet, & vix sensibilem. Tertiò, quia malum & nociuum habet. Similiter inodorabile.

Dubium.

Dices, Quomodo gustu sentimus, qđ nullum habet saporem? Respondeo, quòd non solo gustu, sed per ipsum sensus interior percipit. Quo autẽ modo id fiat, declarabitur in capite de sensu communi.

Solutio.

Est autem olfactus per medium. Tex. XCVII.

De medio, per quod olfacimus.

DE medio, ꝙđ olfacimus, nunc tractat, ipsumq; aerem, & aquã esse docet. & de aere non est dubium. Odorant enim per aerem respirantia, & non respirãtia, quæ sanguine carent. At de aqua dubium videbatur. ob id probat; quia pisces à longa distantia ad escas accurrũt, quod non esset, nisi odorarent. quòd si odorant, necessariò per aquam odorant: & sic ipsa mediũ est, sicut & aer. Similiter etiam odorare videtur quę nõ respirant terrestria, qđ eodem ꝙbatur argumẽto de motu in escam.

Qđ hoc, medium sit aqua & aer.

Vnde & dubium est: si omnia. Tex. XCVIII.

De modo quo olfacimus. Repetit quædam animalia per inspirationem odorare, alia sine illa.

DVbium proponit, quod orit ex dictis. Dictum.n.est, & idē modò repetitur, q̄ quædam odorant non respirantia, vt quæ sanguine carent inter terrestria: quædam autem non odorant, nisi inspirantia, ita, vt quando expirant, vel quando retinent spiritum, non odorent, quamuis eis proximus sit odor: imò nec quāuis odor ponatur supra sensorium: (Sed de hoc non esset mirū: quia commune est omnibus sensibus non sentire sensibilia superposita:) tamen proxima, seu propinqua nō odorant, nisi cum inspiratione, cum tamē alia animalia odorent sine illa: & odorare cum inspiratione, videtur esse illi propriū, cum absq; illa non odorent.

Nota.

Notandum hic, quòd odorare cum inspiratione dicitur proprium homini: quia omni inest, sed non soli, vt dicit Auerr. & Alber. alijs enim multis ab homine hoc inest, vt notum est.

Quare quæ sanguinē non habent. Tex. XCIX.

Dubium Aristo. An sit diuersus olfactus in his quæ p inspirationem odorāt & quæ sine illa. Respōsio Arist. esse vnum olfactum.

EX dictis insurgit modò dubium: quia videtur olfactus animaliū sanguine carentium esse aliud genus sensus ab olfactu habentium sanguinem, cum ille absq; inspiratione, hic cum ea sit.

2. Ratio.

Respondet ad dubium, non ita esse: sed esse eūdem genere olfactum in omnibus: quod duplici ratione probat. Prior est: quia est idem obiectum, & eædem differentiæ: vtrumq; enim est circa odores bonos & malos.

Posterior: quia ab eisdem odoribus patitur vterque olfactus: vt enim homo, & alia animalia inspirantia refugiunt odorem sulphuris, & bituminis, & aliorum; ita etiam animalia non respirantia. est ergo idem genere olfactus in vtriusque.

Videtur autem in hominibus differre. Tex. C.

Tertiò exemplo quod à simili in visu dubium solui tur.

DVbij modò rationē soluit quodā eleganti exemplo, quod tale est. Animalia quædā habent oculos duros absq; palpebris, quædam autem cum palpebris. Illa obiectum præsens in perspicuo statim vident, quia nullum habent oculi impedimentū: hæc verò non statim, donec aperiant palpebras. Notum est hanc diuersitatem in videndo oriri non ex diuersitate potentiæ, sed eorum, quæ circa ipsam sunt.

Sic fit in odoratu. Homo enim odoratum habet cū operimento, quod non aperitur, nisi cum inspiratione, cætera verò non olfactus tamen est eiusdem generis.

Nota.

Cum homine, cætera inspirantia intelligas: solius enim hominis meminit, quia experimur homines absque inspiratione non olfacere. Vnde infert, quòd respirantia in aqua non odorant, quia nō possunt in aqua inspirare,

Quòd olfactus sensorium sit potentia siccum.

Ex his volens potentiam olfactus constituere, docet, quòd sicut sapores in humiditate, sic odores in siccitate abundanti consistunt. Vnde fit, quòd sicut sensoriū saporum debet esse in potentia humidū: sic sensorium olfactus in potentia siccū. Nam sensorium, vt recipiat obiectum, debet denudari ab eo: sicut pupilla non debet habere colorem, vt percipiat. Facultas ergo in sensorio tali existens, olfactus est.

An homo tactu vincat animalia omnia, non tamen olfactu. Quæst. XXIIII.

Primum argum. ab authoritate Arist.

SEnsus quæstionis est notus. Aliquot autem argumenta occurrunt in hac re, & præsertim ex Aristotele. Primum est ex libro de sensu cap. 5. vbi dicitur, quòd homo solus percipit odores aromatum, non autem alia animalia. Ex hoc colligo, ipsius olfactum esse perfectiorē: quia plures odorum differentias percipit.

Præ-

2. Argu.

Præterea secundò. Videtur, q̄ in omnibus sensibus homo vincatur etiam in tactu, ex illo celeberrimo carmine.

Nos sus auditu lynx visu, simia gustu,
Vultur odoratu præcellit, aranea tactu.

3. Argu.

Præterea tertiò. Lib. 10. de genera. animal. cap. 20. in fine dicitur, quòd gustus, & tactus nihil ad prudentiam faciunt. Et lib. de sens. cap. 10. præfertur auditus omnibus, quantum ad disciplinas. Et primo Metaph. cap. 10. præfertur visus, quantum ad scientias per inuentionem. Ergo tactus nihil ad prudentiam, & scientiam facit, sed potius alij sensus.

4. Argu.

Præterea quartò. Sect. 30. Proble. q. 1. melancholici in scientijs præferuntur: & tamen hi nō molles, sed duras habent carnes: nō ergo mollities carnis aptiores mē te significat.

1. Argu.

Præterea quinto. Fœminæ & phlegmatici molliores habent carnes sanguineis, & tamen ineptiores sunt.

Primum fundam. dupliciter vnum alterum excellere p se.

Circa horum resolutionem aduertendum primò ex Arist. lib. 5. de gener. ca. 2. quòd dupliciter vnus sensus alteri potest præstare per se. Dico per se, vt sensus est, & in ratione cognitionis, nam per accidens præstat aliquando ratione subiecti, quomodo omnes potentiæ hominis sunt præstantiores, quia in aīa rationali sunt. De hac autem præstantia non est sermo, sed de ea, quæ in cognitione posita est.

Exclusis excellentia per accidens.

Prima excellentia per se.

Hanc autem dicit esse duplicem, alteram, quæ in eo est, quòd vna potentia distantius percipit obiectū, vel sub remissiori gradu, vt perfectior est visus, qui colores ad maiorem percipit distātiam, quàm qui ad minorē; & qui remissiores etiam colores videt, quàm qui solùm fortes, & intensiores.

Nota.

Quod ex eo dicit prouenire, quòd oculi magis sunt reconditi, & intus positi. habent enim tunc à natura vallum maius quod ad videndum iuuat, ob id enim manum ponentes super frontes, videmus distantiora.

Secunda excellentia p se.

Altera nobilitas est in percipiēdis pluribus differentijs obiecti, vt visus in eadem distantia plures colorum differētias distinguens. perfectior est altero non tot distinguente. quod ex eo dicit prouenire, quia minus est turbida pupilla.

Nota. Oītēditur

Hanc duplicem præstātiam in olfactu esse posse dicit. Erit enim olfactus perfectior, qui distantiores odores percipit, & remissiores: erit etiam perfectior, qui plures odorum percipit differentias, quamuis intensas, & propinquas,

illa duplex excellētia i olfactu.

Iuxta hanc ergo doctrinam Arist. facile erit dissoluere dubium præsens de olfactu. Dicendum enim olfactum hominis esse imperfectiorē quam aliorū animaliū in percipiendis odoribus quantum ad distantiam, & quantum ad remissionē. Alia enim aīalia remissos odores percipiunt, & in magna distantia, vt canes, & vultures, & alia huiusmodi: homo autem non percipit, nisi prope, & intensos, vehementesque odores.

Respōdetur q̄ni de olfactu hominis excellentia.

Prima eō elusio, in prima excellentia vincit ab aīalibus.

2. Concl. In secunda excellē tia vincit alia animalia, [illegible]

Dicendum tamē secundò quòd homo vincit in percipiendis differētijs odorum pluribus. Animalia enim olfactum habēt in ordine ad gustum, atque ea de causa id olfaciunt fere, quod ad gustum attinet: at homo olfactum etiam propter se habet. Vnde multa alia olfacit.

Ex quo sequitur, quòd bruta olfactu indicant cibos: non enim gustu probant seu prælibant, quæ gustare & edere post debent: sed olfactu solum, & post gustāt, non repellendo vt plurimum quæ olfecerunt. At homo non contentus est olfactu solo, nā quamuis benè odoret, potest malum habere gustū, & quamuis malè odoret, bonum habere gustum.

Notādum diuersum vsum olfactus in animalibus & homine.

Sequitur ex hoc etiam, quòd Arist. docet. de sens. capi. 5. quòd in nobis odores dupliciter dicuntur, delectabiles, vel indelectabiles. Vno modo per se, puta, in ordine ad solum odoratum. Altero modo per accidens, puta, in ordine ad gustum.

Nota secūdo odores hominis dupliciter esse delectabiles.

Et ex his odoribus accidit, quòd fiat delectationis mutatio in vno, & eodem odore. Experimur enim, q̄ aliquis odor cibi delectat nos, cùm famem patimur: & contristat, ac nauseam prouocat, cùm fumus saturi.

1. Dubiū. an plures differentias odorū homo sentiat & tantū intensas, & nō remissas.

Dices tu, Quæ est causa, quare hominis odoratus percipiat plures differētias odorum, non autem odores nisi intensos?

Respōsio.

Respondeo ex eadē radice totum prouenire. Ideo aduerte primò, quòd quantò organū potentiæ denudatur magis à differentijs obiecti, tantum est perceptiuum pluriū differentiarum. V.g. quantò pupilla est à colore remotior, tanto plures colores

1. Funda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lores percipit. Vnde cũ inſpexit aliquem colorem fortem, non poteſt per aliquod tempus videre perfectè alium: quia, quodammodo colorem illum recipit. Similiter auditus non debet internum habere ſonum, vt plures percipiat: ſimiliter lingua circa ſaporem.

2. Fund. Aduerte vlterius, quòd odor in ſicco et calido conſiſtit magis. Vnde quantò organum eſt minus tale, tantò plures percipiet odorum ſpecies.

Redditur ex hiscau ſa dubii. Scito autẽ, q̃ cerebrum hominis, vt docet Ariſt. 1. de part. cap. 7. eſt frigidiſſimũ & humidiſſimum natutali ſua temperie omnium aliorum animalium. cum autẽ in hoc ſit olfactus, vt dicemus, euenit, vt homo plurium differentiarum ſit perceptiuus odorum: reliqua omnia calidius habent cerebrum & ſiccius.

Nota tamen, quòd cum ſit tam frigidum, & humidum, non poteſt pati, niſi à vehementi calido & ſicco, atq; ob id non ſentit remiſſos odores. Vnde cũ patimur catharrum, minus olfacimus: quia humidius eſt tunc cerebrum. Nõ ſic in reliquis animalibus.

Dubium. Reſpõſio. Dices, quare cerebrum hominis eſt frigidiſſimum? Reſpondeo: quia debet inſeruire operibus mentis per ſpiritus in eo exiſtẽtes: quod ſi eſſet ex ſe calidum, ex alterà parte accedit calor cordis, tunc ſpiritus turbarentur & inepti eſſent ad miniſterium: quod accidit ebriis, & phreneticis, ob nimium calorem in cerebro: atque etiam adurerentur, & fierent inepti, quaſi fuligines aduſti.

Problema tãſolutio. Hinc patet ſolutio ꝓblematis cuiuſdã, ſcilicet homines odorantes à longa diſtãtia eſſe ineptos, & rudes: arguit enim id cerebri calorẽ: praui verò odoratus, quãtum ad diſtantiam, et remiſſionem odorũ eſſe ſolere ingenioſiores. Quanquam alia etiã eſſe cauſa ſolet, videlicet, longitudo naſi, quæ iuuat, vt facilius, & ad maiorem diſtantiam odor ſentiatur, vt in canibus: & brevitas oblt. Hæc de olfactu.

Reſpõdetur quin. De tactu hominis excellentia. Prima fundamentum. At circa tactum aduerte, quòd non eſt illa nobilitas percipiendi remota: non enim remota tactu percipimus, ſed coniũcta: at nobilitas conſiſtit in remiſſione obiecti percipienda, & in pluribus differentiis obiecti.

Et vtraq; homo omnia animalia vincit: plures enim differentias percipit, ſcilicet aſperum, lene, durum, molle, & alia, quorum multa bruta non tangunt, aut imperfectè tactu dignoſcunt. Similiter percipimus qualitates omnes in gradu remiſſiore: quia tactus hominis in maiori temperie omnium qualitatum conſiſtit: vnde excedẽtes omnes qualitates percipit. Bruta autem non percipiunt qualitatem, qua ipſorum tactus abundat, niſi in gradu intenſiſſimo, vt declarabitur in capite de tactu. Ex his facile erit argumenta ſoluere.

Nobilitas ſeu præſtia tactus in quo cõſiſtat. 1. Concl. In vtraq; nobilitate excellere tactũ hominis.

Ad primum dico, q̃ olfactus hominis perfectior eſt in illo, non tamen abſolutè: non enim odores remiſſos percipit. Ad 1.

Ad ſecundum dico, quòd illa carmina veritatem habent quantum ad nobilitatem ſenſus circa diſtantia, vel remiſſa obiecta. Ad 2.

Nota primo de Simiæ guſtu. Tamen de Simia non eſt verum: ſed dicitur habere optimum guſtum, quia facit geſticulationes quaſdã, quibus delectationem magnam in guſtando præ ſe fert.

Nota ſecũdo de Aranea. De aranea autem Albert. tract. 3. ca. 73. dicit, quòd non habet niſi prauũ tactum. eſt enim frigidæ cõplexionis, & viſcoſam habet humiditatem, quæ tactum hebetat. Vnde ignem admotum, non ſtatim ſentit; quòd ſi percipit vermiculos cadentes in telis, id eſt propter motum: tela enim cum continua ſit, ſtatim mouetur.

Obiectio. Dices, videri optimi tactus, cum tam debilem motum ſentiat, quem homo nõ ſentiret. Reſpondeo, motum eſſe cõmune ſenſibile; & quantum ad hoc, concedendum eſt, remiſſiores motus percipere: tactus tamen magis cõſiderandus eſt circa obiectũ ꝓpriũ, ſcilicet primas qualitates. Solutio.

Ad tertium aduerte, quòd aliud eſt ſenſum prodeſſe ſcientiæ, vel prudẽtiæ: aliud eſſe ſignum ipſius. Viſus, & auditus proſunt multo magis ad ſcientias: per ipſorũ enim cognitionem Intellectus multum iuuatur: per auditum ad diſciplinas, per viſum ad inuentionem: & ſic tactus parum aut nihil facere dicitur. Ad 3.

Aliud eſt, quod ſit ſignũ. Tactus enim ſignificat bonam corporis temperiẽ, qua poſita, aptior eſt anima ad operandum.

Nota, cur bonus tactus ſit ſignum boni ingenij. Habet autem hoc peculiariter tactus: quia temperies tactus eſt ſicut temperies animalis vniuerſalis in primis qualitatibus: atq; ideo bene temperati in tactu, totam

tam ſortiuntur temperiem bonam. Vnde diſtemperies tactus morbum periculoſum oſtendit.

Nota. Aduerte autem, per prudentiam intelligi aptitudinem ingenij ad ſcientias, & diſcurſus: quia nõ facit hominem ſapientem, niſi ſtudium, & labor accedat.

Ad 4. Ad quartum dico eſſe melancholicos ex natiua complexione quibus terra dominatur, & hi rudes ſunt: alios eſſe ex accidenti: nã conſumptis ſpiritibus, & ſubtilioribus partibus ſanguinis, abundat terreum & frigiditas: quod ex nimio euenit ſtudio: & de his loquitur Ariſtote. nec eſt contradictio.

Ad 5. Ad quintum dico, eſſe mollitiem ſpongioſam, quæ in humido aqueo conſiſtit, qualis eſt illa dicta in argumento, & hæc non iudicat bonum ingenium. Alia eſt in humido aereo, magis conſiſtentiam habens, non ſpongioſa, & de hac Ariſtot. eſt ſermo. illa prouenit ex humido & frigido, hæc ex humido & calido: & ita illa eſt phlegmatica, hæc ſanguinea,

An odorum ſcientia bene per ſapores tradatur: vbi & de natura odorum. Quæſt. XXV.

Occaſio quæſtionis. DVbium hoc circa tex. 94. inſurgit, vbi Ariſt. docet ſapores melius cognoſci odoreſq; habere ſimilitudinẽ cum ipſis: eamq; ob cãm per ſaporũ doctrinã habendã eſſe etiã odorum.

1. Argum. ad partẽ negatiuam. Videtur autem primò non ita eſſe. Primò: quia tunc oportebat prius de guſtu & ſapore tractare (quia notior ſapor eſt) quam de odore: cuius tamen oppoſitum fit, cum poſt tractetur de ſapore, & guſtu.

2. Argu. Præterea ſecundò. Adhuc non videtur poſſe talis haberi ſcientia: quia tunc per ſapores bene colligeremus odores, ſi ſapor dulcis eſſet cum odore dulci, & amarus cum amaro: at nõ ita fit, imo ſæpe ſapores amaros cũ dulcibus odoribus inuenimus & econtra: ergo potius methodus iſta faciet nos errare, quam ſcire. Hoc dubium, præcipuè propono, vt explicẽ odorum naturam.

3 Fund. ac natura. Aduerte ergo, quòd odores, & ſapores, ſicut & colores, qualitates ſunt ſecundæ diſtinctæ à primis, ex ipſarum tamen varia miſtione inſurgentes. Vnde dulcedo, & odor, non eſt calor, nec frigus, nec alia ex primis qualitatibus, ſed quædam alia ab eis diſtincta, ex ipſarum miſtione inſurgens.

& cauſa odoris odoreſſe ſecundas qualitates ex primis inſurgentes. Scias tamen, quòd alia eſt miſtio qualitatũ, in qua ſapor, ab ea, in quæ odor conſiſtit. Sapor enim in humiditate comprehendente ſiccum, ipſumq; ſuperante conſiſtit. Vnde ad dandos ſapores rebus, vtimur aqua, & liquore: & hoc humidum cõprehẽdens ſiccum, Ariſtoteli de ſenſu c. 4. Euchymũ, ideſt, bene tẽperatũ dicitur. Odor verò, oppoſitã habet miſtionem: conſiſtit enim in ſicco comprehendente, & ſuperante humidum: tam autem odor, quàm ſapor in humido, & ſicco præcipuè conſiſtunt. Alia eſt, miſtio qualitatũ primarũ ſ odore et alia in ſapore, & q̃ ſit vtraque.

Hinc fit, cùm poſt terræ ſiccitatem fit pluuia, ſolet in principio odor terræ diffundi, tunc enim humidum incorporatur ſicco, abundat tamen ſiccum. At poſt longam pluuiam non ſentitur odor: quia tũc humidum excedit, & potius comprehendit ſiccum. Exemplo ſeu experientia confirmatur.

Vnde, quò ſiccior eſt flos, ſolet maiorẽ odorẽ emittere: ob id roſæ, & quæ ſpinas habent: multùm odoriferi flores ſunt: id enim ſiccitatem indicat. Secundo exemplo idem probatur.

Cauſa autem, quæ hanc miſtionem facit, calor eſt externus: hic enim humidum ſicco miſcet; comprehendereq; ipſum facit per concoctionem, & digeſtionem; & ſic ſapores facit. Similiter humidum reſoluit, & à ſicco comprehendi facit, & ſic odorum eſt cauſa. Cauſa miſtionis prædictorum odoris, & ſaporis.

Vnde ſequitur, quòd calor ſit effectiua cauſa odorum, & ſaporum: materia verò eſt præcipuè humidum, & ſiccum. In tali enim odor, & ſapor recipiuntur, vt diximus, cum diſcrimine. Cauſa effectiua & materialis odoris & ſaporis.

Ex hac doctrina ſequuntur aliqua notanda. Primum eſt, quòd non in eodem ſubiecto adæquatè eſt odor, & ſapor: habent enim temperiem oppoſitam: ſed in partibus ſubiecti, quibus ſiccum ſuperemineat humido, ineſt odor: in partibus verò craſſioribus, quibus humidũ præſertim aqueum abundat, ineſt ſapor. Et hoc notant Albertus, Auicenna, & Philoponus. Subiectum enim immediatum odorum, vocant exhalationem ſiccam. Tria notatu digna quæ ſequãtur ex dictis.

Sequitur

Universidad de Deusto Biblioteca

Secũdũ

Sequitur secundo, quòd sapor est prior natura, quàm odor: quia materia, in qua sapor est, per calorem fit materia odorũ: non autem econtra. Et ratio est: qa calor agit consumendo humidum, & augendo siccum. Vnde cum sapor in humido sic cum comprehendendo consistat, fit vt calor externus consumendo humorem, expellat saporem, & consequenter odorem inducat, dominante sicco. At calor materiam siccam non facit humidam non admisto alio corpore: ob id nõ facit ex odore saporẽ. Hac de causa dicit sapor prior natura odore.

Nota.

Tertium.

Sequitur tertio. Quomodo potest esse, quòd res habens bonum odorem, habeat malum saporem: non enim in eadem parte adæquate, nec in eadem temperie consistunt.

Descriptio odoris.

Ex his omnibus possumus descriptionem odoris colligere. Odor est qualitas secunda proxime in sicco comprehendẽte humidum, consistens, olfactusque immutatiua.

2. Fund. de analogia inter odores, & sapores.

Pro argumentorum solutione notandum, quod analogia inter sapores, & odores non consistit in hoc, q odor dulcis sit cum sapore dulci: hoc enim non est opus, nec isto modo ab Aristotele doctrina traditur.

Duo modi veri analogiæ.

1.

2.

Sed duobus aliis modis. Alter est, q in quali proportione humidi supra siccum sit dulcis sapor, in eadem sicci supra humidum sit odor dulcis: & sic in aliis.

Alter est in ordine ad sensum. Qualẽ enim passionem sapor dulcis gustui, talẽ dulcis odor olfactui infert: & sic etiam in aliis odoribus.

Ad 2. Ad 1.

Per hoc soluitur argumentum scãm: Ad primum dico, quòd hic sequitur ordinem nobilitatis potentiarum: est autem nobilior olfactus gustu. Præterea nõ tradit hic exactam doctrinam naturę odorum, sed in vniuersali, quatenus in cõmuni potentiam immutat, idcirco non fuit opus præmittere sapores: id enim facit lib. de sensu, vbi naturam eorum considerauit.

An sensorium olfactus sit processus mamillaris. Quæst. XXVI.

Nota ad sensus gõnis intelligentiam.

Ad tituli intelligentiam aliquid ex anatomia oportet adnotare. Scito, a cerebro procedere duos canales vsque ad ossa foraminosa narium, quæ sunt prope concauitatẽ oculorum, atque in extremitate facere duas carunculas ad modum extremitatis mamillæ: ob id, processus mamillares dici solent: per hos cerebrũ mittit excrementa in nasum, & per respirationem ascendunt etiam fumi per hos vsq; ad cerebrum; per hos canales deriuantur rami neruorum vsque ad nasum procedẽtium a quinta coniugatione neruorum.

Dubium ergo est, an olfactiua potentia in neruo, an potius in carunculis illis mammillaribus consistat.

Sensus q̃stionis.

Auerr. lib. 1. collectan. cap. 7. & libr. 2. cap. 17. putat contra Auicennam, non esse in caruncula mamillari, sed in neruo.

1. Opinio Auer. nõ esse in illis caruculis mamillaribus.

Probat duplici ratione. Prima est. Illæ carunculæ sunt eiusdem substantiæ cum cerebro: at cerebrũ est expers sensus, vt docet Arist. 2. de part. ca. 10. ergo non est illic potentia olfactiua.

1. Ratio.

Altera est. Quia contingeret per foramen palati, q̃ in nares terminatur olfacere, quia illinc posset attingi talis carũcula: nullus tamen est expertus per os olfactionẽ esse factã. Hæc est opinio Auerr.

2. Ratio.

2. Opinio verior, & cõis Philosophi Galeni esse potentiam olfactus in illis caruculis.

At Philop. in præsenti. Galen. 8. de vsu partium. Auicenna cap. de odoratu, & Albertus Magnus, denique sententia communis tenet in illis carunculis esse olfactiuam potentiam: & ita videtur cum ipsis esse sentiendum.

1. Ratio.

Primò: quia neruus ille etiam vsq; ad partes nasi inferiores descendit: contingeret ergo sentire absque respiratione.

2. Ratio.

Secundo: quia neruus ille est eiusdem rationis cum nerno tactus: ibiq; est potẽtia tactiua: at olfactus sensorium habet diuersum, aliamq; petit temperiem.

3. Ratio.

Præterea: quia aliis sensus non in neruo consistunt ex his, quæ habent medium externum. Auditus enim in mirynga, visus in pupilla est.

4. Ratio.

Præterea: quia, vt diximus, olfactus sequitur temperiem cerebri

Ad primam rationem Auer.

Nec argumenta Auerr. concludunt. Ad primum enim dico, quòd non est prorsus eiusdem temperiei illa pars cum cerebro, ob id sensum habet. Adde, quòd forsan cerebrum habet sensum imperfectũ, & hebetem.

Ad secundam rationẽ Auer. 1. 2.

Ad secundam ratio est, quia contra ipsum: nam quamuis ponatur in neruo, idem sequitur. Dico tamen, quòd non ita facilè patet aditus per illud foramen. quòd si à naso ad os fit transitus, id est, concurrente motu naturali musculolorum, qui modo oppositio non mouent.

Nota de Opaculo seu tunicaolfactũ operiẽte quorundã falsam opinionem.

Hic aduerte vnum, Aliqui enim Latini dicunt illas carũculas operiri tunicis menyngibus, quę respiratione eleuantẽ, quod videbatur indicare Aristoteles. Sed hoc non inueniunt Anatomes periri: ob id non est recipiendum.

Nota secũdò, qd Arist. per operculũ intelligat.

Per operculum ergo, quod ait Aristoteles, intelligere oportet ipsam carnẽ spõgiosam, quæ compressa est ante caruncu las, & per respirationem dilatatur, & post aperiuntur: & hoc ipsum docet Arist. tex. 100. Non sic est in non respirantibus.

An odor sit realiter in medio. Quæst. XXVII.

Vid odor fit, & qualiter in corpore esset, diximus. Nunc dubium est, an odor sentiatur in subiecto suo immutato medio per species intentionales sicut videtur color: an nõ sic, sed ipse odor realis perueniat per medium vsq; ad potentiam, & sensorium. In hoc enim non sunt Philosophi concordes, sed varię extant sententiæ.

1. Opinio Auicẽ. Alber.

Prima est Auicennę, quam sequitur Albertus in Summa de auditu. Dicũt, quod odor subiectatur immediatè in materia ficca & parum humida, resoluta per calorem: & in ista materia fertur odor realis per medium vsq; ad olfactum. Nec contingit olfacere, nisi quando ista fumida exhalatio, in qua fertur odor, ad sensoriũ peruenit. Hæc sententia probatur ab Auicẽna, sed ipsius rationes postea adducentẽ.

3. Sententia Auer.

Altera sententia est Auerr. cõm. 97. vbi impugnat Auicen. Dicit, quòd odor non egreditur realiter à corpore odorabili, sicut nec color à colorato; sed intentionaliter agit in medium, & in sensorium.

1. Ratio.

Rationes sunt eius duæ. Altera est, quia odoratus contingit ad distantiam tantã, ad quantam non est possibile corpus resolui. Dicit, quòd vultures ad quingenta milliaria olfecerũt corpora occisa in bello Troiano.

2. Ratio.

Altera ratio est, quia tunc daretur corporum penetratio. Si enim odor non fertur per medium aerem, nisi simul cũ corpore, id est, illa fumosa exhalatione; ista cum aere penetraretur.

3. Sententia S. Th. Philop. et & communis.

Tertia sententia est media Sancti Thomæ, & Philoponi, Iãduni, & communis, quòd odor per aliquam spatii partem fertur cum illa exhalatione: per aliam verò vsq; in sensorium intentionaliter immutat, sicut color.

4. Opinio Aegidii.

His possumus quartam Aegidij sentẽtiam addere. Dicit enim, quod odor producitur in aere absq; illa exhalatione: & sic odor in medio realiter producitur, sicut sonus, quamuis post non producatur, nisi intentionaliter.

1. Cõclusio. Odor non producitur, realiter i medio.

Pro huius difficultatis resolutione sit prima cõclusio. Odor nullo modo in medio realiter produci potest. Ista est contra Aegid.

Explicatio conclusio.

Explico, Odor, vt diximus supra, immediate subiectatur in mista materia, in qua siccum comprehendit humidum: quòd si contingit odorem extrahi ab aliquo corpore per medium, id est, quia tales partes extrahuntur resolutæ per calorem.

1. Ratio.

Probatur primò. Odor magis est secunda qualitas, quàm color, cum ille immediatè ex mistione qualitatum fiat: at color, puta, albedo, nigredo, nullo modo immediatè in ipso aere recipi possunt: ergo nec odor.

2. Ratio.

Præterea secundò. Qualitates secundæ non sunt inuicem actiuæ, vt notum est in philosophia: non enim albedo alteram albedinem producit: ergo, nec odor subiecti producet alterum odorem in medio. Si ergo contingat realiter esse odorem in medio, id est, quia aliquæ subiecti partes, in quibus odor inerat, per calorem extrahuntur, vel calor in partibus subiecti resolutis, odorem facit diminuendo humidũ, & incorporando siccum cum humido.

Ad hanc rationem adde tenet: de sensu: ex: textus libr. IX cap. XV pag. 285

Quinta quorundam opinio reiicitur, quòd odor transfit à subiecto in subiectum.

Vnde non sunt audiendi Ammonius & Boetius in 2. cap. ante prædicament. qui dixerunt, quòd odor à subiecto in subiectum transit, quia manus comprimẽs pomum recipit in se odorem.

Sed hoc falsum est: nam, vt ibidem dicit bene Simplicius, non recipit manus odorẽ, nisi quia simul recipit aliquas partes ipsius subtiles, in quibus erat odor. Cuius signum est, quòd pomum rugas contrahit, & diminuitur.

Nota circa nomẽ vaporis odoriferi.

Hic aduertendum est, quòd materia, in qua odor est, consistit in sicco comprehẽdente humidum. Vnde non dici debet propriè vapor talis materia: nam vapor est calidus, & humidus: nec exhalatio, propriè, quia hæc est natura ficca, & frigida, licèt per Solẽ calefacta. At quia ista materia odoris resoluitur per calorem, ratione talis caloris fit iam calida & humida, & calida & ficca: & ideo exhalatio & evaporatio dici solet: similiter propter subtilitatem. Proprius dici fortasse posset fumosa exhalatio: quia hęc est calida & ficca, sed dum rem teneamus, de nomine non oportet valde esse anxios.

2. Concl. An corpore odorifero emittantur exhalationes odorifer.

Secunda conclusio. A corpore odorifero sæpe effluit exhalatio illa, in qua fertur odor.

Hæc conclusio est euidens, quam probant argumenta Auicen. Primum est ab experientia, quia experimur res odorem emittere, cum manuum calore, vel ignis alterantur, & vigente calore æstatis flores odorem spargere. Experimur etiam, quòd manu aerem ad nares trahimus ad odorandum aliquando: quod non esset, nisi talis exhalatio à corpore resolueretur. Experimur etiam res odoriferas nimio odoratu marcescere & diminui.

1. Ratio ab experientia.
1.
2.
3.

2. Ratio.

Probatur Præterea secundò. Quia si ista resolutio non esset, semper citissimè odoraremus, nam tunc immutatio per species intentionales fieret: quæ velociter producuntur. cuius oppositum experimur: tardissimè enim contingit aliquando odorare præsente odorabili.

3. Ratio.

Præterea tertiò. Quia odores prosunt vel nocent cerebro: quod non esset, nisi aliquid à corpore odorabili cum odore resolueretur.

Tertia cõclusio.

Tertia conclusio. Non semper olfactus contingit facta hac resolutione, sed medium & organũ intẽtionaliter mutatur.

Non semper olfactus etiam emissis vaporibus odoriferis, sed medii & organum intentionaliter mouentur.

Aduerte, quòd à corpore odorabili aliquando fit resolutio ista vsque ad certam medij partem, vt dicit S. Thomas, & intẽtionaliter odor ille agit in sensorium. Aliquando exhalatio peruenit vsq; ad sensorium ipsum, & cerebrum; & tunc non olfacimus, vt experientia docet. Aliquãdo etiam non egreditur à corpore exhalatio & olfacimus.

Nota, vario modo contingere vt odorem sentiamus.

Vt igitur olfactus fiat, non debet exhalatio sensorium attingere; & hoc est contra Auicennam, quamuis non negemus aliquando attingere, sed dicimus non tũc olfacere, imò læsionem sentimus in organo.

Similiter dico, quòd olfacimus aliquã do extracta exhalatione per resolutionẽ: & hoc probaui in secunda conclusione, & videtur esse contra Auerroem.

Modò autem dico, quòd olfacimus ẽt non extracta exhalatione, sed manente in proprio subiecto: & in hac parte conuenio cum Auerroe.

Duo probãda proponuntur in conclusione tertia contẽta.

Sunt igitur duo probanda. Alterum, ꝙ olfactus contingat aliquando non resoluto corpore odorabili. Alterum, ꝙ odoratus aliquando etiam contingat facta resolutione exhalationis, sed non vsq; ad sensorium, vt dicit Auicen. In his duobus cõsistit nostra sententia.

Primum probatur.

Primũ probatur duobus testibus Aristotelis, simul etiam rationibus contentis in illis. Aler textus est sect. Problema. 12. quo probat contra Democritum, odorem non esse exhalationem: Quia, inquit, sem per diminueretur res odorabilis dũ odoratur, & sic non duraret: at experimur corpora parua, multum temporis odorem continere.

Cõfirmãt rationem ex eodem loco.

Ex hoc loco ego etiam sumo argumentum simile contra eos, qui, quamuis non dicant odorem esse exhalationem, dicunt tamen esse in ea, & cum ea terri extra odorabile: quod simili argumento impugnat etiam Aristoteles.

2. Authoritas Arist.

Alter locus est, de sens. cap. 5. vbi impugnat idemmet hoc argumẽto: quia pisces odorant in aqua à longè, & tamen non potest per aquam similis exhalatio ferri, quin destruatur. Profectò hoc idem est contra eos, qui odorem cum illa copulant. Colligo igitur olfactum fieri aliqua ndo

quando solum immutato medio intentionaliter, sicut color videtur.

Posterius dictum, scilicet, ꝙ aliquando exhalatio extrahatur per spatium, iam probatum est.

Alterum probatur, scilicet, ꝙ immissis vaporibus odoriferis non sentiat olfactus, nisi medii intentionaliter mutetur.

Sed ꝙ non contingat olfactus, nisi immutetur medium intentionaliter, probatur primo: Quia tunc sine medio extremo olfactus esset: quod tamẽ est expresse contra Aristotelem, qui olfactus medium posuit aquam, & aerem: non ergo odor immediate tangit sensorium.

2. Ratio. Dubium.

Præterea: quia iam tunc esset sensibile supra sensum, si vsque ad caruncul as illas peruenire opus esset odorem, vt olfacere mur: quod tamen falsum est.

Dices tu, Quæ est ratio, quare aliquando odor fit cum resolutione aliqua exhalationis vsq; ad aliquam spatii partem: ali quando vero non opus est id?

Solutio.

Respondeo, ꝙ sunt aliqua odorabilia, quibus vel ob nimium humidum, vel ob siccum terrestre non bene comprehendẽte humidum, imperfecti sunt odoris, vt vix sentiantur: perficiuntur verò calore, vel resoluente humidum, vel siccum humido miscente, & tunc sentiuntur: nõ fit autem talis perfectio, nisi cum resolutione ex vi caloris partes extraxetis.

Nota.

Alia vero sunt, quibus odor est perfectus, & nõ indigent tali resolutione, quãuis verum sit, ꝙ odores habeantur frigiditate partes corporis comprimente, & humidum congelante: excitantur autem odores calore aliquo.

Ad Primũ Auic. argumentum.

Supereſt, ad duo argumenta Auerrois respondeamus, quamuis nõ sint omnino contra nos. Ad primum respondet Auicẽna, ꝙ non est necessaria continua exhalatio ab odorabili vsque ad olfactum: sat est, quòd aliqua illius particula pueniat: & sic fuit in vulturibus: ventus enim exhalationes ad magnam ferebat distantiã. Ego etiam idem dico: solum in hoc differo, quod non erat opus, quòd perueniret exhalatio immediate vsque ad sensorium sed vsque ad partes proximas, a quibus p species posset diffundi odor.

Ad 2.

Ad secundùm respondet Auicenna, ꝙ nõ est penetratio, sed cædit aer exhalatio ni, sicut cedit vapori eleuato ab aqua.

1. Solu. Reiicitur hæc solutio.

Sed ista solutio licèt primo aspectu optima videatur: tamẽ si subtilius aduertimus, nihil valet: non enim percipit vim argumẽti. Nam Auer. supponit aerẽ esse medium illius sensus: at medium recipere debet, & non cedere. si ergo odor sem per cum corpore fertur, erit penetratio. & est optimũ argumentũ cõtra Auicẽnã.

Secunda solutio vera.

Nos autem soluimus, ꝙ exhalationi cedit aer, tamen iste aer non est mediũ, postea odor in illa existens exhalatione immutat aliam medii partem intẽtionaliter, & sic aer est medium: illa autem exhalatio odorifera, est odorabile proximũ quod in medium agit. Et sic abunde huic est difficultati satisfactum: existimoque hanc sine dubio esse Aristotelis mentem, & veram philosophiam.

Caput decimum.

Gustabile autem est tangibile. Tex. CI.

De Gustu, ac primo de gustabili eius obiecto.

DE quarto sensu nunc tractat, s. de gustu, ac primo de eius obiecto in communi tractat, proponens conclusionem, gustabile esse quoddam tangibile: ac si dicat, Cũ aliquid gustamus, ipsum tangentes gustamus

Quod gustabile sit quoddam tangibile 1. Ratio. Aristo.

Hanc conclusionem duplici probat ratione. Prima est. Gustus non fit per medium externum, sicut visus: sed non habere medium externum, est tangere: gustus igitur tangendo fit: & sic gustabile est quoddam tangibile.

2. Ratio.

Posterior ratio est. Sapor non percipitur a gusto, nisi percepta simul humiditate, in qua, vt in materia, fundatur sapor: at humiditas tactu percipitur: ergò gustabile cum tactu percipitur, & sic est quoddam tãgibile. Is ergo sensus, & expositio harum rationum.

Dubiũ 1. Aristo.

Statim respondet dubio. Posses dubitare circa priorem rationem. Nam aliquãdo existentes in aqua percipimus cibos iniectos ad distantiam: vt si is in vna parte aquæ, & in altera infundatur mel, senties illud: ergo fit per medium externum.

Solutio Arist.

Respondet, non esse medium aquam, sed ideo sentiri mel, quia tota aqua illa se miscet, & fit saporosa: sicut cum vinum

Universidad de Deusto
Biblioteca

infunditur, & facta saporosa, tũc sentitur illa, quæ est iuxta linguam sine externo medio. Non sic autem fit cum est vere medium, vt, verbi gratia color nõ defluit, & miscet se cum aere: non ergo habet sapor medium externum, sed illud gustabile cum aqua coniunctum est obiectum, sicut visibile, & coloratum.

Nihil aũt facit saporis sensum. Tex. CII.

Dubiũ 2. Arist.

REspondet alteri dubio, circa posteriorem rationem. non enim videtur, q̃ percipiat gustabile percepta humiditate. Nam aliqua gustabilia non habent illam vt sal, & alia sicca, vt saccarum.

Solutio Aristo.

Respondet, q̃ ista, quamuis nõ habeãt humorem, tamen cum linguę apponunt, tunc cum saliua miscentur ac humiditatẽ acquirunt, qua percipiuntur: & hæc dicũtur humida, potentia. Alia autem, quæ in se habent, nec indigent saliua, dicuntur humida actu.

Nota.

Vbi nota salinæ vtilitatem: saporem enim perficit, & præstat non habentibus, quæ aliter non possent gustari, nisi externa humiditate accedente: imo omne fere gustabile tali humiditate saliuæ temperatur, & ea de causa ipsa secundũ se expers saporis est.

Sicut aũt visus, & visibilis. Tex. CIII.

De inguſtabili oppoſito obiecto.

POstquam obiectum per se in communi explicuit, nunc eius oppositum docet, scilicet ingustabile: constituitq; omnẽ potentiam non solum obiectum percipere, sed etiam ipsius priuationem: vt visu iudicamus visibile, & inuisibile: auditu silẽtium, & sonum: ita gustu gustabile, & ingustabile.

Omnem potentiã percipere priuationem sui obiecti.

Tribus modis aliquid dr inuisibile priuatiue, &c.

Distinguit autem tripliciter dici inuisibile. Vno modo per priuationem visibilitatis, sicut tenebrosum. Altero modo p vehementem visibilitatem, vt valde lucidum. Tertio ob diminutionem. Similiter inaudibile.

Item negatiue.

Notat tamen, quòd aliquando sumuntur negatiuè, vt inuisibile, quod non potest videri, vt angelus, & sapor, & odor. Similiter inaudibile: & talia non percipiuntur sensu, vt bene dicit Philoponus, sed priuatiuè.

Tot modis dicit inguſtabile.

Similiter inguſtabile dicitur, quod debilem saporẽ habet: & hoc est velut priuatiuum, sicut tenebrosum, cùm puta, habet tam debilem saporem, vt gustari non possit. Secundò, inguſtabile quod vehementem & nociuum saporem habet. Tertiò, quod prauum saporem habet. Omnia hæc gustu discernimus.

Exẽplis declarat.

Ponit exemplũ, quomodo dicatur inaudibile, quod paruum habet sonum: & inguſtabile, quod saporem debilem habet. exemplum est de apede. Apes enim, id est, sine pedibus dicitur: & quod breues habet pedes, vt hirundo, & vespertilio. Similiter sine nucleis, id est, oliuis dicitur, quod paucas habet, vt Philoponus exponit.

Primum.

Potest etiam apes dici tribus modis, vt pleriq; Latini exponunt, scilicet, q̃ nõ habet pedes, nec potest habere, vt arbor: vel quod non habet, cùm posset habere, vt animal, quod illis caret: vel quod habet sed paruos, aut malos.

2.

3.

Videtur autem principiũ esse potabile.

De potabili, & non potabili.

OStendit gustum nõ solùm gustabile, & inguſtabile, sed & potabile & impotabile percipere. Potabile quidem est secũdùm naturam: at impotabile est contra naturam gustus. Dicitur enim impotabile, quod malum & nociuum potum facit, sicut inguſtabile.

Quod gustus non solum gustabile, sed etiã potabila capiat. Potabile, est cõe tactui & gustui. Prima expositio reiicitur.

Addit tamen, q̃ potabile est commune gustui & tactui: ob id principium est, & prius quàm gustabile. est enim communius. Hunc locũ exponit Aegidius, iq̃ potabile sit ipsum humidũ: & humidum hoc tam gustu, quàm tactu percipiatur.

Sed hæc expositio non est recipienda. Non enim obiectum proprium vnius sensus ab altero percipitur. Vt enim auditus nõ percipit albedinem: sic nec gustus humiditatem, vt gustus est: hæc enim est propria tactui. Vnde gustus non percipit potabile, nisi quia humidum est saporiferũ, & ratione admixti saporis percipitur.

Secunda expoſitio.

Dicitur ergo potabile cõmune tactui & gustui: quia potabile magis in humido consistit, quàm gustabile, ideo tactui competit: at quia simul saporẽ alioquin adiunctum habet, ob id gustui inest.

Philoponus exponit esse potabile commune, & præcipuum: quia humidum est, & humor est tactu perceptibilis, & est præcipua causa saporum, qui gustu percipiuntur, non tamen sola humiditas gustabilis est per se.

Quoniam autẽ medium est. Tex. CIIII.

De ſenſorio, ſeu organo guſtus.

NVnc qualiter sensorium gustus se habeat, explicat, dicens, sensorium gustus debere esse secundùm se potentia humidum, ita, vt possit actu humectari. Huius ratio est: quia sensorium, vt percipiat obiectum, debet esse in potentia tale: si enim actu esset tale, non immutaretur ab obiecto. Cùm igitur gustabile sit humidum, opus est, vt sensorium gustus sit potentia humidum, non ita in potentia, vt nequeat humectari, sed vt possit reduci ad actum absque sui corruptione: sic enim gustabile.

Quod eſſe debeat potentia humidũ. 1. Ratio.

Nota.

Aduertendum, q̃ hic vocat humidum nõ absolutè, sed humidum saporiferum: tali enim debet priuari sensorium secundùm se, vt percipiat omnia gustabilia.

Secundo duplex ſignum oſtendit.

Duplici signo ostendit, quod dixerat. Alterum signum est: quòd sic sit in potentia humidum, vt humectari possit: vnde cùm lingua est admodum sicca, nec humectatur, non gustamus.

Alterum signum est: quòd nullum saporiferum humidum præcedat. Vnde infirmorum lingua, quia humores amaros habet, quod gustat, non percipit, sed amarum iudicat, illudq̃ue primum sentit humidum. Similiter, hi q. aliquos sapores vehementes p. gustarũt.

Species autem saporum sicut. Tex. CV.

De ſaporum differentijs.

OBiecti species nõ distinguit, dicẽs esse duos sapores extremos, qui simpliciores sunt, puta, dulce, & amarum, sicut in coloribus, album, & nigrum: iuxta dulce est aliud post ipsum, scilicet pingue; & iuxta amarum, est salsum. hæc duo non sunt ita simplicia.

Tria intermedia sunt, austerum, acerbum, & acidum. Sunt ergo septem saporum species.

De potentia guſtus quę ſit, ex dictis colligitur.

Ex omnibus colligitur, potentiam gustus esse facultatem horum suscepiuam: & gustabile, seu saporem esse qualitatem talis potentiæ immutatiuam: atque hæc Aristoteles de gustu docet.

An gustus differat à tactu. Quæſt. XXVIIII.

Occaſio quæſtionis.

OCcasionẽ huius dubij dedit nobis Aristoteles, qui gustabile quoddã esse tangibile dicit: ex quo licet inferre. Ergo gustus est tactus, sicut si visibile est odorabile visus: ergo olfactus est.

1. Rõ ad partẽ negatiuam.

Et præterea adhuc probatur. Illi sensus sunt idem, qui sensorium & organũ idem habent: at gustus est in neruo linguæ, vt pòst dicemus: ibidem autem est tactus: ergo gustus tactus est.

2. Ratio.

Præterea: Sensus, qui obiectũ proprium idem habent, idem sunt: at tactus est circa humiditatẽ, qã & gustu percipimus: ergo gustus saltẽ species est tactus ipsius.

3. Ratio.

Prima opinio quorũdam falſa.

Aliqui ergo gustum à tactu essentialiter non differre autumant, sed esse eãdem potentiam, quæ in certa corporis parte, scilicet lingua, exercet actionem peculiarem circa sapores.

Reſicitur prima opi.

Sed hæc sententia nullo modo est tenenda: sed quòd gustus, & tactus sunt potentiæ essentialiter distinctæ, sicut visus, & auditus. Et ratio est. Primùm: quia habent obiecta propria diuersa: gustus enim circa sapores; tactus circa primas qualitates.

1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes est: constat autem saporem distingui realiter & essentialiter genericè ab illis, sicut color ab illis differt.

Secundò, quia si eadem esset potentia; vbi esset tactus, ibi esset gustus. At nō ita est: tactus enim per corpus sparsus inuenitur, at gustus in quadā particula. Et hoc argumento vtitur Aristoteles textu 112. ad probandum eos esse distinctos sensus.

6. Funda. De tactus significatione & acceptione ex quo tota difficultas dissoluitur, & quinq; spōdetur. 1. 2. 3.

Vbi nota, quòd tactus sumi potest communiter, & sic inuenitur inter corpora ēt inanimata. quę enim inter se non habēt medium, sed contigua sunt; dicuntur se tangere. Non sic in præsenti sumitur, sed pro potentia sensitiua, quæ non percipit obiectum, nisi tactu isto intercedente, cū inter ipsum et obiectū nihil mediet, qđ sit corpus externum: & hoc modo tactus cō prehendit gustum etiam, & illum, qui dicitur tactus: nam gustus sic percipit obiectum suum.

Tertiò modo particulariter sumitur tactus pro potentia ista perceptiua quatuor primarum qualitatum, & sic essentialiter differt à gustu. Vnde sicut non dices tu, visum & auditum esse vnū sensum, quamuis per idem medium, scilicet aerem, percipiāt obiecta; ita nec gustum, & peculiariter tactum dices esse vnum: quia per idē medium internum percipiant, & sine medio exteriori. Vnus enim percipit obiectum genere diuersum ab altero.

Ad 1. Nota duobus modis gustabile dicitur tangibile. 1.

Ad argumentum ergo primum respondeo, quod dupliciter gustabile dicitur tangibile. Vno modo sumendo tangibile in communi, non pro obiecto tactus qui est quintus sensus: & tunc est sensus, Gustamus ea, quæ sunt coniuncta absq; exteriori medio: & hunc sensum manifestat Aristoteles in sua prima ratione, textu 101.

2.

Altero modo sumendo tangibile particulariter pro obiecto quinti sensus, & tūc significat gustabile esse tangibile, idest, non gustari rem, nisi simul tangatur eius humiditas: simul enim gustus operatur cum tactu, & hoc indicauit ibidem Aristoteles in ratione posteriori. Non tamen est sensus, quòd gustabile formaliter sit tangibile particulariter. Est aūt notanda hæc resolutio cū expositione huius text⁹.

Nota sensum Arist.

Ad 2.

Hinc patet solutio secundi argumenti. Cùm enim gustus non gustet, nisi simul comitante sensatione tactus, in vno sen-

sorio iunguntur propter hanc ordinationem, quamuis non sint eadem potentia, cum inueniatur alibi tactus sine gustu tactu ergo percipiente humiditatē gustus saporem percipit: deseruit enim tactus gustui, & gustus dat tactui condimentum.

Ad 3.

Ad tertium solutio nota est ex dictis, Non enim gustus percipit humiditātem, vt non bene cōcessit Aegidius: tūc enim formaliter esset tactus: sed tactus, qui cū gustu coniunctus est, illam percipit. Nec mireris, tactū esse vbi gustus est: nam tactus est generalis, reperiturq; in pupilla & alijs sensorijs sensuum.

Dubium de organo gustus quòd sit. Arist. testimonia q̄ dicunt gustum esse in corde.

Hic tamen statim se offert dubium, qđ sit organum gustus. In qua difficultate videtur aliqua diuersitas in Aristotele: nam gustū & tactum in corde cōstituit lib. de Sensu cap. 2. in fine & de Senec. cap. 2. & 2. de Part. cap. 50. imò omnes sensus in corde ponit, lib. 5. de Generat. cap. 2. quāuis tactus & gustus manifestius in corde esse dicat.

Alia Arist. testimonia, quæ dicunt esse in linguæ cuspide & palato. Nota Plinii opin. 1. Funda. Descriptio organi gustus.

At verò aliis in locis gustum in linguę cuspide, & in palato ponit, vt 1. histo. ca. 11. & 3. histor. cap. 5. & 2. lib. de Part. cap. 27. Idem Auerroes 1. lib. collecta. cap. 3. quamuis Plinius lib. 11. capi. 37. dicat solli homini inesse gustum in lingua, & palato: alia enim in sola lingua habent: sed Aristoteles hoc omnibus tribuit, & ita tenendum est.

Vt autem ista loca pugnantia concilie mus, aduerte, à tertia cōiugatione neruorum duos neruos ad linguam vsque simul deriuari, qui per mediam linguam, quæ cuspis dicitur, transeunt vsq; ad extremitatem ramulos quosdam ad latera spargunt, qui nerui etiam palatum attingunt. In hoc neruo residet potentia gustus, quāuis præcipua sensatio fit in linguæ cuspide & palato.

Supra hunc neruum est caro linguæ spongiosa, quæ est medium internum, habetq; se sicut aer ad visum: est etiam saliua, quæ non est medium, sed potius est vt condementum obiectorum saporum, & vehiculum etiam saporum ad neruū, quo fit sensatio.

Potentia sensitiua duobus modis est in aliquo vel vt in subiecto, vel vt in principio. 2 Funda.

Aduerte secundo, quòd sensitiuam potentiam esse in aliquo, contingit dupliciter. Vno modo, vt in immediato subiecto & sensorio: & sic visus est in pupilla, gu-

stus in neruo isto, auditus in myringa. Altero modo in aliquo, vt in principio primo communicante, & cōseruante ipsum: & sic secundùm Aristotelem sunt omnes sensus in corde, quia credit neruos ab ipso originem ducere, quibus communicatur spiritus omnibus potentijs ad exercendas suas operationes, quamuis secundùm Galenum potius sit tale principium cerebrum, à quo existimat, vt ex anatomia apparet, neruos originem ducere.

Nota Aristotel. & Gal. opinionem.

Quidquid tamen sit, sensus exteriores immediatè in suis proprijs insunt sensorijs: & per hoc tollitur repugnantia inter loca Aristotelis allegata.

Ex dictis conciliantur Arist. loca, quæ videbatur pugnātia.

An dulce & amarum sint extremi saporis. Vbi de Natura saporis, ac de eius speciebus agitur.

Quæst. XXIX.

Tria primum pertractanda.

VT meliùs in hac quæstione progrediamur, aliqua notare oportet, eruntque numero tria. Primū quid sit sapor. Secundùm quot & quæ saporum species. Tertium, quid quæque species significet.

Primū de natura saporis qđ sit.

Circa primum, Aristoteles de sen c. 4. saporem sic definit. Sapor est passio facta ab humido aqueo in ficto terreo, in mutua gustus, ex potentia ad actum.

Explicatur definitio Arist. explicit causarum genera. 1. 2.

In qua definitione tres saporum causæ explicantur. Prima est formalis, cùm dicitur. Passio facta: ac si dicat, Est quædam passibilis qualitas, non ea quæ est causa passionis, sed potius effectus passionis, ex mistione qualitatum resultans.

Altera causa est materialis, in qua sapor inest, scilicet in humido aqueo comprehendente secum terreum, vt superius declarauimus, dum de odoribus ageremus. Et hæc est causa proxima efficiens quodammodo, quamuis præcipua sit calor, humidū incorporans & commiscens cum ficco.

3.

Tertia causa est finalis, scilicet, quòd est gustus alteratiua: est enim obiectum in operationem, vt in finem: operatio autem saporum, vt ad sensum referuntur, est reducere gustum ex potentia ad actum, & ex non sentiēte facere sentientem. & hæc sufficiant de primo.

Secūdum de numero speciem saporis.

Circa numerum specierū saporis, scias esse nouem, his nominibus, quæ subscribam, quamuis aliqui varient. Dulce, & amarum: & hęc sunt extrema. Pingue iuxta dulce, & salsum, quod est post amarū: Alia quinque sunt omnino media, scilicet, acutum, acre, quod dici solet ponticū, austerum seu stipticum. Acidum seu acetosum.

Quod sint nouē spēs ex Aristo. tacto.

Obiectio.

Nota tamen circa hoc, quòd Aristoteles text. 105. & de sensu cap. 4. non meminit nisi octo, reliquit acutum.

Solutio.

Sed sine dubio est supplendum: aliter non posset stare doctrina Arist. Ipse enim dicit, pingue reduci ad dulce, & salsum ad amarum. Dicit vlterius, esse septem species saporis. quod si tu nō addas acutum; non erūt nisi sex. Forsan ergo incuria aliqua periit illud nomen: sed si sensum species addendum est.

Obiectio. altera resolūtur.

Nec te moueat, quòd salsum, & pingue reducit ad alia duo: hoc enim non impedit esse diuersas species: sed significat in eo, quòd sunt multùm propinquæ, magis quàm aliæ.

Galeni saporū numeratio aliqua ex parte diuersa. Gōcluditur.

Galen. stipticum cum austero idem facit, ponitq; alium saporem nonum, scilicet insipidum, quale est in albugine ouī: sed re vera illa duo non sunt idem, vt postea dicemus: potius ponere oportet decem, quamuis hoc insipidum ad aliud forsan dulce imperfectum & remissum reduci posset. Sunt igitur perfectæ nouem saporum species.

Tertiū. Si gulæ species, quæ sint, exemplis declaratur. Dulce. Pingue. Amarum. Salsum. Acutum. Stipticū. Austerū. Pōticum. Acetosū. Additur Pionē de extremis saporib⁹. 1. pinlo. Gal. Rō. Gal. ex corporum tem-

Et vt eius rationē percipias, scito ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

petie desumpta.

sum distinguere sapores pênes têperies corporum secundùm calidum, & frigidũ, in quibus inueniuntur: distinguit enim corpora in calida ex dominio, & in frigida dominio, & in temperata.

In calidis à dominio & excessu, sunt saporum species, acutus, amarus, salsus: talia enim corpora calida sunt in excessu quamuis cum discrimine. Acutum enim est in calida substãtia subtili, amarum in grossa, salsum in media.

In frigidis à dominio sunt alii tres sapores, acetosus, stipticus, ponticus. Acetosus in subtili frigida substantia, in crassa ponticum, in media stipticum.

In temperatis autem corporibus in calido & frigido, sunt alii tres: in subtili pinguis, in grosso dulcis, in medio insipidus.

Nectitur ratio syllogistica.

Ex his fit ratio Galeni. Illi sapores sunt extremi, qui maximè differunt: sed ponticum & acutum maximè differunt, nõ autem dulce, & amarum: ergo illi sunt extremi. Discursus est bonus. Minor probatur. Nam dulcis consistit in calido temperato digerente humidum, & miscente cũ siccо: amarus in vehementi calido consumẽte siccum. vnde eõbusta amara sunt. differunt ergo per calidum, & magis calidũ. At acutum in vehemẽti calido subtili, põticum in vehementi frigido grosso consistunt. magis autem differunt calidum & frigidum, quàm calidũ & minus calidũ: ergo magis distant acutum & ponticum. sunt igitur extremi sapores.

2. Opinio Arist. 5. Th. & Auer. & aliorum.

S. Thomas de sens. lect. 11. & Auerr. & Alii cum Arist. dulce & amarum ponunt extremos sapores, & facit argumentum

1. Ratio Auerrois cõtra Galenum.

Auerroes cõtra Galenum vehemẽs: Differentia contrariorum non est sumẽda p accidentales differentias: sed calidũ & frigidum sunt accidentalia saporibus: nõ ergo per ea sumi debet differentia. Maior patet: quia differentia inter album & nigrum, non sumitur per calidum & frigidum: quia ista sunt accidentalia, nam albedo modo à frigiditate, modo à calore procedit, vt patet in nive, & calce.

Minor probatur, quòd simile sit in saporibus. nam amaritudo modò ex calore est, vt in opio: modò ex frigiditate, vt in radice peponis & cucumeris, (& nota hoc exemplum pro Auerroe.) Similiter dulcedo modò in calore, vt notum est: modò in frigiditate, vt in moris ante maturationem, qui dulces sunt: non ergo sic extremi sapores sumendi sunt.

1. Fundã. Sapores possunt tripliciter considerari.

Pro huius elucidatione aduertendum, quòd sapores possunt tripliciter considerari. Primò in ordine ad gustum, cuius obiecta sunt. Secundò secundum naturã suam. Tertiò secundum subiectum, cui insunt.

1. Concl.

Si modo primo considerantur, sic dulce & amarum sunt extremi sapores: est enim dulce, quod maximè amicũ est gustui, amarum verò, quod maxime inimicum: ob id apud vulgum tanquam extrema iudicantur.

2. Concl.

Si autem secundo modo, etiam extremi sunt: natura enim saporis proximè in siccо & humido consistit. cum igitur in dulci humidum maximè comprehendat siccum, in amaro siccum maxime separet ab humido, resoluitur enim humidũ multo calore; ob id extremi sunt.

3. Concl.

Si tamen tertio modo considerentur, tunc acutum & ponticum extrema sunt. illud enim in calido multo, hoc verò in frigido consistit.

Cõciliant Galen. & Arist.

Ex quo sequitur, quòd bene Arist. & Galenus dixerint, nam Aristoteles, cum sit Philosophus, & naturæ scrutator, considerauit sapores secundum propriam naturam, & etiam in ordine ad gustum, de quo tractabat; ob id dulce, & amarum extrema fecit. at Galenus, vt medicus, considerans potius corpora, vt ad sanitatem conferunt, sapores ad ipsorum temperies dignoscendas ordinauit, & sic per subiecta distinguit.

Ad argumentum cõtra Galen. 1. 2.

Possumus ergo ad argumentum Auerrois respondere dupliciter. Primò, quòd in plurimum tales sapores sequuntur tem peries ab ipso Galeno dictas.

Secundò, quòd debent sumi sapores in suo gradu perfecto; & tunc perfectè amarum in calido est sorri; & perfectè dulce temperate calido; non sic autem sunt sapores prædicti, sunt enim imperfecti.

Deinde dici posset, quòd quacunq; ratione fiat, aliqui erunt sapores in temperie summè distantes, & ita secundum eã maxime contrarii. Per hoc, quæstionis lucida explicatio, & opinionum concordia habetur.

De

Caput vndecimum.

De tactu.

De tangibili aũt, & tactu. Tex. CVI.

Quæ quædam de tactu. Prima qõ an sit vnus vel plures.

VLtimum exteriorum sensuum, puta, tactum explicare aggredi: ac primo quæstiones aliquot circa ipsum determinat. Prima est circa ipsius vnitatem, vel pluralitatem: an tactus sit vna potentia, vel plures.

Occurrit obiectioni.

At quia posses obiicere, Quare nõ a tãgibili incipit? Hoc præueniens dicit, q̃ in hoc eadem est vtriusque ratio. si enim tactus vnus, vel plures est, etiam erit tãgibile, & econtra.

Et quid est sensorium tangibilis. Tex. CVII.

Secunda qõ. an caro sit tactus, an aliud, caro verò medium.

SEcundam proponit quæstionẽ circa tactus sensorium, an sit caro ista exterior, an aliquid intus latens, caro autem medium sit.

Statim regreditur ad primam quæstionem, dupliciq; argumento, tactum non vnam potentiam, sed plures esse probat.

1. Rõ q̃ tactus nõ sit vnus, sed plures.

Alterum est. Vnus sensus tm̃ est vnius contrarietatis. at tactus est plurium: ergo non est vnus, sed plures. Maiorem exemplis & inductione ostendit. Visus enim est albi, & nigri: auditus acuti, & grauis: gustus amari, & dulcis. Minorẽ probat. Tactus enim est calidi, & frigidi, sicci, & humidi, duri, & mollis, & aliorum.

Habet autem solutionem quandam. Tex. CVIII.

Solutio prima rõnis.

ARgumentum positum soluit, quam solutionem nõ esse ex mente propria, docet Themist. Auer. Albertus, S. Tho. & communis sententia. Putant enim omnes hi, secundum Aristotelem, tactus esse plures, quamuis oppositum doceat Simplicius, & Philoponus. sed modo sequamur communem sententiam, quę magis quadrat Arist.

Arist. ẽs varias opiniones.

Solutio ergo est, q̃ non idcirco sensus plures sunt, quia plures habeãt cõtrarietates: nã alii sensus quorum singuli vnus sunt, plures habent: vt auditus, est soni grauis, & acuti, magni, & parui, asperi, & lenis: similiter visus albi, & nigri, splẽdidi, & non splendidi.

Explicat solutio Arist.

Secunda rõ contra datam solutionẽ.

Contra hanc solutionem ponit argumẽtum alterum. Vnus sensus habet vnũ obiectum, sub quo omnes ipsius contrarietates adæquatæ sunt: vt visus colorem, auditus sonũ. At in tactu id non est: non enim calidum, frigidum, siccum, humidum, molle, & durum, & alia sub aliquo proximo genere cõueniunt, quod sit primum tactus obiectũ: plures ergo tactus, non vnus sunt.

Vtrum autem sit sentiens intus. Tex. CIX.

Quod caro nõ sit tactus sensorium, sed medium. 1. Ratio.

AD secundam quæstionem se conuertit, & partim determinat illam, sed non omnino vsque ad textum 116. Dicit ergo, q̃ caro non est sensorium, sed medium. Probat tali ratione. Si caro esset sensorium, maxime esset ex eo, q̃ statim admota carne circa obiectum, sentimus ipsum: sed hæc causa nulla est: ergo caro non est sensorium. Discursus videtur bonus. Cum maiori, minor probatur. Si sup digitum modo ponamus pelliculam aliquam cœparum, vel linteum aliquem, statim admoto digito cum illa pelle tangimus, & sentimus, & tamen talis pellis non est sensorium, sed medium: ergo nec illa caro erit sensorium, quamuis statim illa admota sentiamus.

Occurrit obiectioni.

Quamuis enim sentiamus citius per carnem, quàm per pelliculam illam, vel linteum; id non prouenit, quia caro sit sensorium; sed quia caro est magis proxima sensorio, quàm linteus, vel illa pellicula,

Nota, an sit secũdum ꝓpriã mentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quapropter, & talis pars corporis. Tex. CX.

Causa deceptionis cur vnus appareat tactus cũ sint plures.

REgreditur ad primam quæstionem, ostenditq; deceptionis causam, quare vnus tactus appareat, cũ plures sint. Causa est, quia medium, puta, caro, est coniunctum, & adnatum nobis.

Exẽplũ.

Ponit exemplum. Si aer, qui circa nos est, esset nobis adnatus, & pars nr̃a; tunc profecto, quia per illum videmus, audimus, & olfacimus, viderentur illi tres sensus esse vnus. Nunc tamen, cum sit tale medium determinatũ, & a nobis distinctũ, facile scimus esse tres sensus, & tamẽ re uera, quamuis esset adnatus aer, adhuc essent tres, & deceptio eẽt nostra, putare vnum esse. Attende, q̃ vocat medium, id, per quod motus fit, idest p quod obiectum agit in potentia.

In tactu autem hoc nunc. Tex. CXI.

Applicat, exemplũ tactui.

APplicat modo exemplũ: in tactu non est mediũ aer, vel aqua: hæc enim cũ simplicia sint, non p̃sit esse pars animalis, quod mistum est; & tamen medium est mistum aliquod, scilicet caro; & sic medium tactus est pars animalis. Accidit igitur error in tactu, qui accideret in aliis sensibus, si aer esset pars nostra, vt existimemus vnum tactum, cum tamen plures sint.

Indicat autem, quòd plures sint. Tex. CXII.

Altero exemplo seu hypothesi idẽ ostendit.

ADhuc causam erroris explicat, tactũq; plures esse ostendit, & hoc per gustum probari dicit, per illam partẽ, qua gustamus, & tangimus quatuor qualitates, & similiter saporem percipimus. Si re vera hoc esset in omni parte corporis, putaremus statim idem esse gustum, & tactum: at modo non putamus, quia, quãuis illic, id est, in lingua simul esse p-

cipiamus, tñ ĩ aliis partibus, tactus est sine gustu: ob id distinctos cognoscimus, cum tamen, re vera, quãuis vbiq; vterq; esset, adhuc distincti essent, sed distinctio non esset nota: hoc euenit in tactibus, qui cum simul vbiq; sint, vnum putamus, & tamen plures sunt.

Nota quę sit vis argumenti facti.

Nota, quòd hoc argumentum probat sic: non quia sensorium sit vnum, & medium idem, potentia vna est: sed possunt esse plures potentiæ ratione obiectorum vt patet in gustu, & tactu linguæ, quos diuersos cognoscimus, cum postea separentur. Cum igitur non sit vnum obiectum, sed plura in tactibus, erunt plures tactus, quamuis sensorium sit vnum, & medium vnum.

Dubitabit autem aliquis. Tex. CXIII.

Tertia q̃, an sit aliquod medium externũ ĩ tactu.

TErtiam proponit dubitationẽ, puta, an sit aliquod medium externum in tactu. Et antequã dubium proponat, rationem facit, qua probat esse medium externum in tactu. Ratio autem fit tribus præsuppositis.

Triplex suppositio. Prima.

Primum est. Omne corpus habet profundum, idest, dimensionem tertiam, quę grossities dicitur.

Secunda.

Alterum est. Cum inter duo corpora aliquod aliud est medium, hæc duo talia non se tanguntvt si inter manum, & lapidem mediat aer, vel aqua; lapis & manus non se tangunt.

Tertia.

Tertium est: Vbi est humidum, vel humectum, seu vdum, ibi corpus est. Humidum dicitur, quod in se humiditatem recipit, vt aer, vel aqua. Vdum vero, & humectum, quod recipit corpus habens humiditatem: vt si aquam ponas super corpus, dicitur humectatum, seu vdum.

Nectitur rõ probãs requiri, esse aliquod medium externum.

Ex his suppositis facit rationem. Duo corpora se in aqua tangentia, humectantur, etiam secundum partes, quibus se tãgere videtur: ergo inter ea mediat aqua; non ergo se tangunt immediate, vt putat ex suppositis: quamuis enim parum sit aquæ inter illa, corpus tamen est, si corpus grossitiem habet. Si hoc est, non sunt illa

illa immediata: quòd si in aqua hoc fit, erit multo magis in aere, qui subtilior est.

Nota.

Si igitur hæc doctrina in communi vera est; non continget tangere aliquod corpus durum, quin inter carnem & ipsum mediet aer, vel aqua, quamuis lateat nos ille intermedius aer, sicut latẽt etiã vda, & humecta, quæ se tangunt in aqua. videtur enim tunc eis, quòd non sit intermedia aqua, cum tamẽ sit: multo magis eos, qui sunt, & se tangunt in aere, latebit intermedius aer.

Vtrum igitur omniũ similiter sit. Tex. CXIIII.

An medium externũ requiratur eodẽ modo in omnibus sensibus.

MOdò dubium proponit, an omnium quinque sensuum sensatio sit similis, id est, p medium externum: an non sic, sed gustus & tactus sint tantum per internũ medium, caroq; immediate tangat, vt nunc videtur, & apparet: reliqui autem eminus sint, idest, per externum medium.

Respon-sio.

Requiratur, sed nõ eodẽ modo.

Primum alterimẽ.

Respondet, omnes sensus esse per externum medium, tactumq; in corporibus duris, & mollibus, tangendis. similiter gustum medium habere externum aerem, vel aquam, sed non eodem modo cũ alijs sensibus tribus: est enim duplex discrimẽ.

Alterum est: quòd alii tres eminus, & à longè percipiũt obiecta: at tactus, & gustus cominus, & propè, ac per medium breue: ob id decipimur in istis, non in illis, putantes non esse medium, sicut prius dicebamus, nos decipiendos, si pelliculã haberemus: tunc enim per illam tangeremus, sicut modò: ita enim tãgimus per aquam, vel aerem medium.

Sed differt tangibile à visibilibus. Tex. CXV.

Secũdum discrimẽ.

ALterum ponit discrimen: q̃ obiecta aliorũ sensuum sic agunt in medium, vt nõ simul in potẽtiam agant. sed medium agit in potentiam postquàm ipsum passum est ab obiecto: at in tactu nõ fit, sed potentia simul patitur cum medio; vt qui habet clypeum, & percutitur ab aliquo simul cum clypeo percutitur: non enim dicendum, quòd ferrum moueat clypeũ, & clypeus manum; sed manus cum clypeo percutitur, & impellitur: similiter si manus habeat pelliculã, simul cum illa mouetur à corpore tacto.

Omnino aũt videtur caro, & lingua. Tex. CXVI.

De medio tact.

Quòd caro sit medium & non sensorium tactus.

NVnc ad explicandum tactus medium, obiectum, & sensorium se conuertit. ac primò ipsam carnem non sensoriũ sed medium esse, ac se habere ad tactũ; sicut aerem, ad visum, vel auditũ, Probat tali argumento. Sensibile positum supra sensorium, non sentitur: vt notum est in alijs sensibus, tangibilia autem supra carnem posita, sentiuntur, vt patet de aere, & aqua, quæ immediata sunt carni: ergo caro non est sensoriũ, sed aliud quid sub carne, putà, neruus intus existens.

Tãgibiles igitur sunt differentiæ. Tex. CXVII.

De obiecto tangibili.

Quòd sint quatuor primæ qualitates obiectum tactus.

OBiectum explicat esse primas quatuor qualitates, quas vocat differentias corporũ, nõpe generabilis: sinsunt. n. omnibus generabilibus, & elementa per ipsas distinguuntur inter se, vt diximus libro de Elementis, seu secundo de Generatione.

De sensorio seu organo tactus.

Sensorium autem, seu tactiuũ, seu id, in quo primò inest potentia ipsa, quæ dicitur tactus (omnia enim hæc tria idem significant) sensorium, inquam, tactus, est pars illa corporis, quæ est in potentia huiusmodi qualitatũ receptiua, & perceptiua. Vt enim dictum est, sensorium cuiuscunque potentiæ, debet esse tale, quale est obiectum actu: nam sentire est pati: & potentia, dum sentit, patitur ab obiectò: qd verò patitur, debet esse in potentia tale, à quo patitur.

Quid id sit quod est in potentia talium qualitatũ receptiua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sentire enim pati quoddã est. Tex. CXVIII.

Causa cur debeat esse in potentia sode.

REddit rationem, quare sensoriũ sit in potentia. Ratio est, qa patit ab obiecto, & obiectũ agit in ipsum. Vnũquodque aũt agit in id, qd est in potẽtia ipsũ.

Nota tactus non sentit qualitates in eo gradu in quo ipse est.

Hinc sequitur, quòd sensorium tactus, cum non possit omnino denudari à qualitatibus tãgibilibus (est enim mista pars) non sentiet illas qualitates in eo gradu, in quo sunt in sensorio: respectu enim illarũ est in actu, & nõ potest ab illis pati: vt si in manu est calor, vt quatuor, manus non sentiet in obiecto tantum calorẽ, sed maiorem, à quo pati possit: similiter de alijs.

Cur natura fero nil tactus qualitates ad mediũ tẽperatus.

Vnde optimo consilio natura, aut author potius naturæ reduxit in tactu qualitates ad mediũ, & sic tẽperauit: per mediũ enim vtrunq; extremũ percipimus: nam media habent rationẽ vtriusq; contrarij, prout ad hoc, vel illud comparant.

Et vt oportet id, qd̃ deber. Tex. CXIX. & CXX.

Exemplis seu inductione ostẽdit sensoriũ oportere esse in potentia.

POnit exemplum, qualiter sensoriũ debet esse in potentia obiectum. Sicut visus in potẽtia est albũ, & nigrũ, & alii etiam sensus: eodem modo & tactus in potentia ad extremas qualitates.

Quòd tactus nõ solum sit tẽgibilis, sed etiam intangibilis.

Statim docet, quomodo tactus sit etiã tangibilis, & intangibilis, vt in aliis sensibus explicatum est.

Duplicitẽr dicit intelligibile.

Intangibile autem dupliciter dicitur, aut quod vehementes & nociuas tactui qualitates hẽt aut, quod remissas, vt distinguinequeant. Cõcludit dictum esse figurata, id est, in vniuersali de his quinq; sensibus exterioribus: de singulis seorsum.

An caro sit tactus sensorium. Quæstio. XXX.

Prima Aristo. opinio carnẽ non esse sẽsorium tactus, sed medium.

ARistoteles, in hoc capite, carnem non sẽsorium, sed mediũ potius esse determinat: sensorium verò intus latere docet. Credit enim esse ipsum neruum, qui sub pelle, & sub carne, & intra carnem est.

Primũ argu. Arist.

Argumenta duo pro hac sententia ponit. alterum est. Si caro esset sensoriũ, esset ex eo, quòd statim admota carne, sentimus: sed hæc ratio nihil probat: ergo non est sensorium. Minorem probat: quia si digitus per pelliculam externam ei appositam tangeret, statim sentiret, non tamen ideò colligeretur esse sensorium.

2 Argum. Arist.

Alterum argumentum est. Si caro esset sensorium, tunc sensibile positum supra sensorium faceret sensationem: nam carni res appositas sentimus, at tamen nullũ sensorium sentit sensibilia superposita: non ergo caro est sensorium, sed mediũ.

Authore qui sequũtur sententiam Aristot.

Hanc sententiam sequitur communis opinio, & præsertim quatuor Philosophi insignes, Galen. lib. de vsũ partiũ, & lib. 2. de temperamentis. Auerroes comm. 108. Albertus, & S. Tho. Idem Iandu. q. 29. & Caiet. & alij. Putant enim carnẽ esse medium quoddam, neruum autem esse sensorium: dicit q; Galenus, quòd si nerui à carne separarentur, nihil sentiret caro.

2. Opinio Alex. Philop. Auic. carnẽ esse sensorium tactus.

Oppositam sententiã habent non spernendi Philosophi: inter quos sunt Alex. lib. 2. de anima. ca. de cõtactu, & Philop. super tex. 116. & Auic. 6. naturalium. p. 2. cap. 3. & Auerr. qui tribus locis retractat sẽtẽtiã prius dictam. s. lib. de Sens. ca. 2. lib. 2. colliget. cap. 8. & 13. Hi omnes in carne tactiuam potentiã ponunt, & hunc sensum tangibilia superposita sentire docent. Idem Cõcil. differentia 42. in carne enim, & in neruo tactum ponit.

3. Opinio Themistii, Simpl. tactum & tangendi potentiam esse in corde; reliqua esse media, per quam contangat & sentiat Arist. testimonia & hac tertia opin. Primũ fundamẽtũ. Deductione 4 po tentia ab obiecto. Potentia debet ab obiecto quod percipit esse denudata & quo magis denudata eo melius percipit.

Tertia sententia est Themistii cap. 40. vbi impugnans Alex. ponit tactum in corde. Idem Simplicius supra tex. 116. Hi putant cor esse, quod potentiam habet tangendi, reliqua esse media per quæ ipsum tangit: sicut manus quæ per baculum tangit corpora.

Et profectò habet ista sententia pro se Arist. qui locis quatuor videtur tactum in corde ponere, puta, de Sensu cap. 2. & de senect. ca. 2. & de somn. & vigilia ca. 2. & lib. 2. de partibus ca. 10. Hę ergo sunt sententiæ Philosophorum.

In hac difficultate pro eius resolutione, aduerte primò, quòd sensorium potẽtiæ, dẽt denudari ab obiectis, quæ percipit: vt pupilla, quæ colores percipit, debet à coloribus denudari: & auditus sonos percipiens, debet in se sonis carere: similiter gustus, & alij.

Vnde experimur, quòd quando in sensorio aliquis color, aut sapor, aut odor inest actu; tunc est impedimento, quo minus alia percipiantur; facit q; vt aut difficilè, aut malè percipiantur.

Tactus nõ potest omnino denudari à qualitatibus, quas percipit, & ideo nec illas percipere nisi in gradu quo illam excedit.

Adde etiam, quòd quò magis denudatur sensorium ab obiectis, eo plures obiectorũ percipit differentias, vt docet Arist. lib. 5. de Gener. cap. 2.

Notandum tamen, quòd sensorium tactus, cùm sit pars animalis, ac idcirco necessariò mista, non potuit omnino denudari à suo obiecto, scilicet à quatuor qualitatibus.

Cur natura fecit tactum temperata in medio.

Ex quo fit, quòd non percipit eas in omni gradu, nisi quando excedunt gradum qualitatis, qui in tactu est: vt calor vt quatuor non sentiet calorem vt quatuor, nec inferiores, sed eum, qui excedit quatuor: sentit ergo tactus qualitates superãtes in actiuitate eas, quæ in ipso sunt.

Nota 1.

Hinc est, quòd natura temperauit, & reduxit ad mediũ qualitates in tactus sensorio, vt posset saltem ipsarum excessus percipere respectu quorum est in potẽtia.

Vbi nota, quòd quanto vna qualitas remissior est in tactu, tantò magis percipitur qualitas remissior in obiecto: vt si in tactu est frigiditas, vt duo, sentiet ea, quæ est vt tria, & reliqua: & quãtò in tactu qualitas est intensior, tãtò intensiorem qualitatem tantùm percipiet.

Nota 2.

Ex hoc sequitur, quòd quantò plus est de contraria qualitate in tactu, scilicet plus de calore, tantò remissiorem percipiet qualitatem cõtrariam in obiecto, scilicet frigiditatem: quia si calor multus est in tactu, necessariò erit parũ frigiditatis, & sic de alijs contrarijs.

Differentio colligitur ex dictis inter tactũ hominis, & aliorũ animalium, in temperie, & in perceptione qualitatũ.

Ex hac doctrina sequuntur duo obseruanda. Alterum est, quòd tactus animalium brutorum potest excedere hominis tactum in percipiẽda aliqua qualitate remissiore, non tamen in percipiendis omnibus remissioribus.

Ratio huius est: quia tactus brutorum est intemperantior, habetq; qualitates aliquot intensiores, alias verò remissiores, vt v. g. multum calorem, parum frigiditatis, ob id quia multum caloris, & parum frigiditatis habet, pati poterit à minore frigiditate, quàm homo, sed non poterit pati nisi à multo & maiori parte.

Nota.

At homo habens qualitates omnes magis ad medium, quamuis aliquas, puta frigiditatem non sentiat in gradu remissiore, quàm alia animalia, quia hæc qualitatem illam habent valde remissam ob intemperiem, & excessum qualitatis cõtrariæ; tamen calorem vel alias sentiet remissiores: quia homo in nulla habet tantam intemperiem.

Vnde signum boni temperamenti est, non pati notabiliter magis ab vna qualitate, quàm ab alia eiusdẽ gradus: ob hoc infirmis accidit oppositum.

Dissolutio quorũdam problematũ ex dictis.

Alterum, quod sequitur ex hac doctrina, est solutio aliquorum problematum. Primum est: quòd lachrymæ flentibus calidæ, ridentibus frigidæ apparent, cùm tamen eodem modo illæ se habeant.

Primi problematis dissolutio.

Ratio est. Ridentibus enim facies est valde calida ob sanguinis diffusionem: ob id lachryma, quæ temperata est, videtur frigida: lugẽtibus verò ob fugam sanguinis ad cor, est facies frigida; ob id lachryma videtur calida. Sicut si fit aqua temperata, & manus fit calidissima; tunc videtur talis aqua frigida: si verò sit frigidissima, videbitur aqua calida.

Secũdi problem. dissolutio.

Alterũ problema est: quòd pluuiales aquæ æstatis frigidissimæ videntur, non sic hyemales: tũc enim manus, & corpus est nimis calidum, non autem in hyeme.

Tertii problẽ. dissolutio.

Fit etiam tertiò, quòd in hyeme post discessũ à locis calidis, sentiamus magis frigiditatem. Per hæc multa alia huiusmodi & etiam in alijs qualitatibus contrarijs inuenies, & solues.

Secũdum fundamẽtũ de neruis, cõs origine, officio.

Aduerte secundò, quòd de origine neruorum est controuersia inter Galen. & Aristotelem. Nam Galenus 8. de vsu partium cap. 3. & 4. à cerebro originem ducere docet, eiusdemq; esse substantiæ cum cerebro, & sic primam sedem sensationis in cerebro ponit.

Prima op. Ga de origine neruorum.

Aristo. verò 3. histo. cap. 5. hæc omnia tribuit cordi. Putat enim cor esse primã radicem sensationis, & ab ipso neruos procedere, eiusdemq; esse substãtiæ cum corde.

2. opinio Arist.

Quicquid tamen sit de hoc, in præsenti sat est scire difficultatẽ esse, an in neruo, an

Præfertur Galeni opinio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

an in carne tactus sensorium sit collocandum, quamuis putẽ cum Galeno esse sentiendum de origine neruorum.

Quæ sit natura & officium spiritus in eis contentorum.

Aduertendum autem, quòd in neruo continetur substantia quædam subtilis, et calida velut aerea, quæ dicit spiritus animalis, & in his spiritibus non est sentiendi potentia: sed duo faciunt. Primò, temperant neruos, & partes circunstantes, calorem naturalem eis cõmunicantes, quo sua munera possint exercere: Secundo, sunt vehiculum, & medium, per quod species sensuum exteriorum deferũtur ad interiores, vt post dicemus.

Prima conclusio, carne est sensorium tactus & no medium.

His igitur suppositis, sit prima conclusio. In carne est potentia tactiua, & caro non medium, sed sensorium est. Hanc eõclusionem teneo cum illis celeberrimis Philosophis allegatis.

Primò ab authoritate Arist.

Et probo, primò authoritate Arist. qui tribus locis docuit oppositum huius, qđ in hoc capite dictum est. Nam primo histo. cap. 4. carnem sensorium tactus posuit: & lib. 2. de parti cap. 1. & ca. 5. Pluris igitur sunt æstimãda tria loca, quam vnus, cum præsertim posteriores cogitationes sint sapientiores, vt est in prouerbio Græco.

Secundò ratione.

Sed probo secundò ratione: Id est tactus sensorium, quod magis est temperatum in qualitatibus: sed caro & præsertim cutis est pars nostri corporis temperatissima, vt omnes Medici, & Philosophi concedunt: ergo ipsa est tactus sensorium. Consequentia est certa cum maiori: & minor est ex communi sententia.

Cõfirmatur ratio.

Et confirmatur. Nam nerui sunt terrestres, admodum frigidi & sicci, vt dicitur 2. de Gener. animal. cap 4. adeo, vt ipse Aristoteles primò de anima tex. 79 dixerit, pilos, ossa, neruos non habere sensum ob terrestreitatem.

Prima solutio quorundã reiicitur.

Ad hoc respondent Caiet. Thie. & Iandunus q. 89. quòd neruus, secundum se, est intemperatior carne; tamen in ordine ad tactum, temperatior est.

2 Solutio aliorũ reiicitur.

Hęc solutio est falsa, & patet. Nam temperies nerui, secundum se, non est alia, quã quæ cõsistit in quatuor qualitatibus: & hæc eadem est necessaria ad tactum: ergo si intemperatior est in se, erit etiam in ordine ad tactum.

Alii dicunt, quòd caro est quidem temperatior; sed ideo est mediũ, quia mediũ debet esse temperatum. Sed contra hoc argumentũ est euidens. Si caro est temperata temperie necessaria ad tactum, & vltra hoc habet animã, vt certum est: quare non habebit potẽtiam tactiuam sicut neruus? Profectò argumentum nõ habet solutionem. Et aduerte, quod hoc argumento vsus est Alexan. & quod magis est, ipsemet Arist. ad hoc idem probandum.

Tertia ꝓbatur experiẽtia.

Probatur tertiò. Experientia ostendit, quòd neruus denudatus à carne, sentit, si pungatur: ergo si neruus est sensorium, iã sensibile supra sensum positum, sentitur: ergo ratio illa, qua probatur, carnem nõ non esse sensorium, quia sentit sensibile superpositum, nihil valet, cum hoc idem etiam sequatur in neruo.

Prima solutio quorundã reiicitur.

Aliqui respondent, quòd non denudatur à carne omnino. Sed præterquam ꝙ hoc est contra experientiam, adhuc non obstat: quia pono si secetur neruus, tunc sentiet dolorem obiecti tangentis.

Secunda solutio aliorum reiicitur.

Alii dicunt, vt Caiet. quòd pars, quæ pungitur, non sentit, sed proxima: & pars puncta est tunc medium. Sed hoc est ridiculum: quia in parte puncta sentitur dolor: & præterea, quare potius pars proxima ad vnum latus sentit, quàm ad aliud?

Tertia solutio reiicitur.

Alii, vt Fernel. dicunt, quod neruus sentit tatione duarũ menyngum, quibus est indutus. Sed hoc non soluit argumẽtum: nam illę menynges neruum ipsum intrinsecè componunt.

Colligimus igitur illam rationem, qua carnem non esse sensorium probatur, nullam esse: in tactu enim sensibile positum supra sensorium, sentitur.

4. Ratio.

Probatur quartò. Quia alicubi est tactus, vbi nullus est neruus: vt in iecore dolor sentitur, & in corde, in venis, in ossiũ tunicis, & pericraneo capitis: non ergo sensorium neruus est.

5. Ratio.

Præterea quintò. Quia tactus fit in qua parte & in quo situ non est neruus: nam neruus non est expansus per totum corpus, vt pellis: & tamen in quocunq; situ corporis sentitur tactus: ergo, &c.

2. Cõclusio. In neruo etiam inest tactus & in omnibus partibus præter ossa.

Secũda cõclusio. In neruo etiam inest tactus, imò in omnibus partibus præter ossa: nam tactus est sequens vniuersalem temperiem animalis, & vitę necessarius, atq; ideo diffusus est ꝑ totũ, quãuis magis

magis in his, quàm in illis partibus.

Prima obiectio.

Quòd si dicas, Quomodo nerui, cùm sint terrestres, sicut ossa, habent sensum?

Solutio.

Respõdeo, quòd quamuis ratione temperiei innatæ terrestres sint, & sensus expertes, tamen ratione temperiei influxę habent conuenientem temperiem: à spiritibus enim intus contentis calefiunt, & à carne circunstante humectantur: ossibus autem hoc deest.

Secunda obiectio cuius solutio.

Quòd si dicas, Neruus ergo sensorium erit. Respondeo, nõ nego, sed simul etiam caro, quę tam aptum habet temperamentum, habebit virtutem tangendi.

3. Conclusio, Cor non est proximũ sensorium tactus.

Tertia conclusio, Cor non est proximũ sensorium tactus. Hoc probatur argumẽtis supra positis: nec loca Aristotelis concludunt. Respondimus enim iam q. 28 ad illa.

Ad loca Arist.

Argumenta posita hic ab Aristotele, facilè soluuntur. Ad primum dico, quòd illa ratio cum alijs multis conuincit carnem esse sensorium.

Ad primũ argumen.

Ad secundum.

Ad secundum dico cum illis Philosophis, ꝙ in tactu non est id inconueniens, imò necessarium, quòd sensibile positum supra sensum, sensationem faciat.

An in tactu sit medium externum necessarium. Quæst. XXXI.

Occasio ꝙstionis.

Hic disputandi nobis occasionem dat Arist. qui non solùm internum mediũ in tactu ponit, sed etiam externum. Vocatur medium internum, quod ipsius animalis est pars, vt caro: externũ verò, quod non est pars animalis, vt aer in visu: in tactu non solùm docet mediam carnẽ esse, sed aerem, vel aquam, nihilque tangi non interueniente aere, vel aqua.

Primũ argumẽt. ad partẽ negatiuam.

Contra hanc doctrinam est argumentum primũ. Si nihil tactus perciperet nisi aere, vel aqua interuentẽte: ergo tactus non esset tactus: nam à tangendo dicitur tactus. non autem tangeremus obiecta, si corpus vel minimum esset intermedium.

2. Argum.

Præterea secundò. Si opus esset medio externo, periret ratio Aristot. qua probat carnem nõ esse sensorium: quia sensibile positum supra carnem sentitur. Hoc autẽ non valeret: quia non est immediatum carni; sed medius esset aer, vel aqua.

3. Arg.

Præterea tertiò. Medium habet proportionem cum sensorio, vt dicitur inferius, vbi probat non esse plures sensus, quàm quinque: sed medium externum, & internum cum tã diuersa sint, (est enim vnum simplex, alterum mixtum) non possunt cum organo cõuenire, sicut nec inter se: ergo in tactu non sunt duo media.

4 Arg.

Præterea quartò. Dicit tex. 115. quòd in visu priùs agit color in medium, & post medium in visum: at in tactu simul in totum. Videtur hoc esse falsum: nam color in instanti agit per mediam visionem: ergo non priùs alterat medium, quin simul alteret visum. Hæc autem sunt argumenta, quæ præcipuam continent in hoc difficultatem.

Tertia opin. cõis S. Tho & Alber.

In qua sunt duæ sententiæ. Prima est communis S. Thomæ, Alberti, & cum eo Caiet. Thien. & aliorum, quòd tactus indigeat medio externo ad tangendum dura, & consistentia corpora, non tamen ad percipienda liquida, vt aquam, aerem, & alia huiusmodi: istamq; dicunt fuisse Aristotelis mentem.

Secunda opinio Auer.

Altera est Auerrois. cõm. 115. quam sequitur Iandunus q. 28. hi dicunt, quòd vniuersaliter ad tactum opus est medio externo.

Obiectionis solutio.

Quòd si obijcias, quòd ab aere, & ab aqua patitur immediatè absque externo medio: respondet ad hoc Auerroes per duo dicta. Alterum est, quòd aer in sua naturali dispositione existens, non agit in nos, nec sẽtitur: & sic est immediatus nobis: similiter aquæ se habent ad pisces. Et ratio Auerrois est: quia aer est locus naturalis nostер: at locus naturalis non debet agere in locatum, cum ei sit similis & proportionatus.

Primũ Auer. dictũ.

Prima ratio huius dicti.

Præterea: quia si aer ageret in nos, non esset medium aptũ, vt alia per ipsum agerent: debet enim mediũ esse denudatum, sicut & sensorium.

2. Ratio.

Iandun. limitat hoc dictum, ꝙ aer non agit in nos, cum est in sua dispositione naturali: vt aer agat quidem, sed dicitur non agere, quia ita agit, vt non percipiatur tactu: quare de notabili actione intelligendus est Auerroes.

Limitatur Auer dictum.

Alterum dictũ Auerrois est, quòd aer existens extra suam naturalem dispositionem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem agit in tactum: & quia elementa nun quam sunt extra suam naturalem dispositionem, nisi cum miſtione alterius corporis, ideo & tunc non est ipse aer qui infrigidat, vel calefacit, sed corpora, quæ cum ipso coniungun tur, scilicet vapor, vel exhalatio: & talia non sunt nobis contigua, sed solum aeris naturalis portio, per quã talia corpora agunt: cumq; ea parua sit videtur non esse medium externum, sed re vera est. Idem dicendum de aqua respectu aquatilium, Hæc est sententia ipsius Auerrois.

Prima cõclusio cõtra Auer. in tactu nõ est necessarium medium.

Pro huius difficultatis resolutione sit prima conclusio. In tactu non semper est medium externum. Hæc conclusio est cõtra Auerroem. Putamus enim cũ S. Tho. & Alberto, quòd tactus tangit aerem & aquam & corpora ista fluida absque medio externo.

Nota vnde proueniat necessitas medii externi in tactu.

Ad probandam autem hanc conclusio nem, notandum est prius, quòd necessitas ponendi medium externum in tactu non est ex parte sensus, vt sensus est, nec ex parte obiecti, vt obiectum est: sed ex parte corporis, vt corpus est, quatenus duo corpora non se tangũt nisi mediante aliquo alio. & hoc manifestè patet ex tex. 113.

1. Ratio.

Ex quo sumo argumentum. Non repugnat, vniuersaliter loquendo, vnum corpus immediatè tangere aliud, in ipsumq; ingere immediate: ergo non repugnat, tactum immediatè pati ab obiecto. Consequentia est certa: quia repugnantia in tactu & obiecto, est, vt corpora sunt. Antecedens patet: quia illud in duris corporibus verum habet, vt etiam ipse Arist. tex. 114. dicit: non autem in fluidis.

Confirmatio.

Et præterea experientia, aqua enim immediatè tãgit lapides, & ipsos infrigidat: ergo etiam manum, & carnem. Similiter immediatè aer tangit lapidem.

Reiicitur obiectio Auer.

Quòd si dicat Auerroes, quòd in sua dispositione naturali aer non agit in lapidem, quia est eius locus naturalis: Hoc nihil prorsus est: nam faciam mutationem: Aquatilia ponantur in aere, & terrestria in aqua: iam tunc profectò patientur ab ipsis, cum sint improportionalia, & erit tactus sine externo medio.

2. Ratio in qua primum dictum Auer repellitur.

Sed probatur secundò. Et est argumentum Alberti, & S. Tho contra ipsius dictum primũ. Dicit enim, quòd non patimur ab aere, vt est in sua dispositione naturali: quia sic est locus. Est ergo argumentum. Non aliter est locus naturalis noster aer, vel terra, quàm vnum elementum est locus alterius: sed vnum elementũ, quamuis sit locus alterius naturalis, agit in ipsum: ergo similiter elementum aget in miſtum. Consequentia est certa. Maior probatur: quia nos & miſta in loco ponũtur, secundùm elementum dominans. Minor probatur: quia elementa in his extremis se alterant, & se secundùm partem mutuo transmutant.

1. Ratio.

Probatur tertiò. Quia aer & elementũ in sua naturali dispositione existens, habet qualitates excedentes eas, quæ in miſtis sunt: ergo in sua dispositione naturali existens aget in ipsa, & ea alterabit.

4. Ratio, à qua secũdum dictum Auer. confutatur.

Probatur quartò. Contra ipsius secundum dictum, quod est in Philosophia absurdum, q̃ nunquam sunt elementa extra suam dispositionem naturalem, nisi cum commiſtione alterius corporis. Hoc videtur falsum. Primò, quia Sol calefacit radijs suis aerem, & aquam: nec videtur, q̃ corpus vllum sit commiſtum.

Primò.

Præterea, quod fortius est. Ante talem miſtionem præcessit aliqua alteratio in elemento: ergo tunc facit elementũ extra naturalem dispositionẽ sine tali miſtione.

Secundò

Nec ipsius argumenta quicquam probant. Ad primum dico, quòd elementa, non solũ sunt loca ob suas qualitates actuas, sed etiam simul cum virtute cœlesti, quæ locata conseruat. Adde etiam, quòd in sua puritate non sunt loca naturalia, nisi vt à sua vi & intẽsione mutantur, atque ea de causa sunt facilè mutabilia.

Ad primũ argumentũ Auer.

Et per hoc soluitur secundũ. Aer enim & aqua media sunt, quia sunt facilè receptiua alienarum qualitatum.

Ad secundum.

Secunda conclusio. Etiam in corporibus duris, vt fiat tactus, non est semper necessarium medium externum. Hanc conclusionem teneo cum Philopono contra Albertum, & alios: Dicit enim Philoponus, quòd duo corpora non se tangere immediatè, prouenit, cũ superficies inæquales sunt: non tamen cùm æquales sunt.

2 Conclusio. etiam in duris corporib' non est semp necessarium medium externũ tactui.

Hęc conclusio probari potest, si probemus duo corpora dura, & non fluida posse se tangere immediatè absque aere, vel aqua: & id probo primò experientia.

Prima ratio ab experientia.

Serra-

Reiicitur solutio.

Serra secat lignum: ergo immediatè tanget ipsum.

Quòd si dicas, aerem semper esse medium: profectò vanum hoc videtur, & adhuc contra rationem experientię: nam sigillum imprimit similitudinem in plumbum, & tamẽ quis capit aerem mediare?

1.

2.

Et præterea, si lapis sit intinctus, & proiiciatur in murum, relinquit illic figuram & corpus. impossibile autem est, quòd inter illud atramẽtum & murum, mediet aer: nam tunc non consisteret illa figura.

3.

Præterea oporteret dicere, quòd inter ossa & tunicã ipsorũ mediaret aer, & inter venas & carnẽ, quod est impossibile.

2. Ratio.

1.

2.

Probo secundò. Si aer semper est medius, sequitur quod ingentes lapides sustentantur in aere cum non tangant immediatè terram, nec alios: quòd si in aere illo sustentantur, quare in maiori & altiori non sustentantur? & si ille aer spatium occupat, quare lapides non descendunt inferius?

Probatur tertiò. Illa repugnantia, ne solida se immediatè tangant, non est, quia corpora sint, nam orbes cœlestes solidi, se immediatè tangunt: ergo solũ est, quia inęqualium partium superficies habent: & ita quamuis secundum se tota non se tangant immediatè, tamen secundùm aliquam saltem particulam se tãgere est necessarium.

Nota sensu & mẽte Aristo.

Et hoc solũ est, quod Arist. docet, quòd corpora dura, quia regulariter sunt inæqualia, non se tangunt secundum se tota: id tamen non vetat, quo minus secundùm aliquas se tangant partes: & si omnino proportionata essent, secundùm se tota se tangerent.

1. Concl. Medium externũ tactus cũ contingit, nõ ita se habet vt alioqui ad sensum medium. 1. Differẽtia ex Aristot.

Tertia conclusio. Istud medium externum in tactu quando est, non eodem modo se habet sicut aliorum sensuũ media.

Exponitur Arist.

Aduertendum igitur, quòd Arist. hanc ponit differentiam, quòd color. V. g. agit in medium, & post medium in visum: at tangibile simul cum medio egit in tactũ.

Exponunt Auerroes, & S. Tho. hunc locum, quòd non sit intelligendus de priori tempore, sed de prioritate causalitatis: tũc enim esset proprietas temporis, si faceret istum sensum, quòd color prius tempore agit in mediũ, & post medium agit in visum: tangibile verò simul in medium, & tactum: sed hunc sensum dicunt esse falsum, quia in instanti agit color in medium simul & potentiam: similiter & tangibile simul in vtrunque.

Sẽsus autem huius causalitatis hic est, quòd quamuis color simul in medium & potentiam agat, tamen ideo agit in potentiam, quia agit in mediũ, & sic medium est prius causalitate. At tangibile nõ sic, sed ita corpus agit in tactum per illud extremum medium, vt quamuis non esset, ageret in ipsum. Et præterea; quia illud medium, vti diximus, nõ est necessarium tactui, & tangibili, vt talia sunt, sed vt corpora sunt. Hæc est expositio Auerrois, S. Tho. & communis.

Reiicitur hæc expositio. 1.

Sed obstant contra hãc expositionem duo. Alterum est: quia incertum est, quòd vnico instanti obiectũ aliorum sensuum agat simul in potentiam, & in medium: quod inferius disputabitur.

2.

Alterum est, quòd est extorta valde illa distinctio & expositio, nec literę quadrat.

Secunda expo.

Dicendum igitur, quòd mediũ in alijs sensibus se tenet ex parte potentiæ: quod est dicere, Ego non video, nec audio medium, vt medium, sed obiecta per mediũ: at in tactu ipsum mediũ est ex parte obiecti, hoc est, quòd aer, quo tango lapidem, est sicut pellicula lapidi superposita, & sicut vestis illius, & totum illud est tangibile. Et hoc patet ex ipso textu 115. vbi dicit tale medium cũ tangibilibus sentiri.

Occurritur obiectioni.

Nec obstat exemplum de clypeo, qui se tenet ex parte manus: nam exemplum tantum est ad explicandum, quomodo simul tactus patitur à tangibili cũ medio.

Nota.

Vnde medium in tactu non est mediũ sentiẽdi, sed medium mathematicum, scilicet, quatenus inter duo corpora mediat, estque hoc notandum.

Ad primũ & tertium argumentũ falsum.

Per hoc enim soluitur argumẽtum primum & tertium. Non. n. habet rationem medij sensus, sed potius cum obiecto cõputatur: & sic tactus, vt sensus est, immediatè sentit per carnem: sed est medium mathematicum, vt corpus est inter alia existens, & tale nõ est opus habere proportionem cum sensorio: mediũ tale, caro est. Est autẽ hoc notatu dignum: nam, sensus est, habet medium carnẽ: at quia caro est corpus, habet aliquando mediũ aerẽ vel aquã, vt corpus est, vti diximus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad 4. Et hinc soluitur argumentum quartũ. Non enim id intendebat Aristoteles, sed quod declaratum est.

Ad 5. Argumentum secundum concludit cõtra Auerroem, qui vniuersaliter dat in tactu medium externum, sed non contra nos, qui id negamus.

An tactus sint plures. Quæst. XXXII.

HAec est prima difficultas quã Aristoteles proposuit in capite de tactu: vbi videtur determinare, tactum non vnã esse potentiam, sed plures, quamuis id fateat.

2. Ratio. Aristo. quod sint plures tactus. Argumenta ipsius sunt duo. Alterum est: Vnius sensus est vnius primæ contrarietatis: at tangibilium plures sunt contrarietates primę, vt notum est: ergo tactus, nõ vnus, sed plures sunt.

2. Ratio. Alterum est. Vnus sensus vnum habet obiectum adæquatum, vt patet discurrẽdo per reliquos omnes: at tactus non habet tale cõmune obiectum, eo quod qualitates tangibiles non habent vnum cõmune genus, quod à tactu primò, & adæquatè percipiatur: ergo nõ est tactus vnus sed plures.

1. Opinio quod sit vnus sensorio, sed plures potentiæ in illo, siue vnũ materialiter, plures formaliter. Huic difficultati respondent quidam, quòd tactus potest considerari, vel sumi dupliciter. Vno modo pro ipsa tactiua potentia, sicut etiam visus pro potentia, & aliorum singuli. Altero modo pro ipso sensorio, id est, parte corporis animati, in qua talis potentia recipitur. Priorem vocant aliqui tactum formaliter, posteriorem materialiter. Dicũt ergo, quòd tactus materialiter vnus est, est enim vnũ sensoriũ: at formaliter plures sunt, id est, in vno sensorio sunt multæ potentiæ tactiuæ distinctæ, vna ad percipiendum frigidum & calidum; altera ad percipiendum humidum, & siccum.

Authores huius opinionis. Hæc sententia est magnorum Philosophorum, puta, Themist. cap. 39. Alexan. Auerr. comm. 108. & Auic. lib. 6. p. 2. cap. de tactu. Albert. in præsenti, & in sua summa. S. Thom. lectione 22. Iandu. q. 27. Appollina. q. 40 & Caiet. Thien. & denique videtur communis sententia.

2 Opinio Simplic. Alteram sententiam tenent Simplicius, & Philoponus, qui vnum tactũ formaliter ponunt: idque ex mente Arist. id esse concedunt, & docent, dicentes, quòd solutio data ab Aristotele in primo argumento est secundum propriam sentẽtiam. sed de hoc in ipsorum solutione dicemus.

Philopo. esse vnũ tactum.

De numero tactuum. Primæ opinionis authores varii circa numerum potentiarũ tactus.

Aduertendum tamẽ, quòd hi, qui plures tactus formaliter ponũt, diuersi sunt circa ipsorum numerum. S. Tho. enim cũ alijs, qui eum sequuntur, duos ponit: alterum ad frigidum & calidum percipienda, alterum ad humidum & siccum.

Alexander autem multiplicat tactus secundum numerum contrarietatem, scilicet, duri, & mollis, grauis, & leuis, & aliorum: idem docet etiam Themistius.

1. Opinio duos tactus esse S. Thomæ &c. Auerroes ponittres, nempe duos primos dictos ex S. Thoma, & præterea aliũ ad tangendum, graue, & leue: & hoc idẽ Albertus: at verò durum & molle, asperum & leue ad siccum, & humidum refert.

2. Opinio Tot esse quot cõtrarietates tangibiles Alexan. Addit etiam Albertus cum Auicen. alios duos: alterum circa solutionem continui & cõsolationem, quo sentimus vulneris dolores, vel sanationis delectationem. Alterum particularem ad sentiendas delectationes venereas.

3. Opinio Tres tactus esse Auer. Alij addunt alium ad sentiendam delectationem in cibis, quamuis Albertus reducat hunc ad ipsum gustum.

4 Opinio Tres alios præter hos addit Alber. Alij vlterius multiplicant alios in stomacho ad sentiendam famem, & sitim. Vnde patet, Philosophos non esse in tactuum numero conformes inter se.

Tertia opinio alii alios addunt, tactus. Dicam ergo quod mihi in hoc probabilius veriusq; videatur. Sit prima conclusio. Si tactus multiplicatur propter duas primas contrarietates, necessariò etiam propter alias multiplicari debent.

1. Conclusio, si tactus multiplicentur propter duas primas contrarietates etiam multiplicari debent propter alias. 1. Ratio. Sensus huius conclusionis est, quòd si ponuntur duo tactus, vnus ad calidum, & frigidum percipienda, alter ad siccum & humidum; necessario plures alii ad alias contrarietates poni debent. Hæc est contra Thomistas aliquos, qui duos tactus solos ponunt.

Sed probatur conclusio. Ratio propter quam illi duo tactus ponuntur, est, quia illæ sunt contrarietates diuersę, nec vna reducitur ad alteram: sed eodem etiam modo se habent aliæ propter illas. ergo ob eãdem rationẽ, tactus multiplicãdi sunt.

Con-

Consequentia est certa cum maiori: sed minor probatur de aliquibus, puta, de graui, & leui: hęc enim tactu percipiuntur, & non per calorẽ, vel aliam ex primis alijs: ergo secundùm se, tangibiles sunt. Consequentia est certa. Antecedens patet: quia absque calore, vel alia ex his qualitate tactus grauitatem percipit, & leuitatem: & his qualitatibus quatuor tantùm tactis, nõ percipitur adhuc grauitas, leuitas: sunt ergo primò tangibiles.

Confirmatur ratio. Vbi notat quidam, quod vrget Auerroes, quòd grauitatem & leuitatem sentimus cum sensibili communi, scilicet, motu corporis locali. Quod est dicere, Tunc grauitatem sentimus, vel leuitatem, cùm corpus in medio est motus sui, & detinetur, quãuis nulla esset alia ex actibus qualitatibus: sunt ergo illa contraria secundum se tangibilia.

Cõfirmatur alio exemplo cõtinuatis. Idem dicendum de molli, & duro: sentimus enim absque alia qualitate ex illis quatuor, nec reduci possunt ad siccum & humidum: sunt enim mollia, etiam frigida, & calida, & dura similiter.

Nota. Est autem notandum hic vnum, quòd quamuis in ratione entis, molle, & durũ, non differant à primis quatuor, propter quod 2. de Gener. ad ipsas reducuntur; tamen in ratione sensibilis, & vt ad tactum referũtur, diuersa sensibilia sunt: quod minus aduertunt aliqui.

Lene autem, & asperum puto sensibilia communia, ad figuramq; reduci: visu enim percipiuntur.

Confirmatur tertio ex alijs contrarietatibus. Idem quod de superioribus, dicendum de alijs tangibilibus, puta, de dolore, voluptate, fame, siti; ista enim protectò secundùm se tangibilia sunt magisq; distincta à primis quatuor, quàm sint ipsæ quatuor inter se. Si igitur tactus multiplicatur in his, etiam in illis: & in hoc cõsentio cum Themistio, Alexando, Alberto, & Auicenna.

2. Concl. Probabile est vnã esse tactũ potentiam non plures, ad illa entia tangibilia. Nota distinctionẽ tangibilium. Secunda conclusio. Quamuis sit probabile, tactus esse plures seu potentias plures, ad illa singula paria cõtrariorum extenta; tamẽ probabilius puto, vnam esse, & eandem.

Aduertendum igitur, quòd tangibilia facio in duplici differentia. Quædam externa: & hæc sunt, quæ in externo subiecto sentimus, & nos mouent, vt illa quatuor prima, & simpliciter durum, molle, graue, leue.

Explicat conclusio cum rationibus quæ eã sequũtur. Voco interna alia, quę in ipso sentiente sentiuntur, vt dolor, voluptas, fames, sitis.

Dico ergo, quòd vna est potentia, cuius illa externa sentimus, licèt sit probabile oppositum propter authoritatem tantorum Philosophorum, & etiam quia ex illis magis esse de mente Arist. hoc, tamen puto probabilius cum Philopono, & Simplicio, imò cum S. Thom. qui retractauit 1. p. q 78. ar. 3. ad 3.

1. Ratio. Hoc autem probo primò. Si illę potentię plures essent, maximè esset propter primam rationem ab Aristotele factã: quia vnus sensus est vnius conarietatis: sed hæc ratio non cõuincit: ergo tactus vnus est. Discursus est bonus, & maior vera. Minor probatur: quia in alijs sensibus, vt ipsemet fatetur, inueniuntur plures contrarietates, vt in sono acutum, & graue, magnum, & paruum.

Solutio Philop. Ad hoc dicunt Themistius, & Alexander, quòd ista solutio Arist. nõ est ex propria mente, sed ficta, eo quòd magnum, & paruum, est sensibile commune, & nõ est contrarietas in obiecto proprio.

Reiicitur solutio. Contra hoc optimè replicat Philoponus, illud probans esse falsum: Magnum enim, & paruum in mole & corpore est quidem sensibile commune: at non hoc est in sono, sed est magnitudo & corpulẽtia quædam maior, vel minor ipsius soni, qui à solo percipitur auditu: responsio ergo illorum nulla est.

2. Ratio. Probatur secundò. Si essent plures tactus, esset ob secũdum rationem Aristotelis: quia non est obiectum cõe vnum: sed hæc ratio conuincit, quia est vnum tale obiectum, vt concedit etiam S. Thomas, loco allegato.

Reiicitur obiectio. Et Aristoteles non dicit, non esse obiectum vnum, sed non esse manifestum: quia si dicat, esse, sed non esse nominatum: & sic exponunt illi Græci, vt non sit secunda ratio vlla Aristotelis, sed quòd ibi ponat differentiam, quòd alijs sensibus est obiectum nominatum, non in tactu.

Confirmatur. Sed ego præterea probo, quòd re vera sit. Vbi est idem modus immutandi, ibi est vnum obiectum: nã sicut vnitas scientiæ sumitur ab vnitate abstractionis; ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnitas sensus ab vno modo immutandi obiecti & mouendi ipsam potentiã. Sed omnes illæ qualitates tangibiles eodem modo se habent ad mouendum tactum: & per idem medium, & sensorium; ergo sunt sub vno genere.

Nota. Et notandum, q̃, quamuis hoc genus forsan in re sit analogum, tamen in ratione sensibilis vniuocum est.

Probatur tertio. Quia quinque sensus communiter ponuntur etiam ab Arist. si autem multi tactus essent, plures essent quàm quinque.

3. Ratio. Reiicitur solutio. 1. 2. Nec valet, si respondeas, q̃ quantum ad sensoria, ponuntur quinque; quia hoc est falsum; quia gustus non habet aliud sensorium a tactu loco distinctum; & præterea, quia dicitur textu 112. quòd quamuis gustus esset per totum corpus, adhuc distinctus esset a tactu: ergo pluralitas sensus magis est secundum formam.

4. Ratio. quæst. 4 pag. 69 in tertio fundam. Probatur quarto ex illa regula distinguendi potentias a posteriori, hoc idem probare possumus. Nam separantur, & separari possunt hę potẽtiæ & actus, ita, vt in ea parte, in qua tanguntur externa, nõ sentiantur fames, & sitis, nec alia, vt in manu; & illa in parte determinata sentiãtur, vt potè, stomacho, & aliis, non in reliquis animalis partibus; atq; ita non spectabunt ea obiecta & omnes illi actus ad vnam potentiam, sed ad diuersas.

Solutio. Quòd si dicas, Erunt ergo plures sensus. Respondeo, q̃ non erunt exteriores plures; nam iste inter interiores est cõputandus. & Aristoteles loquitur modo de his, quibus exteriora obiecta percipiũtur.

Caput duodecimum.

Oportet aũt vniuersaliter de oĩ sensu. Tex. CXXI.

Proprietates sensibus exterioribus traditis in particulari, nunc aliquas proprietates eis cões ponit, quarum prima est; quod sensus suscipit formas sine materia. Ac si dicat, Sensus percipit subiectorum accidentia, non perceptis ipsis subiectis secundum se; vt visus percipit coloratum ratione coloris, sed non ratione corporis secundum se: & auditus sonum, sed nõ substantiam, in qua sonus est: & inde est, quòd non patiatur, nec recipiat intentionem subiecti, sed formæ.

Et

Exẽplũ. Et ponit exemplum. Sicut cera in se recipit figilli formam, sed non materiam, puta, aurum, vel ferrum, quia figillum nõ ratione materiæ, sed ratione formæ in ceram agebat: sic sensus patitur ab habẽte sonum in quantum tali, & secundum rationem, & formam, scilicet sonũ. Obiectum enim est velut figillum imprimens hic speciem in sensu. hoc posterius declarabitur.

Sensorium aũt primũ est. Tex. CXXII.

Secunda. Alterum cõmune, quod declarat, est, sensorium primũ sensus esse, in quo talis potentia, id est, receptiua formarum sine materia recipitur.

Nota. Notandum autem, q̃ vocat sensorium primum illam partem similarem, in qua immediatè recipitur sensitiua potentia, vt enim dicitur 2. de partibus cap. 1. quãuis organum, quo sensatio perficitur, & exercetur, sit dissimilare, vt oculus, auris, caro, neruus: tamen pars, in qua primò, & immediate est potentia, & actus sentiendi, similaris est: vt pupilla, myringa, neruus, & hanc vocat sensoriũ primum.

Potentia & sensoriũ sunt idẽ subiecto, sed ratione diuersa. Subdit autem, q̃ potentia, & sensoriũ, idem sunt subiecto: sed ratione, diuersum est vnum ab altero. Ac si dicat, albedo, & lac idem subiecto sunt, quia albedo in lacte est: sed definitio ipsorum est diuersa. Ita potentia, & sensorium. eodem etiam modo dixit priuationem, & materiam esse idem subiecto.

Dupliciter aliquã dicũtur idem esse subiecto, Dupliciter enim aliqua idem subiecto dicuntur. Aut quando duo vni insunt subiecto: vt albedo, & dulcedo idem dicuntur in lacte. Aut cum vnum est in altero, & sic in præsenti.

Ratio q̃ sensoriũ nõ sit ipsa potentia. Probat autem, q̃ secundum esse, & naturam distinguantur: quia sensorium est magnitudo, & corpus: potentia vero nõ, sed forma in corpore. Et nota, q̃ potentia dicitur ratio in corpore: quia est forma, non quocunque modo, sed certam dispositionem, & harmoniam, ac mistionem pereus: non enim aliter potentia in corpore recipitur.

Manifestum autẽ ex his. Tex. CXXIII.

Dissoluũtur duo problemata ex dictis Primum. EX prædicta doctrina de potentia soluit duo problemata. Alterum est: quare sensibilia excellẽtia, vt vehemens sonus, vehemens color, & alia destruunt potentias, & lædunt. Et respondet: quia istæ potentiæ in quadam harmonia, & temperie dispositionum consistunt, qua turbata vel dissoluta, lædituꝛ & destruitur potentia: sicut consonantia musicæ perit chordis fortiter percussis: nam vehemens percussio temperiem chordarum soluit. Non intelligas, q̃ temperies sit potentia: sed potentia in ea est, vt dispositione; loquitur enim Aristo. causaliter.

Nota.

Et pp quid plantæ nõ sentiunt. Tex. CXXIIII.

Secundũ problema dissoluitur. ALterum problema est, quare plantæ non sentiant, cũ animam habeant, & etiam patiantur a qualitatib⁹ primis, sicut & animalia: calefiunt. n. & frigefiũt. Respondet: q̃ non habent hanc temperiem & rationem, qualis est necessaria in sensoriis: ac ob id ista deficiente, deficit etiam potentia; & principium recipiendi formas sine materia, & sentiendi: hinc distinguitur clare potentia a dispositione, & ratione.

Nota.

Dubitabit autẽ aliquis, si patiatur. Tex. CXXV.

Dubium Aristo. an non sentiens patiatur ab aliis obiectis alterum sensuum Prima rõ a parte negatiua. CVm dixisset plantas recipere qualitates tangibiles, non tamen sentire: dubium ponit, an aliquid non sentiens patiatur etiam ab aliis obiectis, vt ab odore, colore, sono. Et pro parte negatiua ponit tria argumenta.

Primũ est. Odor & olfactus correlatiua sunt: odor enim est olfactibilis, & qd olfactũ mutat, est odor, vt odor. Adde tu, Et olfactus est odoris: ergo nihil pati potest ab odore, quod non olfaciat. Idem in aliis, scilicet colore, & sono: nam sapor

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum agat simul cum humiditate, computatur fere cum ipsis tangibilibus.

2. Ratio. Alterum argumentum est. Quod pōt sentire, non patitur ab aliis, nisi vt sensitiuum est, id est, qua parte sentire potest, vt animal in visu a coloribus, in auditu a sonis, in olfactu ab odoribus patitur: ergo quod non potest sentire, non patietur ab illis, recipiendo ipsorum formas.

Simul aūt manifestū est, & sic. Tex. CXXVI.

3. Ratio. TErtium argumentum est, quod inductione colligitur. Color enim, lumen, sonus, odor nihil in corpore producunt: nō enim albedo facit albedinem, nec sonus sonū, nec lumen lumen.

Obiectio. Quòd si dicas, Quomodo sonus magnus scindit arbores, similiter coloribus pingimus.

Solutio. Respondet, ꝙ ista nihil faciunt, sed sui obiecta, in quibus sunt: vnde aer est, q suo motu rumpit corpora, & color non agit, sed nos appplicando subiecta, sin quibus colores sunt, pingimus. Similiter lumen in aere existens cum ipso illuminat corpora, quæ in eo sunt.

Nota. Vbi nota, lumen in aere recipi, non in corporibus opacis: at qualitates tangibiles ipsæ agunt, & extra suum subiectum producunt sibi similes: aliter enim non esset alteratio in corporibus inanimatis: veræ enim alterationes secundū has qualitates fiunt. Numerat autem saporem ratione humiditatis.

Ergo ne, & illa faciunt. Tex. CXXVII.

Respōsio Aristo. ad dubiū à positum. DVbio proposito, respōdet modo, ꝙ illa sensibilia obiecta, vt odor, color & c. etiam agunt in corpora, quæ non habent sensum, sed non in omnia, nec quocunq; modo. Non enim agunt, nisi in corpora diaphana, vt aerem, vel aquam: nec permanenter agunt, sed vt in viam, & medium, per quod in sensus agunt. Vnde recipit quidem, & a colore, vel odore, & sono patitur, sed non vt forma in ea permaneat, & propter ipsum fit, sed vt per ipsum in sensum fit actio.

Obiectio. Dubitabis, Si aer a colore patitur, & ab aliis, nec sentit; videtur ergo ꝙ sentire non sit solum recipere formam, sed aliqd aliud.

Solutio. Respondet, ita esse: non enim odorare est solum recipere, & pati: hoc enim aeri inest: aer autem non sentit, sed immutās potentiam proxime, sensationem facit. Vide sensationē non esse solam passionē.

Philoponus vult, argumēta proposita solum fuisse gratia disputationis: nam color, & odor non sunt essentialiter relatiua, ob id in medium etiam possunt agere: quamuis dici posset, ꝙ totum hoc, est ad sensum relatum: & sic argumenta tenent, quamuis probabilia sint, & nō demonstratiua.

Nota. sensationem non esse solam passionem.

Nota aliā Philop. expositionem.

An sint species. Quæst. XXXIII.

Sensus quæs. ANtequàm disputationē ingrediar explicādus est quæstionis sensus. Aduerte igitur, ꝙ non hic de specie logica disputam⁹, scilicet de prædicato cōmuni pluribus numero differentibus: sed speciem hic vocamus cum Philosophis realem qualitatem, qua obiectū agit in potentiam sensitiuam, & qua mediante fit sensatio. Quæ species est rei simulachrum quoddā, & imago obiectū repræsentans: & ita illam obiiciens sensui, vt illud obiectū extra se sentire possit, vt cū sensus percipiant obiecta sua distantia, nec sensus in obiecta agant aliquid actione transeunte, iam quæratur, an obiecta agant in potentias, imprimantq; aliquid seu qualitatem, & virtutem aliquam, qua media sentiantur.

1. Opinio Gale. vlotini, &c. Fuerunt igitur in hac re tres sententiæ. Prima fuit Galeni, quem citat Gregor. Nyss. libro de viribus animæ, cap. 2. fuit etiam Plotini Aenneade quarta, & quorundam Platonicorum, quòd sensus non indigent aliqua specie recepta ad sentiendum, sed obiecta sua in debita distantia proposita percipiunt absque vllo alio interueniente.

1. Arg. Galeni. Argumentum Galeni fuit. Si istæ species

cies essent in sensibus, ideo essent, quia ipsæ essent rerum imagines: sed hoc est impossibile: ergo nō sunt species. Discursus videtur notus, & maior vera. Minor probatur: quia imago cœli & molium magnarum quas videmus, recipi non potest in oculo paruo.

Cōfirmat argumē. 2. Opin. Ochā. Durā. Gabriel, & Nōnullū. Hoc argumentum quoque fecit Arist. libro de memoria cap.

Altera sententia fuit aliorum, puta, Ochan. 2. Sent. d. 17. & 18. Durand. d. 3. q. 9. 6 etiam 2. Senten. & Gabriel eodem 2. d. 3. q. 2. & Nominalium: quorum sententia consistit in duobus. Alterum est, quòd sensus exteriores non indigent specie ad sentiendum, & in hoc cum priore sententia cōueniunt. Alterum est, quòd interiores sensus indigent specie obiectiua.

Explicatio huius opin. Pro explicatione notandum, quòd ponunt obiecta omnia producere in sensus suam speciem, quæ est formalis simili tudo ipsius obiecti, & hæc non est necessaria propter exteriores sensus, sed ꝓpter interiores, ita tamē, vt ista species sit obiectum, in quod terminatur actus interioris sensus, sicut in imaginem: & ita dicūt fieri insomnia. Percipientes enim illas imagines, putamus esse res ipsas, quarū sunt imagines. Hæc est horum sententia.

3. Opinio communis. Tertia est communis omnium aliorū Philosophorū sentētia, quòd omnis sensus interior & exterior indiget specie, nō vt ipsam percipiat, sed vt per ipsam percipiat obiectum.

4. Opinio Antiquorum Empedo. & aliorum. Prætermitto sententiā Empedoclis, & aliorum, qui animam ex omnibus cōponebant, vt oīa cognosceret: hæc enim satis impugnata est ab Arist. 1. animæ.

5. Opin. Platonis. Prætermitto etiam sententiam Platonis, quòd à potentia procedit radius in obiectum: hoc enim est in visu tantum. Nos autem vniuersaliter loquimur, & supponimus etiam à visu vel nihil tale egredi, vel non esse satis quod per se faciat ad cognitionē. At de hac re superius obiter in fine quæstionis 18. diximus, & disputationem ad ca. 2. de sensu cum Aristotele distulimus.

1. Cond. Necessario indigens sensus tam exteriores quam interiores specie ad sentiendum. Circa huius ergo difficultatis dissolutionem, sit prima conclusio. Nullus sensus, nec interior, nec exterior potest obiectum suū extrius percipere, nisi recepta specie & qualitate aliqua ab eo. Hanc ꝓbo argumentis sumptis ex rei natura, & etiam argumentis ductis ab experientia.

1. Ratio. Primò. Vbi aliqua duo, inter quæ est actio, sunt, quæ indigent medio certo, & dispositione medii, ibi est aliqua actio transiens, & per medium: sed visus & color, inter quæ est operatio (videt enim visus colorē) indigēt medio aere, vel aqua, & etiam indigent dispositione, vt sit illuminatum, & nō sit obstaculum: ergo ibi est aliqua actio media trāsiens; non potē tiæ in obiectum; ergo erit obiecti in potentiam: & sic per species erit visio, & p aliquam qualitatem per medium productam.

Discursus est notus. cum minori. Probo maiorem: quia secundùm omnē Philosophiam nullus agens indiget medio, nisi fit aliqua actio per ipsum, aliquidq; in ipso recipiatur. Hoc idem dico de aliis obiectis.

2. Ratio. Secundum argumentum est ex modo sentiendi. Sensus in determinata distantia percipiunt obiecta, & non omnes in æquali, vt notum est: ergo aliqua interuenit in medio actio. Antecedens est notū: distātiores enim videmus colores, quàm sonos audimus: nec in quacunq; distantia videmus, nec sentimus. Sed probo cōsequentiam, quia si medium nihil agit, nec recipit, sed sola præsentia, sentiūtur obiecta: ergo longitudo medii nihil prorsus facit.

Cōfirmatur secunda ratio. Idem dico de velocitate sentiendi. nā eundem sonum citius propè, quàm remotè percipimus: ergo necessario aliqua est actio in medio: sicut & ignis calefaceret sua præsentia solum vtiq; a longè, & propè calefaceret, & æquè calefaceret: quod si non sic fit, est, quia per medium agit. Idem ergo de obiectis in sensu.

3. Ratio. Tertium argumentum est ex indeterminatione potentiæ. Potentiam indifferentem impossibile est ad actum determinari aliquem, nisi ab aliquo determinetur: sed potentia sensus est indifferens, vt videat hoc, & non videat hoc: Item vt videat hoc, vel illud: ergo debet determinari: non est aliud, nisi obiectum: ergo obiectū determinat. Sed impossibile est aliquid determinare aliud, nisi vel ipsum agat in potentiam, vel potētia in ipsum agat: sed potētia nō potest agere in obie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiectum: ergo obiectum aget in potentiam: sed obiectum seipso solo nō potest determinare potentiam, cum sit extra: ergo illam determinabit per aliquid à se productum.

4. Ratio. Quartum argumentum trahitur ab experientia, quæ est insolubilis, de speculo. Videmus enim per speculum res, quas aliter non videremus, cum sit post tergum: ergo necessario aliquod obiectum agit in speculum, & per speculum in potentiam, quod sit necessarium ad videndum: si enim nil agit in speculum, nec illic est ulla actio transiens, quomodo per speculum videre res contingeret?

5. Ratio. Quintum argumentum ex sensatione interiore. Video hominem, quem non vidi, statim oculo clauso formo notitiam illius, quam ante primā visionem impossibile fuit habere: ergo aliquid recipio ab obiecto: si enim nihil reciperem, haberē me sicut ante visionem, nec possem formare notitiam.

Reiicitur solutio. Dicit Duran. quòd recipio imaginem rei, & hanc ipsam tanquam obiectum intueor. Sed, quòd hoc sit merum figmentum, statim ostendemus. Non enim eā intueor, sed per illam obiectum, vt postea constabit.

6. Arg. ab experientiis varijs. Sextum argumentum est ex experientia etiam sumptum. Baculus enim rectus habens medietatem in aqua, apparet fractus: vel oculus est causa deceptionis huius, vel baculus, vel medium. Non oculus, cum vniformiter se habeat, siue ille sit in aqua, siue in aere. Nec baculus, cum sit rectus: ergo medium ipsum: ergo aliquid medium ab obiecto recipit: si enim per solam præsentiam fit visio, nulla illic esset causa deceptionis.

1.

2. Similiter lapis in vase positus, quo oculus nō pertingit ipsa recta visione, si aqua infundatur, videtur: ergo aliqua actio est in visum, qui aliter se habet, quàm antè. Species enim diffunduntur & in superficie refranguntur, sicut lumen, plures partes illuminat vasis aqua infusa.

3. Sunt præterea multæ aliæ experientiæ, quæ saluari non possunt absq; speciebus: nec propterea, quia non videntur, sensuq; percipiuntur, ideo negari debēt. Nec immeritò Aug. 11. de Trinit. cap. 2. dixit, ingeniis rationibus difficiles videri.

2. Cōclusio. Species hæ non sunt ipsa obiecta cognita. Explicat conclusio, & probatur. Secunda cōclusio Species hæ, nō sunt ipsa obiecta cognita. Explico. Species coloris, non est id, quod videmus: nec species soni, quod sentimus: nec species odoris, quod gustamus: nec similiter species est id, quod sensus interior cognoscit. In quo (pace ipsius) errauit Durand. & hoc probabitur inferius, quando declarauerimus species non esse imagines rerum formales. Et in hoc etiam peccat argumentum Galeni, vt dicemus.

3. Cōclusio. Species se tenent tū ex parte potētiæ, tum ex parte obiecti, sed diuersa ratione. Explico. Ex parte quidem potentiæ vt dispositiones ipsius ipsam determinantes ad sentiēdum, & percipiendum obiecta, sumq; quoddammodo sicut habitus Intellectus determinās, & inclinans ad assensum. Ex parte autē obiecti, quatenus per illas obiectum mouet potentiam ad se sentiendum, & per illas se repræsentat, & obijcit potētiæ: imò etiam sic obiectiuè, instrumētaliter concurrit ad ipsam sensationem, licet nō effectiuè producendo sensationē. non enim species sunt principia effectiua sensationis, sed potentia: nec ipsarum receptio sensatio est, vt antea ostēdimus: nam sentire actus est, & actio solius potētiæ immediate operantis actiuè.

Explicat conclusio. In hac conclusione nō immoror: quia latè est disputata superius q. 12. & sufficiat nunc ostendisse esse species.

Nota Arist. testimonia p speciebꝰ. Aduerte autem, quòd non licet dubitare in hoc de Aristotelis sententia, quæ palam fatetur has in præsenti capite, & superius ca. 5. vbi potentias sensitiuas passiuas ponit, reducitq; ad actū ab obiectis. & capite de tactu, dicit, quòd obiectum agit in medium, & medium in potentiā proximè.

An species sint diuisibiles: vbi de earum tota natura agitur. Quæst. XXXIIII.

IN hac quæstione de natura specierū disputandū. est. Est autē titulus primꝰ quæstionis de earū diuisibilitate: an diuisibiles, & extēiæ sint, an verò indiuisibiles. Vtr aūt indiuisibi-

1. Arg. Qꝑ sint indiuisibiles species. diuisibiles esse estq; primū argumentum forte. Si species. v.g. mōtis, diuisibilis est, vel tota recipitur in oculo, vt videatur mōs, vel aliqua ipsius particula: sed verum que esse non potest: non ergo est diuisibilis. Discursus est notus cū maiori. Probo minorē: & primò, tota recipi non potest, cùm oculus sit paruus: & hoc manifestum est. Probo tamen, quòd nec pars. Si tota pars speciei recipitur: ergo non videtur totus mons, & totum obiectum, sed vna sola pars: at totum obiectum videtur: ergo non sufficit pars.

Cōfirmatur arg. Dices, sat esse partem speciei ad percipiendum totum obiectum. Contra hoc obijcitur valida ratio. Maneat illa pars in oculo meo, & cooperiatur aliquo obstaculo obiecti illius pars: tunc recipiam partem speciei, & non videbo obiectum totum: ergo non sufficit pars.

Nota. Hoc argumento aliqui vti solēt ad impugnādas species: cùm enim non sint diuisibiles, vt probatum est, nec indiuisibiles, vt notum est, & mox probabitur; sequetur eas non esse.

2. Arg. Secundum argumentum est. Si species sunt diuisibiles, ergo occupant spacium aliquod: ergo multæ simul in parua pupilla esse non possunt: non ergo tantam rerum multitudinem simul videremus: cuius oppositum experientia confirmat.

Cōfirmatur secundum arg. Quòd si dicas, simul recipi in vna parte pupillæ, sicut albedo & dulcedo in vna parte lactis sunt. Cōtra est, quòd iam oculus non perciperet diuersos obiectorum situs: quod tamen est falsum.

3. Arg. Tertium argumentum. Si species diuisibiles sunt: ergo sunt accidentia materialia: quòd si materialia: ergo educta ex potentia materiæ: quòd si educta, tunc non producentur in instanti: quod tamen falsum videtur: nam instantaneè oculus videt, & sensus sentit.

4. Arg. Quartum est: Quia duo cōtraria simul sentiūtur, vt albedo, & nigredo: ergo non p diuisibiles species. Probatur cōsequentia. Nam tunc oporteret in vna subiecti, & organi parte recipi. Hoc autē fieri non potest: quia contraria simul esse non possunt: ergo nec cōtrariorum species. His argumentis patet spēs non esse diuisibiles.

Quæ autem sunt dicta in visu, & ipsius speciebus, dici etiam possunt de alijs sensibus, sed claritatis gratia de visu & colore loquimur.

Prima cōclusio, spēs qualitas est diuisibilis & extensa. Declaratē cōclusio. Circa huius quæstionis determinationem quæ valde grauis est, sit prima conclusio. Species qualitas est diuisibilis, & extensa in subiecto.

Hæc conclusio declaratur. Ne existimes, species esse corpuscula aliqua per aerem diffusa, nec accidentia esse plura indiuisibilia, sicut puncta, nec esse multa distincta, sicut multa accidentia esse in vno subiecto: sed sicut calor vnus est productus ab igne per medium sparsum, & productus: & sicut lumen vnum est, à Sole, vel alio luminoso per medium productum; ita color diffundit virtutem hanc suam per medium ipsum, quæ dicitur species, & est vt lumen a luce productum, similiter, & alia obiecta.

Nota. Vnde plura obiecta suas diffundere species nō est aliud, quàm sicut plures lucernæ sua lumina per medium diffundunt: ita ipsa obiecta ratione formarum in medium accidentia producere.

Prima pars conclusionis quòd species sit qualitas. 1. Ratio. Conclusio cōtinet duas partes. Altera est, quòd species sit qualitas. Altera, quòd sit extensa. Prior pars probatur: quia si esset substantia, esset corpus: non enim spiritualis produci posset à colore, vel accidenti sensibili. Si corpus nō posset recipi in organo, nec in medio; quia esset penetratio, & tamen recipitur: erit ergo accidens. Non quantitas, quia etiam esset penetratio. erit ergo qualitas. Ad aliud enim non est actio per se. Relatio enim nō producitur per se, nec actio, nec passio, nec alia, vt notum est.

Secunda pars conclusionis quòd sit extensa, & diuisibilis 2. Ratio. Altera etiam pars probatur, quòd sit extensa. Omne accidens receptum in subiecto quanto, est extensum subiecti extensione. Species recipit in subiecto quanto, puta, organo, & aere medio, vel aqua: ergo est extensa.

Præterea secundò. A qualitate corporea & extensa non potest produci qualitas incorporea, & spirituale, sicut nec à substantia corporea, spirituali: quia nil agit nisi intra latitudinem suæ perfectionis, & sui generis, & quatenus tale.

3. Ratio. Tertia sit ratio: quia aliàs, si esset indiuisibilis, & inextensa, non posset reflecti, nec refrangi, nec etiam misceri, quod tamē videmus in speculo, & in aqua, & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitreo, & in nubibus.

4. Ratio. Quarta ratio sit quia aliàs oporteret dicere, q̃ esset tota species rei in toto aere medio, & tota in quauis parte medij, imò & in quouis punćto, sicut anima rationalis in corpore: quod videtur absurdum de materiali accidente cõcedere ex causis naturalibus facto. At hoc sequeretur: quia ex quauis parte medij, & quouis eius punćto videtur idem.

1. Ratio. Quinta ratio est, quia sequeretur, q̃ eadem numero res esset in duobus locis, & duobus subiectis oino discontinuis, imò in pluribus locis discontinuis, vt eadem species in aere, in aqua, & in oculo, imò in meo oculo, & alterius, & omniũ: quod asserere est ridiculum.

6. Ratio. Sexto, quia sequeretur, quòd essent infinitæ species actu, numero differentes, & quidem vniuscuiusq; rei. Quod sic probatur, quia si media pars, v.g. obiecti producit illa media pars sola suã speciem etiam indiuisibilem, quę nõ erit totius: quia hæc non repræsentabit totum, sed illam solam medietatem: sic etiam, si adhuc quarta pars sola discooperta reliu quatur, & quinta & sexta, &c. proprias & indiuisibiles producerent species. Quare, cùm omnes discooperiæ sunt, tot essent species indiuisibiles actu, quot sunt partes in potentia; & ita infinitæ.

Cõfirmatur ratio. Confirmatur, quia perinde est, quòd cooperiatur obiectũ per partes; vel quòd oculo impedimentum videndi manu superposita, vel alio obstaculo apponatur: nam tunc non videbit nisi partem hanc, vel illam: quare non solùm totum, sed singulæ partes proprias emitterent indiuisibiles species, & ita essent infinitæ.

2. Concl. Spes habet esse intentionale in medio, & in organo. Explicat efficaciã distinctionem triplicis intentionalis modi. 1. 2. Secunda conclusio. Species habet esse intentionale in medio, & in organo. Pro sensu conclusionis notandum, quòd esse intentionale tripliciter sumitur. Vno modo, vt distinguitur contra esse reale, & sic logicæ proprietates, quæ non sunt in rebus, nisi sola Intellectus consideratione, dicuntur habere esse intentionale: & sic species non dicitur habere esse intentionale, sed reale: est enim qualitas quædam in subiecto existens, vt diximus in præcedenti conclusione.

Altero modo dicitur esse intentionale, esse quoddã imperfectum, & degenerans à sua causa, & vtar exemplo quodam, licet non omnino vero. Lumen videtur habere esse quoddam intentionale respectu lucis: quia lumen est lux quædam imperfecta, quæ nullo modo in medio cõsistit, nisi luminoso præsenti: & sic non est eodem modo in medio, sicut est in luminoso. Ita sumimus intentionale accidens: hoc supponendo, quòd sit diuersum specie ab ipsa causa, sicut quidam dicunt de lumine, ponunt enim ipsum à luce differre specie. Sic ergo dicimus spẽs habere esse intentionale, quia species coloris non est vere color, sed qualitas imperfecta, quæ solùm in medio est, & organo, præsente obiecto. Idẽ dico de alijs spẽbus aliorũ.

Tertio modo accipitur esse intentionale, & propriè dicuntur intentionales species, & accidens intentionale duplici de causa. Primò, quia sunt immaterialiores, quàm ipsum obiectum reale, vnde prodeunt, vt species coloris, quàm color: & causa est, quia recipiuntur in subiecto diaphano & illuminato, vel in sensu. Deinde intentionales dicuntur, quia immutãt intentionem sensuum, & mouent sensus ad intendendum rebus, & sentiendum & & intelligẽdum, & ad hoc à natura factæ sunt.

Et iuxta hoc intelliges Aristotel. cum ait, sensus recipere formas sine materia. Nõ est enim recipere & pati à formis solis: nam lignum recipit in se calorem ab igne, non autem ipsum ignem: sed est recipere formas aliter, quã sint in materia, & in dispositione subiecti, in quo erant.

1. Ratio. Hac declaratione supposita probatur conclusio. Primò: qualitates secundę non sunt mutuò actiuæ & passiuæ secundùm se: ergo non possunt sibi similes producere: ergo solùm producunt qualitates in esse intentionali: at obiecta sensuum fere qualitates secundæ sunt, ergo. Probo primum antecedens, quia album per albedinem non agit in nigrum, nec nigrum in album; sed cum aliquid dealbamus, tunc substantiam cum albedine applicamus: q̃ si istæ qualitates actiuæ primò essent, vtique sibi similes producerent: si verò non sunt, non producent sibi in specie similes.

2. Ratio. Probatur secundò. Si species haberent esse reale, quale dictum est, tunc species albedinis esset albedo, nigredinis, nigredo, & odoris odor, vt notum est. Hoc autẽ esse non potest: quia subiectum, puta, aer, vel aqua, cum sit simplex elementũ, non est capax qualitatum secundarum: ergo species non habent esse reale.

3. Ratio. Probatur tertiò. Quia si haberent esse reale, tunc species contrariorum essent contrariæ: sed hoc esse non potest, cum in eodem organo & subiecto adæquato simul sint, & in medio: non ergo habent esse nisi intentionale.

1. Concl. Species non est similitudo formalis obiecti: ita vt sit ipsa obiectum & idolum quoddam & tanquam imago quæ videtur, vel sentitur. Hæc est contra Duran. & contra aliquos: sed profectò est satis manifesta. 1. Ratio. Probat primò: quia si esset imago, ita vt dicit Durandus, quòd ipsa est obiectũ sensus interioris; profectò non imaginaremur res, nec apparerent in somnis, nisi sub quantitate speciei, quæ parua est: cuius oppositum experimur.

2. Ratio. Et deniq; est argumentum vniuersale: quia accidens homogeneum & similare non potest esse idolum subiecti ætherogenei, nec res tam magna potest habere imaginem tam paruam; imò essent multæ imagines ab vno in medio, vt quisq; oculus & sensus multorum recipiat suã: quæ omnia figmenta apparent.

3. Ratio. Multiplex ex variis experientijs & apparentijs. Probatur quod id quod apparet in speculo non sit imago in ea impressa. 1. Probatur tertiò. Si species essent idola esset ob experientias aliquot scilicet de speculo, & de fenestris vitreis apparentibus in muro iuxta radios Solis.

Putant enim aliqui, quòd res visa in speculo, sit ipsa species, & imago rei: quę recepta in speculo, videatur per alias species.

Sed profectò hoc est omnino falsum: & probatur primò. Si quod videtur in speculo, est imago, & species recepta in ipso, sequitur, quòd nõ appareret res maior speculo: quia species in illo recepta, non debet esse illo maior: at oppositum fit. In speculo enim paruo, grandia corpora videntur.

2. Probatur secundò. Si quod videtur, est imago impressa, sequitur quod res videtur in sola superficie speculi, vbi est. at apparent res in profundo, & ad distantiam intra speculum: ergo quod videtur, non est

imago recepta & hærens in superficie speculi.

3. Præterea tertiò. Si quod videtur, esset species in speculo recepta; sequeretur, q̃ ex quacunq; parte videretur speculum, poset videri ea imago, sicuti in tabula depicta, cum in eo recepta sit, & impressa: sed illud est falsum: non enim videtur res statim viso speculo, nisi oculus sit rectus punćto reflexionis rei visæ supra speculum: nõ ergo species impressa, est quæ videtur. Multis alijs posset impugnari hæc opinio, quæ prætermitto.

Quarò de apparentia in vitrea fenestra. De vitrea autem fenestra putare illos colores ipsos qui videntur, esse species, est omnino falsum. Species enim, vt diximus non sunt colores, nec sapores, nec sunt per se sensibiles.

Redditur vera causa rei apparentiũ positis speciebus. 1. Fundamen. de natura visionis. Quomodo fiat visio. 1. 2. Multo igitur aliter de his experientijs apparentibus sentire oportet, & longe alia est reddenda causa.

Nota igitur primo, quod hæc est natura visionis, vt fiat in perfecta rectitudine oculi & pupillæ ad rem visam, ita vt à situ, in quo res videtur, ad pupillæ centrũ duci possit linea recta, & radius directissimus: ex hac visionis natura, multa accidunt notatu digna.

Aduerte tamen, quòd species rei visibilis non obseruant tantam rectitudinem ab obiecto vsq; ad potentiam. cum enim extensæ sint per medium, aliquando in oculum imprimuntur, & nõ ab obiecto omnino, & secundùm axem opposito pupillæ.

Ex dictis redditur causa triplicis qui accidit error in situ obiecti visi. Primus erroris ex potentiæ passione nõ recta. Ex hoc vtroq; principio accidit error in situ obiecti visi, & hoc tripliciter. Primò quando obiectũ mittit species per se in visum, tamen visus nõ habet rectum sui axem ad illum situm, & tunc apparet res extra locum: vt quando comprimimus digito oculum extra proprium locum elongantes, tunc alibi apparet obiectum, q̃ sit. & quia alius oculus idem obiectũ in proprio videt situ, inde habenti duos oculos, vnum tunc apparet duo, vt antea etiã diximus. Oculus enim elenatus respicit obiectum in situ, cui rectè opponitur.

Secundus quoq; erroris ex refractione speciei tum. Secundò accidit error: situs in refractione, quando obiectum mittit species, non a situ, in quo ipsum est, sed ab alio, & tũc in illo videtur. Et hoc accidit in baculo, cuius medietas est in aqua. illa enim pars

Universidad de Deusto
Biblioteca

in aqua posita, per aquã prius species expandit, & illinc rectè ad oculum veniunt. Vnde apparet medietas in illo situ, vbi species immutat oculum rectè: propterea apparet fractus: eadem causa corpus in aqua apparet in alio situ, quam sit.

Tertiò in reflexione, speciã.

Tertiò, accidit hoc in reflexione, quando obiectum mittit rectè species, quæ occurrente obstaculo in alium situm & spatium multiplicant oppositum, & tunc res apparet in illa rectitudine, in qua species reflectuntur: & hoc accidit in speculo. A speculo enim reflectuntur species, sicut reflectitur radius luminis in pariete: & à speculo reflexæ species in oculum, faciũt apparere rem in alio situ, puta, in eo, qui rectius est oculo.

Obiectio de speculo. Solutio.

Dices, Hoc modo deberet apparere res in superficie speculi, vnde reflectitur species. Respondeo, quòd per speciem non solùm videmus rem, sed rem simul cum distantia: & ipsa species repræsentat rem ad tantam distantiam, ad quantam ipsa est producta. Vnde illa specie reflexa video rem cum sua distantia: sed quia visio fit rectè, ideo ex distantia obiecti à speculo, & speculi ab oculo, per quas distantias procedit species, fit vna recta, & tota oculo repræsentatur, & sic apparet in profunditate speculi, ac si vltra speculum esset res, & recta videretur.

Nota.

Vlterius notandum, q̃ speculum quanto est minus tersum & purum, tantò debilius species multiplicat, quibus minus rei distantiam percipimus: & sic minus apparent res in profundo speculi, quamuis ab ipso differt. Vnde si speculum anhelitu macules ferè in superficie rem repræsentabit.

Redditur eã de apparentia colorũ ex fenestra vitrea.

Ex hoc patet solutio de vitrea fenestra: ratione enim luminis transeuntis per fenestram vitream & disponentis mediũ, species colorum fortificantur & multiplicantur, ac in muro refranguntur, seu reflectuntur in oculum, faciuntq; apparere illos colores illic, sicut in speculo: non est ergo aliud quod illic videmus, nisi eadem fenestra cum suis coloribus alio in situ apparenti sicut de speculo.

Nota.

Non tamen in profundo apparet: propterea, quòd paries minus est tersus & coloratus, ac species debilius reflectuntur, & est sicut speculum maculatum. Et hæc omnia profectò sunt notatu digna.

Quarta cõclusio. Qualibet speciei parte recepta in oculo, & actionem totius terminante, totum videtur obiectum. 4. Concl.

Hæc conclusio declaranda est. Aduerte igitur, quòd cùm aliquod agens agit per aliquod spatium, non est dare in illo spatio aliquam partem, in quam totum non agat. V.g. ignis agit per stadium vnũ, non dices, In hanc partem agit hæc pars ignis & in aliam alia: sed totus ille ignis agit in totum, & in singulas partes. Similiter cum vna lucerna illuminat medium, non dicet Philosophus hanc partem illuminat hæc pars, illam verò illa: sed quamlibet partem tota illuminat lucerna. 1. Fund. Quo conclusio explicat, & probatur.

Ex hoc dimanauit illa propositio perspectiua, In qualibet parte spatij obiecti luminosum terminat suã pyramidẽ. Hoc intellige, quando non est aliquid impedimentum prohibẽs actionem partis. Si.n. sit operta pars luminosi, vel aliquod obstaculum ante ignis partem, tunc illa pars non aget in spatium aliarum: sed intellige nullo existente impedimento, quominus possit agere. Quod de his diximus, etiã intellige de specie producta ab obiecto. V.g. colore, cùm enim ipsa sit species diffusa, sicut lumen, quælibet pars producitur à toto obiecto, ad quod rectè, & absque impedimento opponitur. Nota Perspectiuorũ propositionem.

Aduerte modò, q̃ per quamlibet partem huius speciei diffusæ receptã in oculo, totum id videtur à quo producitur: producitur autẽ ab eo, cui rectè, & absq; impedimento opponitur, ab eoq; dependet. Et hæc est causa quare Philosophi dicũt, species in plurali, licèt enim vna existens sit, tamen quælibet pars, quæ actionem totius terminare potest, sufficit, vt p eam sensatio totius fiat. Dicunt etiã, species multiplicari, cùm vna etiam sit: quia quælibet pars totum facit cognoscere: totum, inquã à quo dependet, & à quo producta est, & quod oculo opponitur recta: ob id dicitur multas species vnius diffundi per mediũ. Istæ autem locutiones multos fecerunt hallucinari. Ex his patet sensus conclusionis quartæ. & hoc multum obseruandum. Nota val. de modo quo spẽs mouent oculum & repsentant. Nota 2. Nota 3. Notã.

Per quæ patet solutio argumenti primi. Sufficit enim speciei pars in oculo ad videndum totum, dummodo à toto dependeat, & ab actione totius proueniat. Estq; omnino simile de lumine corporis luminosi: nam lumen est extensum, & tamen per singulas eius partes ad oculum peruenientes, dum producantur à toto, totum luminosum corpus videtur sicut per speciei partem quamcunq; productam in oculo à toto, videtur totum obiectũ. Nec maior est difficultas, si quis rectè consideret, de lumine, per quod videmus corpus lucidum, & de speciebus, per quas videmus coloratum corpus. Quòd si pars obiecti occultatur, tunc ab illa tam non pendet species in oculo producta nec ab ea producetur, nec ab ea cõseruabitur. Sicut si pars Solis eclypsetur, non dicetur Sol illuminare per illam partem, per quam primò illuminabat, sed alias. Ad 1. arg. initio quæstionis factum.

Ad secũdum.

Ad secundum dico, quòd quamuis species in eadem oculi parte subiectentur, seruant tamen diuersam oppositionẽ ad obiecta, à quibus procedunt: & per hoc oculus res cognoscit in suis diuersis. Idem dico de alijs sensibus quantum ad omnia prædicta.

Ad tertium dico, verum esse educi ex potentia subiecti tam species, quam lumen: aliter enim crearentur. Quanquam posset probabiliter dici, quòd inducunt in subiecto, & ab eo pendent, & inhærẽt, & ideo non dicuntur creari. nec omnes in instanti producuntur, sed species coloris in instanti, sicut lumen, quia sine resistentia producuntur species soni in tpe tardius, vel citius pro vt aer minus, aut magis quietus est, & maior, vel minor sonus: species odoris tardius: non enim omnia obiecta sunt in productione æqualia. Ad tertium.

Ad quartum dico, species ipsas nõ esse contrarias inter se: vti enim diximus, non habent idem esse cum suis obiectis. Hæc de tota hac celebri disputatione specierum, & de toto secundo libro sufficiãt. Ad quartum.

Finis secundi Libri.

IN

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN TERTIVM LIBRVM ARISTOTELIS DE ANIMA.

Caput primum.

Quòd autem non sit sensus alius. Tex. CXXVIII.

Cur ab hoc loco potius cū Græcis incohādas 3. tertius liber.

NNVVS libri sectione, varii sunt Arabes à Græcis interpretibus. Illi enim initiū à capite sequēti quarto sumunt, in quo de Intellectu disputare incipit Aristoteles: hi verò à præsenti capite. Et quamuis parū hoc referat ad rei veritatem consequendā, mihi tū rationabilius esse visum est, Græcos authores sequi, quippe qui in his quæ ad verba Aristotelis pertinēt, maiore digni sunt authoritate & propter linguæ peritiam, & propter antiquitatem, quos etiam sequuti sunt Boetius, & Argyropilus, & inter ipsos expositores S. Tho.

Diuisio huius libri i tres partes.

In hoc ergo libro tria continentur. Primò de interioribus sensibus disputat, quos aliqui ab Intellectu non distinguebant. Secūdò de ipsa potētia intellectiua. Tertiò de motiuo principio animalium.

Præambula qdā de quæ sequūtur.

Ante omnia ista vnū præmittit, quod ad sensus exteriores magis pertinere videtur: sed id docet tanquam præambulum quoddam ad sensus interiores. Id autem est, non esse plures sensus exteriores, quā quinq; prædictos. Probatio huius est valde difficilis, & plerique variè Aristotelē exponunt. Ego aūt dicam, quod mihi visum ē magis quadrate textui Aristotelis.

Quòd nō sint plures, quā quinque sensus exteriores. Duplex suppositio.

Ratio potest esse duplex. Prima procedit ex duobus suppositis positis in textu 132. Alterum est, nō esse, nisi quatuor illas primas qualitates tangibiles. Alterū est, non esse nisi quatuor elementa, quæ communiter omnes ponunt.

4. Ratio.

His suppositis est prima rō eiusmodi. Si alius esset sensus p̄ter q̄nq; positos, vel esset eiusdē rōnis cū illis, vt si esset alius visus, alius auditus, vel aliꝰ similis i reliqs vel alterius rōnis. Sed neuter esse pōt: ergo nō est alius p̄ter quinq; istos, quos habemus. Discursus est notus cum maiori.

Probatur minorem: & in hoc textu vnā minoris partem probat, scilicet, quod nō sit alius eiusdem rationis. & virtute continet hanc rationem. Si alius esset eiusdē rationis, esset, quia horū singuli nō percipiūt oia sua obiecta: aliter enim esset superfluus: si idē, duplici sensu perciperemus: sed quisq; ex istis oia sua pcipit obiecta: ergo non est eiusdem rationis.

Probatur minoris prima ps quòd licet non sit alius sensus eiusdem rationis.

Huius discursus ponit probationē minoris ex primo suppositō. Tactus percipit oīa tangibilia, vt notū est: ergo & visus oīa visibilia, & reliqui sua oia. Colligit ex his omnibus, quòd si aliquis deesset sensus, & est alius p̄ter hos quos habem⁹, erit diuersiq rationis, ac consequēter habebit aliud sensorū, qd nos nō habem⁹. Et istud dēr legi in litera i sensu illatiuo.

Quòd nō sit alius sensus aliud

Et nota summam breuitatem & connexionem verborum. Nota 1.

Nota circa literæ textus expositionem. Nota 2.

Est autem aduertendum, quòd cum dicit, sensum percipere oīa sua sensibilia, vt visum visibilia, & reliquos etiā sua, est in intelligendū quantū est ex natura potentiæ: nam aliqñ oculus debilis est, nec oēs potest pcipere colores: similiter de aliis.

Et

Et quęcūque quidē ipsi tā gentes. Tex. CXXIX. 2

Probat alteram minoris partē, quòd nō deficiat sensus alterius rationis: & si verū sensum sequamur Arist. non hinc oportebat incipere tex. sed ex superioribus verbis (Necesseq;:) quæ non erunt contraria p̄cedentibus in sensu illatiuo, sed initium rationis, & probationis secundæ partis minoris, quæ talis erit. Si sensus alius esset alterius rationis, esset etiam aliud sensorium p̄ter ista, quæ habemus: sed nullum est aliud sensorium: ergo nec est aliꝰ sensus alterius rationis.

Probat alteram minoris (vt loquismi, scilicet, q̄ non deficiat sensus alterius rationis ex eo, quòd non est aliud sensorium.

Nota.

Huius rationis non exprimit nisi maiorē in fine textus præcedentis: in præsenti minorem probat, & supponit aliū virtualem syllogismum talem. Si aliud sensorium deest, deest aliud medium: sed nō deest aliud medium, ergo nec sensoriū.

Suppositio.

Huius discursus probat in hoc textu maiorem, in sequenti minorem. Pro probatione maioris sumit medium, aut esse internum, aut externum, aerem puta, vel aquam. Facit ergo rationem hanc.

Quinque sensus sentiunt oīa, quæ sensibilia sunt oīa per ista media: ergo, si est alius sensus, aliud erit medium: quę enim accipi, vel sentiri possunt per media præ dicta, iam sensata sunt per quinq; sensus. Incipit probare antecedens. Omnia, quę tangētes sentimus, id est, omnia tangibilia per internum medium, iam sentiuntur per tactum, quem habemus: nō enim alia sentiri possunt per medium internū nisi tangibilia: quæ tamen omnia p̄ tactum sensata sunt, (simul autem tactum & gustum cōprehendet:) ergo iam sentiuntur per tactum omnia, quæ per medium internum sentiri possunt. De sensibus aliis per medium externum sentientibus probat, q̄ etiam sentiant omnia, quæ per illa media sentire possint.

Et hoc est, quod dicit (Quęcunq; vero per media, & nō ipsa tangentes,) scilicet p̄ media externa sentimus, (simplicibus illis corporibus, id est, aere & aqua sentiuntur,) id est, alii sensus sentiunt oīa, quæ sentire possunt, per media externa, scilicet, aerem, & aquam. Idq; ostendit, dicēs, quòd si per vnum medium sentiri possunt plura, quæ genere differunt, tunc habens sensorium conforme illi medio, sentit omnia sensibila per ipsum mediū: quòd si vnum potest sentiri per duo media, vt color per aerem vel aquā, tūc habens sensorium vni illorum saltem conforme, sentit illud sensibile.

Circa cuius declarationē aduerte, q̄ medium habet aliquam conuenientiam cum sensorio, cuius est mediū; & omnia, quæ recipiuntur in medio ratione illius, in quo conuenit cū organo, percipi possunt a potentia existenti in organo illo: Verbi gratia, aer, & aqua ratione diaphaneitatis cum organo visus conueniunt: omnia ergo receptibilia in aqua, vel aere, rōne diaphaneitatis, a visu pcipiunt.

Nota 3.

Quòd nō sint alia media sentiēdi, inductio nō explicatur.

Intendit ergo Arist. docere, q̄ ista duo media, aer, & aqua cum tribus sensibus, visu, olfactu, & auditu, cōueniunt in omni eo, ratione cuius recipere possunt cū ipsis tribus sensibus, & inde sequitur, q̄ illi tres percipi possunt. Nam ista media aut recipiunt ratione diaphaneitatis; & sic cum visu cōueniunt: visus omnia hæc percipiet, quæ sub ratione diaphani sunt in ipsius mediis: Aut recipiunt ratione humiditatis, & sic cum olfactu conueniunt, qui in humido cōsistit, vt superius dicebamus: percipiūtque ea, quæ ratione huius humiditatis in medio recipiuntur, scilicet, odores. Aut recipiūt ratione mobilitatis, & fluxibilitatis; & sic cum auditu conueniunt, recipiuntque sonos. Cum igitur nihil aliud sit in his mediis, ratione cuius recipiant, nisi ista tria, & quę horum ratione percipiunt, tres illi sensus percipiant: sequitur, vt si alius sensus sit, debeat esse aliud medium habens aliam rationem recipiendi.

Ex simplicibus aūt duobꝰ. Tex. CXXX. 3

PRobat minorē illius syllogismi, scilicet, q̄ nullū aliud sit medium p̄ter dicta: & de intrinseco certū est; de extrinseco vero ostendit suppositō illo secundo, scilicet tantū esse quatuor ele-

Universidad de Deusto
Biblioteca

elementa. Et vis rationis in hoc cõsistit, q̃ id est medium, cui organum proportionatur. Vnde si elementum aliquod nõ potest esse dominans in organo, nõ poterit esse illius medium. Est igitur ratio hæc.

Solum aqua, & aer potest prædominari in sensoriis, in pupilla aqua, in auditu aer, ratione aeris innati: in afflatu aer, vel aqua ratione humiditatis: ergo solũ ista possunt esse media. Ignis enim non potest dominari, q̃a calor est maxime actiuus, & impediret susceptionem specierũ in organo: vnde calor non est in sensoriis, nisi debilis, & in mistione cum aliis; non est in excessu. Terra etiã non dominatur ratione suæ densitatis magnæ, & siccitatis, quòd non est apta recipere: vnde si dominatur in aliquo, id est tantũ in tactu & eius medio, non autem in aliis; & sic non potest esse medium externum. Cum igitur non fit aliud simplex, nõ erit aliud medium.

Obiectionis dissolutio.

Dices, Erit aliud, videlicet mixtum. Respondeo, q̃ si est mixtum debet dominari aliquod elementum horum, puta aqua, aer, vel aliud; est autem iam eadem rõ de tali mixto, ac elemento: illud enim mixtũ nõ erit mediũ, in quo dominatur elementum; quod non potest esse mediũ.

Hęcaũt, & nunc quædã. Tex. CXXXI. 4

Quod nõ sint plures quàm quinque sẽsus, qa aialia hos & non plures habent.

RVrsus concludit nõ esse alios sensus præter dictos quinq; quia cũ isti modo insint quibusdã, scilicet perfectis animalibus, nullus deest in natura sensus exterior. Explicat autem animalia habentia omnes sensus esse perfecta, & non orbata, & defectuosa: non enim omnia habent quinque sensus.

obiectio. Arist.

Posses obicere, talpam esse perfectũ, non tamen habere omnes sensus: caret enim visu. Respondet non carere re vera: organum n. hẽt quanuis sub pelle latẽs.

Solutio.

Auerr fingit hoc esse nouum argumẽtum tale: q̃ si deesset nobis sensus, saltem natura dedisset organum, sicut fecit in talpa: est enim visu priuatus, sed non organo. Ista expositio est nimis extra rem.

De Talpa Themist. in præsenti putat non videre. Idem Plinius lib. 30. ca. 3. dicit, Naturã duo mala fecisse talpæ, & q̃ perpetuis damnauit tenebris, & q̃ viuũ sepeliuit. At Albe. lib. 22. de animalibus, cap. de talpa, dicit q̃ videt lucem in confuso, quo possit discernere se esse extra terrã. Mihi etiam placet, quod hic dicit Simplicius, puta, talpã videre bene: at quia erat animal sub terra multum viuens, ne puluere eius offenderentur oculi, natura illos cooperuit tunica quadam, quæ est velut ocularia viatorum, per quæ absque offensione videt. Id est argumento, q̃ illa tunica est transparens, quia per ipsam apparent oculi talpæ motum quendam habere: videt ergo, & hoc mihi probabilius visum est. Posset etiam alia ratio reddi, cur natura oculos eius sic operuerit, ne videlicet cum ex tenebris sub terra egrederetur, offenderẽtur eius oculi lucis iplẽdore, atq; ideo posuit tegumentum, quo oculi illæsi seruarentur; & tamen fecit tale tegumentum transparens, quantum esset satis vt videret.

Nota de Talpa, an videat. Themist. Plinius. Albert.

Simplicius.

Quare si non est aliud. Tex. CXXXII. 5

Tot' Aristote. discursus, quo probat quinque sensus, tam maximè cẽsetur.

COncludit primum discursum ponendo duas suppositiones prædictis, scilicet, tantum esse quatuor qualitates primas tangibiles, & tantum esse quatuor elemẽta. Ex his concluditur, non esse plures, q̃ quinque prędictos sensus. Est igitur totus discursus Aristo. iste, Si deest sensus alius præter hos, vel est eiusdem rationis cum ipsis, vel alterius: sed neuter esse alius potest: ergo nullus deest. Minor pro priore parte probatur secundo syllogismo. Si eiusdem rationis alius deesset, ex eo esset quòd horum singuli non perciperent omnia sua sensibilia: sed quisque sua omnia percipit: ergo nullus est alius eiusdem rationis.

Minorem probat tertio discursu, & solus ille exprimitur in litera, nõ totus, sed antecedens, sic: Tactus percipit, omnia tãgibilia, vt ex prima suppositione patet: ergo & visus omnia visibilia, & quisque alius omnia sua.

Altera pars minoris, quòd nõ sit alius diuersæ rationis, probat aliis suppositis discursibus. Primus est: Si esset alius alterius rationis, esset aliud sensoriũ: sed nullum aliud est: ergo non est alius alterius rationis. Minorem probat. Si aliud esset sensorium, aliud esset medium: sed nullũ est aliud medium: ergo nullum est aliud sensorium, nec esse potest. Probat maiorẽ. Omnia, quę p̃ media, quæ modò sunt, sentiri possunt, sentiuntur iam à quinque sensibus: si quid ergo sentiri debet, per aliud medium sentiri debet. Ptobat illam minorem, quòd nullum aliud esse possit ex secũda suppositione, quòd quatuor sint elementa, & quòd quatuor sint qualitates: quia illud elementum est medium q̃d in organo dominatur: sed solum aqua, & aer sunt huiusmodi: ergo solum hæc sunt media externa. De interno certum est, carnem solam esse: cætera sunt declarata. Et nota hãc expositionem: multi enim conati sunt hunc locum difficillimum explicare, & quantum puto, non sunt plenè mẽtem Aristotelis assecuti.

Quòd autem in potentias agent, ostẽdit in singulis. Magnitudo enim agit in visum, & consequenter figura, quæ est illi cognata: est enim figura terminus magnitudinis. Quiescens, percipitur negatione motus, id est, per consistemiam in situ, Numerus autem negatione continui percipitur, vel cum propriis sensibilibus. Quasi dicat, Sensus nõ percipiunt numerũ abstractũ, sed concretum in propriis sensibilibus: numerus autẽ percipitur, nõ vt mẽsura, sed vt multitudo, et discõtinuũ quid; sicut, unũ oppositio modo, idest, cõtinuũ percipitur ab singulis sensibus. Cĩa hæc latè explicuimus lib. 2. cap. 6.

Nota.

Quare manifestum est, quòd impossibile. Tex. CXXXIII. 7

Altera rõ ad ostendendum quinq; tãtum esse sensus.

SEcunda est ratio Arist. ad'ostendendum tantùm esse quinq; sensus, et potest sic componi. Si alius esset sensus, maximè esset ad percipiendũ sensibilia communia, quę sunt motus, status, figura, magnitudo, numerus, vnũ, vt superius declaratum est: sed ista non possunt vllo proprio sentiri sensu: ergo nõ erit alius præter quinque.

Probatur minor, q̃ sensibilia communia nõ possint habere proprium alium sensum.

Probat minorem: & potest ratio construi in secunda figura. sic: Nullum sensibile proprium alicuius sensus potest sentiri per se ab alio sensu, puta, inter sensus exteriores, sed omne sensibile commune per se sentitur ab aliis sensibus: ergo nullum sensibile commune potest esse proprium alicuius. Minorem ostendit: quia sensibilia communia agunt in alios sensus quinque: ergo per se sentiũtur ab eis. Id enim per se sentitur, quod potentiam immutat. Et hoc est, quod dicit, ista cõia motu sentiri, id est, immutãdo potẽtiam.

Secũda ratione probatur eodẽ minor.

ALia ratione idẽ probat, quæ ferè ad idẽ tendit, sed alio modo. Si sensibile cõmune ab aliquo vno alio p̃ se sentitur, ab aliis vtiq; sentietur per accidens: at omnes alii sentiunt ipsum per se: ergo non habet sensum proprium aliũ. Maior patet: quia sensibile vnius sensus propriũ sentitur per accidẽs ab alio, vt dulce à visu: non quòd dulce mutet vllo modo visum, sed quia coniungitur cum albo, vel alio colore, qui per se mutat visum: q̃ si non sentitur hoc modo per accidẽs sensibile commune, sentietur alio modo, scilicet, sicut Cleonis filius: hic enim purè p̃ accidẽs sentitur, quia nõ sentitur ab alio sensu per se. Et nota hoc duplex sensibile per accidens, de quo diximus satis lib. 2.

Nota.

Nota 2. vim rationis.

Vis ergo & sensus huius est, quòd nec est sensus interior, nec exterior, cuius sensibilia cõmunia sint propria obiecta. Si enim esset exterior, tunc sentiretur ab aliis per accidens, sicut dulce à visu: si verò interior, sentiretur per accidens, sicut Cleonis filius à visu, si albus sit.

Nota 3. Duplex sensibile per accidens.

Nam sensibile per accidẽs duplex est Alterum, quando sic ab vno exteriore sensu percipitur per accidens, vt ab alio exteriore percipiatur per se, vt dulce respectu visus. Alterum, quando non ab exteriori alio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

alio, sed ab interiori percipitur per se, vt filius Cleonis.

Minorem ostendit, dicens, quòd sensibilium communium habemus per se cõmunem sensum, id est, omnibus sensibus per se percipiuntur: nec vult per sensum communem vnum intelligere, sed ipsos quinque.

Adinuicem autem propria secundum accidens.

Dubium. Cuius sit sensus sẽtire sensibile per accidens.

OStendit, cuius sensus sit sentire sensibile per accidens, id est cum video album, cuius sit iudicare illud esse dulce.

Respondet, id non esse visus secundum se, sed vt sub vno alio communi subsitat, cuius est, & album & dulce, & alia percipere: non enim visus iudicat, quod nõ cognoscit: non cognoscit autem dulce: similiter bilẽ flauam non iudicat ipse amarã.

Responsio Arist. esse sensum communẽ interiorẽ.

Est autem alius interior sensus, qui cũ aliis omnibus exterioribus sentit, & hic applicat aliquando, quod vnius est, alteri, quia aliquando simul iũcta illa percipit: nam lac visu album, & idem gustu dulce perspicit: ob id viso solo albo vel dulci copulat aliquando: & ideo etiam aliquando decipitur, nisi per vtrumque sensum iudicet. Hæc multò melius in cap. sequenti declarabuntur.

Inquiret autem aliquis, cuius causa. Tex. CXXXV.

De causa finali pluralitatis sensuum.

CAusam finalem sensuum pluralitatis ostendit. Posset. n. quis dicere, Quare non est vnus omnium sensus, sed plures. Respondet id esse ad notitiam, & cognitionem distinctiorem. Si enim vnus sensus esset, puta, visus, confunderentur sensibilia communia cum propriis, vt magnitudo cum colore: quia vtrunq; simul percipiret semper. Nunc autem, quia visu magnitudinem in colore percipimus, tactu autem magnitudinem ẽt sine colore, sed in calore vel frigiditate, hinc magnitudinẽ à colore distinguimus: sic in alijs. Est autem notãda methodus separationis ad distinctiones, de qua sæpe diximus. Nota.

An tantum sint quinq; sensus exteriores. Quæst. I.

MAior huius difficultatis pars posita est in declaratione discursus Aristo. quo tantum esse quinq; sensus probat: aliqua igitur contra illum proponemus argumẽta, quæ dubium videntur facere. Argumẽta contra discursũ Aristo. & quædam quæ in cõ dic.

Primum est contra id, quod dicit, ignẽ non dominari in aliquo sensorio sensus. videtur esse contradictio: nam cap. 2. de Sens. olfactui tribuit ignem.

Secundum est contra id quod dicit terram dominari in tactu: videtur hoc esse falsum: tunc enim non sentiret: nam 1. de anima tex. 79. dixit, pilos, ossaq; non sentire, quia in eis dominatur terra. & ca. vltimo huius lib. 2. dicit plantas non sentire, quia non habent temperiem elementorum, nec æqualitatem. 1. Arg. 2. Arg.

Tertium contra id, quod dicit, nihil esse sensitiuum sine calore. Videtur hoc nõ esse verum: quia sensatio est operatio potentiæ animæ sensitiuæ, quæ est eleuata supra qualitates sensibiles: non ergo sensatio per calorem contingit nobis. 3. Arg.

Quartum cõtra ipsum discursum Aristot. quo per media externa, scilicet, aerem, vel aquam colligit esse tres solum sensus, per medium externum sentientes; peto, Vel considerat solum numerum ipsorum mediorũ externorum; & tunc cũ duo sint, duos debuit ponere sensus: Vel considerat rationes, quibus talia media possunt comparari: & tunc dicam, quòd sicut vnum mediũ pluribus sensibus seruit, vt aer, visui & olfactui; ita potest etiã adhuc pluribus aliis sentire, pluresq; esse sensus. 4. Arg.

Quintum contra ipsum numerum sensuum. Caro est simul medium tactui, & gustui: ergo poterat etiam esse medium aliis pluribus, Vel oportet dicere, tactum cum gustu esse vnum. 5. Arg.

Triplex Arist. demonstratio ex sententia Auer.

Aduerte igitur, quòd circa discursum Aristotelis, est varia Expositorũ opinio. Auerro. quem sequitur Iandu. q. 32. & alij multi, putant Aristot. fecisse tres demonstrationes ad probãdum esse tantum sensus quinque.

Prima à medijs sumpta.

Prima est à medijs sumpta, talis. Omne sentiens per carnem, aut per aquam, aut per aerem media, est visibile, audibile, odorabile, gustabile, aut tangibile: sed omnes sensus sentit per carnem, per aerem, aut per aquam: ergo omnes sensus est visibile, audibile, aut vnum aliorum quinque: nullus est ergo alius sensus.

Secunda ex organis.

Secunda demonstratio est ex organis, & hæc procedit de sensibus per externũ medium sentientibus. Nullum est organum, in quo nõ dominetur aer, vel aqua: sed in solis tribus dominari possunt hæc: ergo sunt tria per externum sentientia. Aqua dominatur in pupilla, aer in auditu; aer, vel aqua in olfactu: nã in piscium olfactu dominatur aqua, in terrestrium verò aer.

Tertia ex obiectis sensibilibus.

Tertia demõstratio est ex sensibilibus qualitatibus obiectis. Si plura essent sensoria, plura essent elementa, & qualitates: sed non sunt ista plura: ergo nec sensoria.

Reijcitur hæc sentẽtia, seu ex positio Auer.

Has demonstrationes isti ponunt. Sed (ipsorũ pace) dixerim, sunt hæc adeò infirma, vt magna impugnatione non sit opus. Sũt enim omnes hæ rationes absq; vlla probatione singulæ. Et præterea ex eo, quòd erat probatio & suppositio primę rationis, isti fecerunt nouas rationes: & cum vna esset bona, fecerunt tres malas, qualis est tertia, & secunda.

Secunda Arist. expositio vetior, quæ in tribus consistit.

Quamobrem dico rationẽ vnam esse Arist. ad probandum non esse alium sensum alterius rationis, postquam probauerat non esse alium eiusdem rationis. Et sumitur ratio ex medijs, per quæ sentimus: supposito hoc vno, esse tantum quatuor elementa, & quatuor primas qualitates. Discursum autem formauimus in textu, nec opus est repetere: seo solùm explicabimus vim rationis, & discursus, quæ quidem in his tribus consistit.

Primum.

Primum est. Media cõueniunt cum organis: & quidquid recipitur à medio ratione illius, in quo cum organo conuenit totum id à sensu existente in eo organo percipitur. Verbi gratia, aer cõuenit cum organo visus in humido diaphano: quidquid ergo ratione huius percipitur in aere, vel aqua, à visu percipitur: similiter in alijs.

Secundũ.

Alterum est. Solùm sunt duo media. Internum, & hoc est vnum: & externum, quod est duplex, nempe aqua, vel aer. In primis est vnum internum: quia id debet esse pars animalis, & per id tangẽdo sentire debemus: & hoc non potest aliud esse, nisi caro. Externa autem sunt tantum illa duo: quia medium dominatur in organo, & solùm illa duo in organo dominari possunt, non ignis, non terra, vt dictum est in textu, quia hæc non sunt receptiua, nec est aliud elementum præter hæc.

Tertium.

Tertium est. Quot modis illa tria recipere possunt, tot erunt organa; nam medium, vt mediũ, receptiuum est; & in eo, ratione cuius recipit, cũ organo cõuenit. Quinque autem tantùm causis ista media receptiua sunt, ob id quinque erunt sensus. In primis aer, & aqua recipiunt ratione diaphani, & sic visui seruiunt; aut ratione humidi receptiui siccitatis, & sic seruiunt olfactui; vt enim suprà diximus, organum olfactus in humido consistit: aut ratione raritatis, & mobilitatis secũdum locum, & sic auditui seruiunt. Non est autem ratio alia recipiẽdi in his, nam frigiditas, & grauitas, vel leuitas non sunt ad recipiendum. Caro autem duobus modis considerari potest. Aut secundùm temperiem quatuor qualitatum, & sic tactu seruit. Aut secũdùm temperiem sicci, & humidi, & sic recipit sapores ad gustũ. Nec est alius modus, nam secũdum calidum, & frigidum non est receptiua. sunt igitur quinque sensus. Et hæc est vis rationis huius Arist.

Nota quæ causis cur sẽ tiẽdi media receptiua sit. vnde quæ sẽsus colligũtur.

Ratio alia D. Th. ad probandũ quinq; tãtum esse sensus.

At S. Th. 1. p. q. 78. ar. alio discursu vtitur ad hoc idem demonstrandum. Cùm enim potẽtia sensitiua exterior sit intrinsecè passiua, ac ab obiecto ipso exteriori immediatè mutabilis, penes mutationis naturam, & modum sumendus est numerus potentiæ ex terminis.

Suppositio, mutationẽ esse duplicẽ.

Aduertendum autem, quòd est duplex mutatio, qua vnum mutat alterum accidentaliter. Vna est spiritualis seu immaterialis: & hæc est, quæ fit secundum speciem intentionalem, quę solet dici immaterialis, quia non est sensibilis per se, sicut aliæ qualitates, quæ sunt obiecta sensuũ: nec fit per alterationem aliquam corruptiuam. Est alio mutatio materialis, & hæc est duplex, Altera secundùm alteratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem, quæ fit secundùm qualitates sensibiles: Altera secũdùm motum localem. His enim modis vnum potest alterum immutare.

Ex quinque diuersis immutationum modis quinque sensus colliguntur. 1.

Quia autem quinque modis contingit solas istas mutationes coniungi in mutatione obiectorum circa ipsos sensus, quinque erunt sensus. Primò enim aliquando sensus percipit per solam mutationem spiritualem, & talis est visus. Ad visionem enim non cõuenit, nisi sola immutatio coloris secundùm speciem, quæ spiritualis dicitur. Secundò, aliquãdo sensus percipit quidem per immutationem spiritualem, sed interueniente motu locali circa obiectum, & hic est auditus: non enim sonus percipitur, nisi prius motus localis corporũ fiat. Tertiò percipit etiã sensus immutatione spirituali, tamen interueniente alteratione ex parte obiecti, & iste est olfactus: non enim percipimus odores, nisi prius præcedat aliqua calefactio in corpore odorabili ipsum resoluẽs, & odorem extrahens cum exhalatione. Quartò fit quidẽ immutatio spiritualis, interueniente tamen alteratione in organo ipsius ab eomet à quo sensatio est, & iste est tactus. Tactus enim tangit calidũ, ipsumque sentit per speciem intentionalem, & ab eodem calido patitur materialiter, quia calefit. Quintò percipit sensus spiritualiter interuenięte alteratione materiali in organo: sed non ab eo, quod sentit, sed à coniuncto aliquo: & iste est gustus: recipit enim species saporis, & simul alteratur materialiter, non à sapore, sed ab humiditate, cum qua simul sapor sentitur, & percipitur. Omnibus igitur sensibus commune est, per immutationem spiritualem sentire: Tamẽ prout variè se habet ista immutatio cum materiali mutatione, siue ex parte organi, siue ex parte obiecti, varij sensus fiunt. Hæc est ratio S. Thom. 2. 3. 4. 5.

Mutationẽ esse solam topicã & non necessariã, neq; demonstrationem.

Quod si ipse vult esse quandã topicam rationem, facilè acquiesco: si tamen ipse rationem necessariam contendit, non mihi id possum persuadere propter aliqua. Primò, si iuxta illas mutationes intrinsecè sumitur potẽtiarũ numerus exteriorũ, plures aliæ sunt ponendę, puta, cùm est alteratio ex parte obiecti, & potẽtiæ simul. Similiter cùm est motus localis ex parte organi, & ex parte vtriusque: solùm enim ex parte obiecti ponit motum localem. Secũdò videtur mutatio ex parte obiecti esse accidentalis, & nihil facere ad sensum, vt sensus est: quia illa mutatio est ad faciendum obiectum: motu enim illo sonus fit; quòd si illam computat, etiam dicam idẽ de colore: præcessit enim mutatio, vt fieret; quòd si non est, cùm sentitur color parum hoc refert: etenim nec est ille motus, quo factus est sonus, cum soni species peruenit ad aures: & propterea in odore non semper opus est illa resolutione, vt ostendimus lib. 2. 2. 1.

Probatur tertiò: quia ipse sumit omnes sensus non sentire, nisi per speciem: & hoc incertũ est de omnibus, quanquã de aliquibus sit certum, vt dicemus in sequenti quæstione.

Quòd nõ possit esse vlla demonstratio, quòd tãtũ quinque sensus esse possint & non plures.

Puto ergo non esse, nec esse posse demonstrationẽ, quòd non possint esse, nisi quinque sensus: hoc enim nõ est necessarium, sed contingens. Potuit enim Deus, non destructa rerum natura, alium, & alios dare sensus ad percipienda acciden tia, quæ latẽt hos quinque: hi tamen conueniebant, & sufficiebant. Possunt ergo rationes probabiles, & congruentiæ dari, quòd non possint esse plures, & talis est ratio Aristo. & S. Tho. in neutra enim necessitas apparet. Quòd verò re ipsa nõ sint plures in mundo à Deo facti, experientia ipsa potius in nobis, qui sumus perfectissima omnium animalia, & in alijs perfectissimis animalibus deprehendimus: neque enim in nobis, neque in alijs plures experimur.

Quod autem sint quinque experientia cognoscitur.

Ad argumẽta igitur in principio proposita respondetur. Ad primum dico, ꝙ olfactus dupliciter potest sumi, imò nomina cuiusq; sensuum, vt visus, auditus, & reliqua, quadrupliciter solent vsurpari apud Arist. Vno modo pro ipso sensorio, altero modo pro potentia existẽte in sensorio, tertio pro vtroq; simul, quarto pro ipsa potentia in actu, & operatione, vt visus pro visione, tactus pro tactione, olfactus pro olfactione. Ad 1.

Nota quadrupliciter notmina sensuũ posse vsurpari. Solutio argumenti.

Dico igitur, quòd si olfactus pro sensorio sumatur, tribuitur aquæ, vel aeri ratione humiditatis: at si pro ipsa operatione & actu, quia sensus in actu est quodãmodo similis obiecto, vt sæpe docet Arist. & obiectum olfactus fundatur in ficco ꝙ calidum resoluto, & euaporato, dicitur olfactus ei similis: ob id igni tribuitur: quo etiam modo dicit Aristo. quòd oculus videns, est quodammodo coloratus, tex. 138. ita & olfactus quodãmodo odorifer us, & sic igneus, quia odor in natura ignis est.

Ad secũdum.

Ad secundum respondeo, ꝙ terra potest dupliciter considerari. Aut secundũ qualitates primas: & sic procedit argumentum, quòd non dominatur in tactu. Aut secundum densitatem, & consistentiam: & sic dominatur in tactu: est enim pars animalis eiusdem temperiei cum toto: in toto autem propter consistentiam magis dominatur terra. Secundò dici potest, ꝙ dominatur in tactu terra non simpliciter, sed comparatione ad alia sensoria aliorum sensuum, ꝙ magis in eo abũdet terra, quàm in aliis sensorijs: & hæc videtur mens Aristotelis.

Ad tertium.

Ad tertium respõdeo, ꝙ in hoc differt potentia nutritiua a sensitiua: ꝙ nutritiua vtitur calore, vt actiuo instrumento suæ operationis: at sensitiua non, sed vt materiali dispositione organi, in quo fundatur: & hoc modo dicitur potentia sensitiua elenatior, quàm vegetatiua. Cũ igitur dicit Aristot. sensitiuum non esse sine calore: intellige tanquã dispositione materiali, sed non tanquam instrumento.

Nota.

Ad quartum, & quintũ.

Ad quartum nota est solutio ex dictis: similiter etiam ad quintum. Non enim media illa ſm numerum consideranda sunt, sed secundùm rationes recipiendi: quæ, vti diximus, solùm sunt quinque: ob id quinque sensus erunt, & non plures.

An sensus exteriores indigeãt medio. Quæst. II.

Occasio quæstionis.

MEdium sensus id est, per quod obiectum agit in potentiã & organũ: cũ autẽ in hoc capite Aris. numerũ sensuum probauerit per media ipsa, id modo in præsenti discutiendum erit, an mediũ sit necessarium ad sensationes. Videtur autem ita esse. Primò auctoritate. Nam in lib. 2. de obiectis, & mediis sensuum disputat Aristo.

Primum argumẽti ad partem affirmã.

Probatur secundò. Si non esset mediũ tunc sensibile supra sensum faceret sensationem: quod Arist. superius tex. 75. nõ admittit. 2. Argu.

Probatur tertio. Si non esset medium necessarium, sequeretur, ꝙ ratio Aristo. qua probat quinque tantum esse sensus, nulla esset: fundat enim in mediis ipsis. 3. Argu.

Probatur quarto experientia. Coloratum multum oculo propinquum, non videtur: ergo quod immediatum est, minus videbitur. 4. Argu.

In hac difficultate duplex est Philosophorum sententia. Altera Alex. qui medium in tribus sensibus necessarium esse vult, auditu, olfactu, & visu, non autem in aliis. Prima opin. Ale.

Altera est Auer. cõm. 116. quæ esse videtur cõis sententia, ꝙ in omni sensu necessarium est medium aliquod, & hoc intrinsecè ex sensu, vt sensus est. Est enim de natura sensationis exterioris, ꝙ fiat ꝑ medium aliquod. Secunda opi. Aue.

Quòd si huius causam petas, non est alia, nisi hæc, quam dat Iandu. q. 29. quòd species recepta in sensu, est multum immaterialis, obiectum autem materiale multum: vt ergo fiat transitus ad extremum, hoc debet esse per speciem, quæ minus sit immaterialis, quàm species recepta in sensu, & magis immaterialis obiecto: & hæc est ea, quæ est in medio. Prima rõ Ianduni.

Reiicitur hæc rõ.

Hæc tamen ratio ad rem tam arduam probandum, infirma est, imo vero falsitatem continere videtur. Species enim quę in medio est, prorsus videtur esse eiusdẽ speciei cum ea, quæ est in organo: si igit est eiusdem speciei, erit eiusdem immaterialitatis intrinsecè. Quòd enim mediũ non sentiat, non est ex defectu immaterialitatis speciei, sed quia medium caret anima & potentia: quam si haberet, vtique per illam sentiret. Multis pollet ista ratio refelli, sed hoc sufficiat. Non ergo est ratio sufficiens, qua probetur hoc, quòd omnis sensus intrinsecè indigeat medio.

1. Concl. Tactus, & gustus non necessario fit ꝑ medium.

Sit ergo prima conclusio. Tactus non fit necessario per medium. Hanc mihi persuadeo ob ea, quæ dicta sunt in capite de tactu: siue enim caro, siue nervus sit sensorium, vtrũq; sentit sensibilia superposita. Idem dico de gustu: sentit enim nervus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nemus ipsos sapores superpositos: saliua enim se cum cibis cõmiscens, saporẽ recipit, quo neruum immediate mouet. Est enim caro illa spongiosa, per quam saliua potest facile in neruum peruenire, præsertim cum in neruo, & in carne potentia gustandi existat.

2. Concl. Alij tres sensus nõ indiget in omnibus sensationibus necessario, & semper, medio.

Secunda conclusio. Reliqui tres sensus non indigent in omnibus sensationibus necessario, & semper, medio. Hoc teneo quia non video rationem in contrarium, & experiẽtia huic fauet. Aer enim ille internus aliquãdo motus, & percussus a vehementi sono, vel a vapore descendẽti a capite. sentitur intra aures, qui sonus myringam attingit necessario: aliquid ergo sine medio nihil, phibet sentiri ĩ auditu.

Probatur multis experientiis in auditu, in visu.

Similiter qui videt lucem, fortè, clausis oculis, adhuc splendorem videt, qui non est alius quam lumen receptum in albugine, qui pupillam tangit: & fricans noctu oculum lumen internum videt, quod necessario immediatũ est sensorio, cũ sit species ipsius calefacti, vel vna pars pupillæ, quæ alterã vidit, vt dicit Alex. Vnde si visibile est luminosum, quod per se facit diaphanum, nihil prohibet videri superpositum.

In olfactu.

De olfactu etiam patet. Fumi enim attingunt cerebrum aliquando, & odorem faciũt: quid ergo prohibet affirmare sensibilia aliquando sine medio sentiri?

3. Concl. Perfecta sensatio in visu auditu, & olfactu nõ fit sine medio.

Tertia conclusio. Perfecta sensatio in his tribus sensibus fit per medium.

1. Ratio.

Probatur in singulis. Nã in colore necessarium est medium, quia non mouet, nisi actu diaphanum: ꝙ si esset superpositus, obscuraret pupillam, & nõ moueret. In aliis duobus ob id perfecta sensatio, est per medium, quia huiusmodi obiecta coniuncta sunt cum quibusdam circumstantiis impedientibus, & lædentibus sensoria, ut odor cum fumida exhalatione, quæ respirationem prohibet, ac olfactũ calefacit: ob id nocet, & lædit. Sonus autem cum motu locali, qui destruit myringã, & nocet: ob id hæc ad distantiã, quo nõ possint attingere ista, melius sentiunt.

4. Concl. probabile est, tactũ non indigere specie intentionali,

Quarta conclusio. Mihi est probabile, tactum non indigere specie intentionali, sed per ipsam realem qualitatem receptã sentire. Cõis autem sententia tenet, quòd calor ignis producit calorem, & speciem caloris, & per hanc fit sensatio. Et optime hoc sustinetur: tamen conclusio nostra, ꝙ fiat per ipsam realem qualitatem, optimè põt & absq; periculo sustineri:

1. Ratio.

Et probatur primo. Tactus habẽs multum calorem, nõ sentit minimum, & debilem: ꝙ si per speciem fieret, vtique sentiri posset: species enim potest in tactu cum illo calore recipi: non enim oppositionem habet. Cum ergo non sentiat, profecto opus est reali immutatione caloris, quæ impeditur a magno illo calore. Et hoc argumentum puto satis forte.

2. Ratio.

Probatur secundo. Quia si per species intentionales fieret tactio, posset calor absque contactu in distantia sentiri: species enim diffundi possent: quod tamen est falsum: carni enim calorem immediatum sentimus.

3. Ratio.

Probatur tertiò, & hoc est nouum: Id sentire facit, quod doloris est causa: est enim dolor, sensatio disconuenientis: sed calor realis est dolorem causans: ergo p ipsum sentio, & non per speciem.

Ad primum.

His igitur sic propositis, ad argumenta respondeo. Ad primum dico, ꝙ non nego medium, sed solum dico, non semper, & vniuersaliter esse necessarium, sed in maiori parte: & hoc sufficit, vt in doctrina de sensibus fiat mentio de mediis.

Ad secundum.

Ad secundm, admitto sensibilia posita super illos tres sensus, aliquando sensationem facere, tamen imperfectam, idq; raro: & sic intellige Arist. De gustu autem, & tactu sensatio perfecta est: sed iam dixi superius, quòd Aristot. non fuit constans in hoc: nam in aliis libris docuit oppositum.

Ad tertium.

Ad tertiũ dico, quòd adhuc ratio Aristo. habet suam vim: nã eadem est ratio recipiendi in organo, & in medio: ratio autem nititur in eo, quòd quinque sunt rationes recipiendi.

Ad quartum.

Ad quartum admitto id de colorato: hoc enim indiget externo lumine, ob id medio opus habet: sed de lucido aliquo, vti diximus, non est inconueniens aliquã do accidere.

Caput

Caput secundum.

Quoniam autem sentimus, quòd videmus. Tex CXXXVI.

De sensibus interioribus ac primò de sensu communi.

DE huius capituli intentione discordes sũt expositores. Simpl. Themist. & Philop. putant duo intendi. Alterum est, oste dere, quòd quisque sensus exterior percipiat suam sensationem, vt visus suam visionem, auditus auditionem: & hanc esse mentem Aristotelis putant. Alterum est, constituere sensum alium internum communem, quem probat esse ex eo, quòd percipimus obiectorũ diuersorum differentiam, vt album differre à dulci: quod nõ potest fieri, nisi ab hoc sensu cõmuni.

Quæ sit intentio Aristo. in hoc capite.

Alij expositores putant mentem Arist. esse, quòd visus non percipiat se videre, nec vllus sensus exterior percipiat suã sensationem: sed id sit alterius cõmunis sensus. Vnde & per hanc, & per illam operationem prædictam probat esse alium sensum prædictum. Hoc tenet Alex. suã paraph. c. 19. & Auerro. Alber. S. Th. & Latini reliqui: & mihi hoc placet: imo puto, non posse aliud dici, vt in contextu magis apparebit. Est enim mẽs expressa Aristo. quòd sensus cõmunis percipit sensationes sensuum exteriorũ, & nõ ipsemet.

Prima opin. Simplic. Themistii, & Philop.

Secunda opin. Alexand. S. Tho. Auer. & Alber.

Probatur secũda opin. ex Arist. in aliis locis.

Estq; locus de hoc notandus. de Som. ca. 2. vbi expressè docet hoc, & propter vtramq; operationem sensum communem ponit. Idem etiam docet. 4. Metaph. cap. 5. in fine.

Expõ tex. Arist.

Iuxta ergo hanc sententiam exponam facile textum. Proponit Arist. quandam quæstionem, suppositio vno quod certum est. Suppositio est, quòd nos sentimus nos videre, & audire: non enim solum videmus, sed videre nos sentimus.

Suppositio.

Quæstio Arist. An eodẽ sensu videamus, & sentiamus nos videre, an alio.

Est igitur quæstio, an eodem sensu, quo videmus, sentiamus nos videre, an alio. Disputat ad vtramque partem quæstionis, & pro parte priori, quòd eodem sensu id fiat, ponit duo argumenta.

1. Arg.

Primum est, suppositio, quòd qui percipit visionem, percipit etiam colorem, & qui percipit sensationem, & obiectũ percipit: tunc est argumentum. Si alio sensu percipimus visionem, illo etiã percipieremus colorem: ergo color duplici percipe retur sensu, visu, & illo alio: sed vnũ obiectum non potest à duobus sensibus percipi per se: vnus ergo erit sensus, qui colorem, & ipsius visionem percipit.

2. Arg.

Alterum argumentum. Si alius sensus percipit visionem, vel ille percipit suam sensationem, vel alius. Si alius, iterum de hoc petam, eritq; processus in infinitum, vel ad vnum deueniemus, qui suam sensationem percipiat. Si ergo hoc datur isti etiam dabitur primo, puta, ipsi exteriori.

Nota vnde deceptus Themist. cum aliis primę opin.

Has rationes putant Themist. & alii duo positas ab Arist. tãquam necessarias: sed re vera non sunt, & in hoc incipit apparere ipsorũ expositio cõtra mẽtẽ Arist.

Probatur aliter Arist. sentire.

Nam quòd alius sensus, puta, communis, sentiat sensibilia aliorum sensuũ, docet in posteriori parte huius capitis. Dicit enim, quòd iudicat inter albũ & dulce: quia vtrumque cognoscit.

Soluitur primum argum.

Vnde Caiet. Thien. soluens, dicit, quòd cum potentiæ sunt subordinatæ vna propter alteram, qualis sensus interior, & exterior; quicquid cognoscit inferior, cognoscit etiam superior, & aliquid aliud.

Soluitur secũdum argu.

Nec secunda ratio est necessaria. Peruenitur enim ad sensum, qui cognoscat aliorum sensationes, sed non suam, vt dicemus post: nõ enim potẽtia sensitiua est perfecta, vt possit se reflectere supra se & supra suas operationes.

Habet autem dubitationem. Tex. CXXXVII.

Prima rõ Arist. ꝙ sensus sẽtiat se videre.

PRo parte opposita facit argumẽtum. Visu sentire, est videre. sed non videmus nisi colorem, vel coloratum: ergo nec visu sentimus, nisi coloratum. At visio non est color, seu colorata, ergo non potest sentiri visu ipsa visio, seu videns ipsum.

Nota, eadem est ratio de omnibus aliis sensibus quę de visu.

Et aduerte, quòd dicimus de visu, & colore in his omnibus, idem dici debet de aliis sensibus, & ipsorum obiectis: non enim audimus, nisi sonos, auditio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditio non est sonus: ergo non audietur: sic de alijs.

Manifestũ est igitur, q̃ nõ est vnũ. Tex. CXXXVIII.

Prima solutio Aristo.

PRædictę rationi dupliciter respõdet, primò negando maiorem, & in hoc incipit quasi determinare. Dicit, q̃ videre, & visu discernere, non sunt vnum, & idem. Nam visu discernimus aliqua, quæ tamen non videmus, puta tenebras: ita etiam visu discernimus visionem, sed nõ videmus eã, & auditu discernimus silentium, sed non audimus.

Ostendit iterũ vnde illa prima opinio decepta fuit Themistio & aliorum.

Vbi etiam notandum, quòd hic constitit deceptio. Putant enim illi, quòd velit dicere, quòd visus habeat actionem, qua iudicet de visione, & de tenebris: & hæc non est visio. Hoc autem non vult Arist. sed visu discernere, est, q̃ alius sensus interior per visum, vt per medium discernat.

Et est exemplũ satis appositum, & notandum. Si habeo baculum in manu, si quid tãgo, vel q̃d occurrit baculo, manus discernit, & sentit baculo: sed sensatio nõ est in baculo. Ita sensus interior, dum aliquid visum mouet, discernit visionem: dum non mouetur, discernit tenebras: sed hoc non percipit visus actione sua: [illegible] igitur est visu discernere. Idem dico de alijs, & hoc nota.

Secunda solutio Aristo.

Postea Arist. negat minorem, dicens, q̃ visio quodãmodo est colorata: recipitur enim in sensu species coloris, vt patet in imaginatione, qua res sensatas absentes cognoscimus: quod non esset, nisi manerent ipsarum species.

Iterũ ostenditur quomodo sit prima illa opinio decepta, & confutata.

Hanc solutionẽ volũt illi esse bonam, & sic solui argumentum, & colligi, quòd visu videmus visionem. Sed quàm falsum hoc sit, manifestum est. Non enim visio est colorata, vt videri possit; alias, si esset talis, ergo alterius visionem videremus: nec species obiectorum sensibiles fiunt à sensibus exterioribus.

Aristotelis mens.

Sed est responsio apparẽs, quia adhuc disputat in vtramuis partem, estq; veluti obiecto quædam, quia posset quis dicere, quòd videtur, quia colorata est.

Ipsius autem sensibilis, & sensus actus.

Respondet Arist. ad quæstionem positã, an eodẽ vel alio sensu.

MOlo loquæstionem determinat. Est autem expositio notanda, quia enim aliqui expositores non continuarunt bene, ideo peperit eis obscuritatem.

Sententia Aristotelis quod nõ eodẽ sensu sentiamus nos cadere.

Consistit autem in hoc Aristotelis determinatio, qnòd sensus exterior non operatur, nisi ab obiecto moueatur adeò, vt eadem sit operatio, qua obiectum agit in potentiã, & qua ipsa sentit, & ex hoc notum euadit, quòd cùm visio non agat in visum, nec operatio sensus in ipsummet, quòd non ab ipso sentitur. Vide quàm manifesta sit determinatio.

Exponit litera.

Proponit ergo, quòd sensus, & obiectũ dupliciter dicuntur, & potentia, & actu. Potentia quidem, cùm non operantur, vt color, cùm non videtur, visus, cùm non videt sonus, cùm non sonat ad aures, auditus, cùm non audit. Actu autem, cùm vtrunq; operatur. Dicit igitur, si vtrunq; actu sit, tunc vnum, & idem sunt; id est vna est ipsorum operatio re, ratione tamen diuersa; sicut eadẽ est re calefactio, qua ignis calefacit, & qua aqua calefit, ratio tamẽ diuersa est: ex parte enim vnius, actio est; ex parte alterius, passio. Ita ex parte obiecti actio est, ex parte potentiæ passio, & sensatio.

Si igitur motus, & actio. Tex. CXXXIX. CXL.

Nota primo ex Aristo.

OStẽdit vlterius, q̃ sicut actio, & passio sunt in passo, nõ autẽ in agente. (non enim quod agit, vel mouet, necessariò mouetur:) ita ista operatio est in potentia, & organo: ipsa enim est, quæ patitur sonos: ergo actu, id est, sonatio est in auditus potentia; & sic vnumquodq; aliorum, qui dupliciter dicunt, vt diximus, & actu, & potentia.

Et nota, quòd quamuis sit eadem operatio obiecti, & potentiæ, quæ in ipsa potẽtia recipitur; tamen ratio est diuersa, & aliquando etiam nomina diuersa sunt: vt ex parte soni, dicitur sonatio, & actio est: ex parte auditus, auditio dicitur, & passio est.

Nota 2.

Nota 3. fusius in 12. cap. 75

est. Aliquando non sunt nomina imposita: & totus hic sensus notus est.

Eò tamẽ tendere, aduerte, quòd visus, nec alius sensus suam percipiat sensationem: cùm operatio potentiarum harum consistat in mutatione, & passione a propriis obiectis, à suis vero operationibus pati nequeant.

Quomodo sentire sit pati, iam disputauimus lib. 2. c. 5. vbi istum locum præsentem declarauimus.

Quoniam autem vnus quidem est. Tex. CXLI.

Ex dictis duas soluit Arist. qõnes, Prima an sensus, & sensibile idẽ sint seu simul.

EX hac doctrina prædicta infert solutionem duarum quæstionũ. Altera est, an sensus, & sensibile idem sint, seu simul sint. Respondet, si vtrumque actu sumatur sunt simul, & simul se ponunt, & simul se auferunt: quia vna est vtriusque operatio, ratione solum diuersa, vt simul est visus in actu, & color in actu, & mouens potentiam. In potentia autem non sunt simul: potest enim color esse, etiam nõ existente visu: & sonus, non existente auditu, & sic de reliquis.

Sed priores naturales. Tex. CXLII.

Reprehẽsio Antiquorum.

EX his quæ dixit in tex. præcedẽti, reprehendit Antiquos, inter quos fuit Democr. vt refert 4. Meta. c. 5. Hi enim dicebant, q̃ non est sensibile sine sensu, vt nõ est dulce sine gustu, nec album sine visu: & quãuis hoc sit verum aliquo modo, puta, de sensu, & sensibili in actu; tamen in potẽtia non est verum: ob id male dicebant loquentes simpliciter, & vniuersaliter de eo: quod non est verum vniuersaliter, sed aliquo modo.

Si aũt vox quędã consonãtia. Tex. CXLIII.

Secunda qõ solui. tur. Quare excellens sensibile destruat sẽsum.

ALterã soluit quæstionẽ, quare excellẽs sensibile destruit sensum. Respondet; quia sensus in quadam proportione, & temperie consistit, quam destruit obiectum forte: quia, vt diximus, obiectum agit in potentiam. Antecedens vero, q̃ sensus sit in proportione, probat per auditum, cuius obiectum est sonus, & consonantia, si consonantia auditu percipitur, eademq; est vtriusq; operatio, vt dictum est. Sequitur, q̃ auditus etiam in consonãtia, & temperie consistat: & hinc sequit, q̃ obiecta temperata, & mista magis delectãt sensum, vt patet in omni sensu: exuperantia vero, & intemperata aut corrũpunt, aut lædunt organa.

Vnusquisq; igitur sensus subiecti. Tex. CXLIIII.

Quis ille alius sit, quo sentit se videre &c alia eius operatione indagat.

POstquàm determinauit non esse sensus exterioris se sentire sentientem, nunc sensum, quo id percipiatur, indagat ex alia ipsius operatione. Colligit autem in hoc exru tria, quæ singulis exterioribus sensibus insunt, vt postea ex hoc faciat argumentum. Dicit ergo, q̃ ex doctrina dicta, puta, q̃ operatio sensus, & obiecti vna est, sequitur ista sensibus exterioribus competere. Primo, quisque sensus habet suum sensibile obiectum, à quo patitur, & quod sentit.

Tria, quę singulis exterioribus sensibus insunt. 1. 2.

Secundo. Quisque sensus est potentia, & facultas existens in proprio sensorio, vt sensorium est, id est, vt instrumentũ est ad sentiendum: nam alia insunt sensoriis non vt instrumenta cognitionis, sed vt corpora quædam sunt, puta, quantitas, & qualitates reliquæ: at potentia ineſt ei, vt sensorium est.

1.

Tertio. Quisq; sensus cognoscit differentias sui proprii obiecti, ipsasq; discernit, vt visus album, & nigrum: gustus dulce, & amarum: similiter idem sit in singulis aliorum sensuum exteriorum.

Quoniam autem & albũ, & dulce. Tex. CXLV.

Primo ex. ex sensi alicuius cõmunis.

EX dictis facit argumentũ, quo dam sensum probat præter dictos: & est tale. Sensibilia diuersorum sensuum discernimus, ipsorumq; differentias percipimus: ergo sensu aliquo id fit. Consequentia probatur ex tertio illo communi sensibus exteriorib. Quisque.n. percipit differentias sensibilium propriorum, quia sensibilia sunt ipsa: sed dulce, & album etiam sensibilia sunt: ergo ipsorũ percipere differentias ad aliquem pertinebit sensum. Continuatur argumentum in textu sequenti.

Quo & manifestum est, quòd caro. Tex. CXLVI.

Progreditur in eadẽ ratio.

OStendit, quòd ille sensus, qui differentias percipit inter duo sensibilia, sit alius distinctus, aliudq; habens distinctum organum à præcedentibus. Et primò probat, quòd non sit tactus talis sensus. Si enim aliquis aliorum esset, maxime esset tactus: quia hic semper in animali est, aliiq; sensus cum eo sunt.

Est igitur argumentum eiusmodi. Si tactus esset, & caro vltimum sensorium, id est, ille sensus omnibus communis, sequitur, q̃ non perciperet differentias sensibilium, nisi ipsa tangẽdo: at sine tactu hoc fit, vt cum sonum ab albo discernimus: ergo talis sensus non est tactus.

Probat etiam, q̃ non sint plures sensus exteriores simul, puta, q̃ non visu, & gustu distinguamus album à dulci: quia tunc perinde esset, ac si duo homines perciperent, vnus album, alter dulce: constat enim, q̃ neuter differentias discerneret, nisi vnus & idem sit: ita in vno homine, nisi vnus sit sensus: si ergo non est vnus alius exterior, nec simul plures; erit ergo vnus alius præter hos: & sicut vnus alius est, ita vnum aliud habet sensorium.

Nota 1. Et hoc est, quod dicit, Vt dicit, sic intelligit, & sentit) id est, vt est vnus in iudicãdo, sic est vnus in sensorio ipso.

Et aduertendum, q̃ vtitur vocabulo intelligendi, & sentiendi, ac si idem esset: quia nondum potuit differentiam inter sensum interiorem, & Intellectum. Nota 2.

Quod igitur non possibile sit separatis.

Quòd ille sensus cõis simul & semel percipiat plura, & diuersa sensibilia ab se.

COncludit, quòd pluribus sensibus simul nõ possumus discernere plura sensibilia, nisi vno & eodem.

Rursus autem ostendit, quòd non solũ iste sensus sit vnus organo, sed q̃ simul, & in vno eodemq; tempore percipiat illa diuersa sensibilia. V.g. visus discernẽs album a nigro, vno, & eodem tempore simul percipit album, & nigrum: quod si modo album, post nigrũ perciperet, nec modo, nec post discernere posset: sed quo tempore vnum, eodem alterum percipere debet. Ita etiam iste sensus simul percipere vtrumque debet, vt iudicet: & hoc est, quod dicit, q̃ quando vnum percipit, & alterum percipere debet: sed illud quãdo id est, q̃ simul percipiat eodem tempore, non debet esse per accidens, sed per se.

Nota. dupliciter duo simul iudicari. 1.

Est enim aduertendum, quòd in vno tempore iudicare duo, potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt vnum tempus sit ex parte iudicantis: vt si res, quarum vna prior altera fiat, ego modo in hoc tempore iudico. Verbi gratia, vidi hominem, & alio tempore video alterum, & hunc nũc assimilo illi: possum dicere, Nunc percipio similitudinem illorum: sed tũ tempus est vnum ex parte iudicantis, quia nunc iudico: sed non ex parte rerum, quia non se modo offerunt. Hoc vocat Aristoteles, Quando per accidens.

2. Altero modo ex parte etiam ipsarũ rerum, quando nunc iudico ea, quæ simul nunc sunt: & hoc est, Quando per se.

Dicit ergo Arist. q̃ sensus percipit differentias sensibilium vno tempore ex parte ipsius, & etiam ex parte sensibiliũ, quia simul cognosci, & apprehendi debent, & non vnum post alterum.

Nota. Et perpende, quòd vocat tempus indiuisibile, non instans, vt putat Auerro. sed instans, vel tempus illud, in quo sic percipit sensibilia, vt non vnum in temporis vna parte, alterum in altera sentiat, sed in qualibet vtrumq; simul: & ea de causa vocat etiam tempus inseparabile. Vnde concludit, esse vnum sensum, & in vno eodemq; tempore plura sensibilia percipere, vt ipsa discernat.

At verò impossibile est simul. Tex. CXLVII.

Obiectio Arist.

CONtra ea, quæ dicta sunt, obijcit: quia tunc idem moueretur motibus contrarijs simul, puta contrariorum sensibilium: quod esse non potest. Idem enim indiuisibile, idest, secundum eandem partem, nõ potest à dulci & amaro simul moueri: sunt enim hæc contraria, & aliter vnum, aliter alterum agit.

Secunda solutio obiectionis apparens.

Adhibet quandam solutionem apparentem. Posset quis dicere, quòd sensus hic est indiuisibilis, & diuisibilis: indiuisibilis quidem subiecto & re, at diuisibilis ratione, sicut potentia corporis ad cõtraria recipienda, vna est re, ratione tamen differt; ita de sensu. Vnde qua parte est vnus, & indiuisibilis, poterit iudicare, & scernere: qua parte verò est plures, poterit plura percipere: & sic videtur auferri omnis repugnantia.

An nõ possibile potentia. Tex. CXLVIII.

Reflectens solutionem.

EXcludit rationem datã, dicitq; quòd quamuis vnum in potẽtia simul sit receptiuum contrariorum, vt superficies simul est albi, & nigri receptiua in potentia: idemque simul indiuisibile, & diuisibile potentia: tamen actu non potest id esse: sed tunc oportet esse diuisibile, vt modò vnum, modò alterum recipiat. Cum ergo iste sensus actu patiatur contraria, albũ, & nigrum, & alia, non poterit tunc esse indiuisibilis, sed diuisibilis solum.

Nota solutionem aliã ex Alberto.

Nota cum Alber. quòd posset facilè solui argumentum hoc ab Arist Idem enim posset fieri de sensu exteriore, puta, de visu, qui album, & nigrum simul percipit: non enim contrariorum species contrariæ sunt: possunt enim simul esse in vno.

Cur Arist. non fit visus ea solutione.

Tamen Arist. noluit hac vti solutione: quia non intendebat explicare, quomodo contraria simul perciperentur à sensu exteriori, sed quomodo sensus communis ea perciperet, ob id respondet in sequenti tex. aliter.

Sed vt id, quòd vocãt quidam. Tex. CXLIX.

Secunda solutio Arist obiectionis facta à simili.

QVadam similitudine respõdet de puncto in medio circuli constituto. hoc enim vnum est, & plura; vnũ quidem secundum se, plura autẽ, vt ab eo plures ducuntur lineæ in circumferentiam, quibus omnibus, & singulis illud cõe est. Addit Themist. quòd est principium, vt ab eo lineæ in circumferentiam protrahuntur; et est finis, vt ad ipsum lineæ ad ipsa circũferentiã confluunt. Sic iste sensus communis, vnus est secundum se, plures, vt finis, & principium est quinq; sensuum, ab eo enim omnis aliorũ virtus manat, & aliorum cognitio in ipsum terminatur. vt ergo plures est, plura percipit per alios sensus, vt vnus est, simul de illis iudicat.

Nota sitæ expositionem.

Perpende literam, (Bis vtitur eodem signo simul,) id est, vno puncto, & signo vtimur, simul duas lineas in ipsum terminando, sic etiam illo sensu, in quem plures tendunt sensus, & sic, vt est duorum terminus, duo iudicat. (Et sunt separata in separato) id est, vt sunt multi sensus distincti, sic faciunt illum communem esse multos. & mul titudinẽ vocat Arist. separationem.

Cõcludit, dictum esse de sensu seu principio sentiendi, secundum quod animal sensitiuum dicit. hic enim omnibus inest animalibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An sensus exterior percipiat suã sensationem. Quæst. III.

QVòd sentiamus nos videre, & audire, certum est: quo tamen sensu id sentiamus, id incertũ est, & in dubium vertimus. Videtur igitur, quòd eodẽmet sensu sentiamus, & sentire etiam sentiamus, puta, visu videmus, & eodem sentimus nos videre: quòd dico de visu, etiã dicitur de alijs.

Primum argum. ad partẽ affirmati-ã.

Est primum argumentum. Si alio sensu perciperemus visionem, etiam percipere mus colorem: sed non possumus alio, quã visu percipere colorem: ergo nec visionẽ. Discursus est notus cum maiori. Probatur minor: quia color non potest percipi, nisi per speciem: at species non potest vltra oculum produci, quia vltra oculum interius non est diaphanum: non ergo poterit sensus interior percipere colorem.

2. Arg.

Probatur secundò. Si alio sensu percipimus visionem, vel ille percipit suam sensationem, vel alius. Si alius, idem petam, vel ergo erit processus infinitus, qui esse non potest: vel venietur ad sensum, qui suam percipiat sensationem. Si ergo hoc ineat huic, inerit etiam visui, & exteriori sensui.

3. Arg.

Probatur tertiò. Ita se habet visio ad visum, sicut intellectio ad intellectum: sed idẽ Intellectus suam percipit intellectionem, & non alia potentia: ergo idem visus suam percipiet visionem.

4. Arg.

Probatur quartò. Si visio ab alio percipitur, oportet ponere speciẽ visionis vsq; ad illum productã: sed non videtur, quòd à visione, cum sit quædam operatio, possit produci species aliqua: ergo eodẽ sensu percipitur.

5. Arg.

Probatur quintò. Eiusdem erit sensus percipere visionem, cuius est percipere tenebras: vtrumq; enim non videtur indigere specie: sed visus percipit tenebras, sicut & lucem. est enim eadem potentia oppositorum: ergo visus percipit visionem.

Prima opinio Plu.

Multę sunt opiniones in hac parte. Philop. refert duas. Altera est Plutarchi, qui opus esse animæ rationalis putabat sentire sensationes sensuum exteriorũ. nec dicebat hoc esse opus Intellectus, sed cuiusdam virtutis, quæ dicitur opinatiua, & nos solemus vocare cogitatiua: est enim virtus organica aliquo modo rõnis particeps, quam putant aliqui discurrere in singularibus; & hac vt ait, cognoscuntur sensationes exteriores.

Secunda opin. Philop.

Altera opinio est, quam ipse Philop. sequitur, quòd non sit opus sensus alterius, sed cuiusdam virtutis, quæ dicitur attentiua, quæ est animæ rationalis, non alligata vlli particulari organo, & huius est percipere tales sensationes.

3. Opinio Simpl.

Tertia sententia est Simpli. qui id tribuit eidem sensui, non absolutè, sed vt aliquo modo est rationis particeps, id est, sensus, vt ab anima rationali sunt, habẽt suas percipere sensationes: vnde bruta nõ percipiunt suam sensationem.

4. Opinio Aegidi et S. Tho.

Quarta sententia est Aegid. & quorundam aliorum, qui sensum exteriorem suã dicunt percipere sensationem, non directè, quasi producat actum, qui immediatè terminetur in illam sensationem: sed indirectè, id est, vt percipiens sensus obiectum suum, eodemq; actu percipiat videre, seu sentire. Hæc videtur opinio S. Th. in præsenti, vbi concedit visu aliisque sensibus duas operationes; apprehensionẽ, quæ passio est; & iudicium, quo obiectum percipit: atq; hoc concedit sentire suam apprehensionẽ, videlicet indirectè.

5. Opinio Iandu. Apolli. &c.

Vltima sententia est Arist. qui in præsenti capite & de som. cap. 2. id esse opus sensus communis vult. Hoc sequitur Iandu. q. 33. & Apolli. q. 37. Caiet. Auerr. Albert. & alij.

Prima cõclusio, visus nõ potest percipere suam visionem eodem actu, quo videt: & idem I aliis sensibus.

Circa huius quæstionis determinationem, sit prima conclusio. Visus non potest percipere suam visionem illo eodem actu, quo videt. Idem dico de aliis. Hæc conclusio satis certa videtur.

1. Ratio.

Et probatur primò. Si quo actu videmus, sentiremus simul nos videre, nõ staret videre, quin simul sentiremus videre, cum vnus, & idem sit vtriusq; obiecti actus, & vtrunq; obiectum semper simul conueniat: sed stat videre, quin sentiamus nos videre, quod notum est: ergo non fit hoc eodem vno actu.

2. Ratio.

Probatur secundò. Actus, & obiectum actus non possunt esse vnum & idem: ergo vno actu non possumus percipere ipsummet: tunc enim actus, & obiectum idem esset.

3. Ratio.

Probatur tertiò. Stat me videre, & stãte visione paulò pòst sentire me videre: peto. Vel aduenit alius actus, vel non. Si alius, habeo intentum. Si nullus, non ergo sentiam me videre: non enim aliud est, quod aduenire possit.

Secunda conclusio. Visus non percipit visionẽ alio actu suo, nec alij sensus suas percipere possunt sensationes producendo alios actus circa ipsas.

1. Concl. Visus nõ percipit suam visionẽ alio actu. 1. Ratio.

Hęc probatur. Si visus produceret actũ circa suam visionem, qua ipsam percipere, sequitur, quòd supra se ipsum se reflecteret: at hoc non potest facere: ergo nec talem actum producere. Discursus est notus cũ maiori. Probatur minor: quia nulla virtus organica, & corporea potest in se ipsam agere, nec se cognoscere: sensus autem virtus organica est: non ergo potest suam sensationem cognoscere. Hoc argumento vtitur Philopo. & alij ad hoc idem probandum.

Dubium solutio.

Dices: Quare virtus organica se nõ potest in se reflectere? Respondeo, quòd hoc est commune omni virtuti in corpore existẽti, quòd sit vel actiua alterius, vel passiua ab altero: cùm igitur virtus organica sit in corpore, nõ erit actiua circa ea, quæ in ipsa sunt. Et quia totũ corpus sibimet superioni nõ potest, nec res extensa sibimet, sed solùm pars supra partem.

2. Ratio.

Probatur secundò. Si visus, & sensus sentiret suam sensationem, vtiq; se posset sentire, & ea, quæ in se sunt: & sic tactus posset suas sentire qualitates, & se ipsum. Hoc autẽ est contra ipsam experientiam: ergo minus sentiet suam operationem: quia magis videtur proportionatum id, quod est in se, puta, qualitates.

1. Ratio.

Probatur tertiò. Si sensus sentiret suã sensationem, vtique ille actus, quo sentit, adhuc sensibilis esset, quia eadẽ est vtriusque ratio: at vanum est dicere, quòd visus sentit sentire se videre: ergo nec sentit ipsum videre. Patet ergo, quòd sensus exterior nec directè, nec indirectè percipit se sentire.

Cõfirmatur ratio.

Vtrunque autem hoc vno argumento firmo. Oculo vtroq; destructo, sentiã me non videre, & multis, imò omnibus qui antea viderunt, cæcis hoc accidit: sed hoc non fit visu, cùm potentia sit destructa deficiente organo: ergo alia potentia cõtingit sentire non videre: ergo etiam sentire videre, quia eodem sentimus nos videre, quo sentimus nos non videre.

3 Concl. sensationes exteriores sentiuntur à sensu cõmuni. Nota.

Tertia conclusio. Sentire sensationes sensuum exteriorum, operatio est interioris sensus, tam in homine, quã in brutis.

Est autem notandum, quòd si probamus hoc conuenire brutis, simul probatum est, esse opus sensus interioris: cùm enim nõ sit ipsius exterioris, vt ostensum est, nec Intellectus solius, cũ hoc brutis non competat, erit sensus interioris cõis.

1. Ratio.

Probatur primò. Si bruta non percipient se sentire, esset, quia id est opus altioris naturæ, quàm sit pura sensitiua: sed hoc non est: ergo bruta id percipiunt. Discursus est notus cum maiori. Probatur minor, quia alia opera altiora, & difficiliora brutis natura concessit, quæ sunt adeò mira, vt videatur quodam modo arguere tationem. sunt autem cuiuis aduertenti multa huiusmodi opera manifesta, de quibus meminit Arist. 9. histo. cap. 6. & 7. Plinius autem lib. 9 cap. 42. contemplans opera stupenda piscium, dicit se mirari eos, qui negarunt aquatilia sentire. Miror ego etiã. Sim. & alios, qui alia opera mirabiliora in brutis cernẽtes, ea se videre, iut guttare, sentire posse negarunt.

2. Ratio.

Probo etiam secundò. Bruta oculos habentia clausos conantur aperire, & aures arrigunt, gustumque acuunt, ergo percipiunt se nõ sentire; aliter hos non præstarent motus. Si ergo percipiunt se non sentire, ergo percipient etiam se sentire.

Nec intelligas, quòd quid ipsum sentire sit, cognoscant, aut ipsam sensationem abstractam percipiant, hęc enim non sensus, sed Intellectus sunt: sed sicut obiectũ prçsens oculus videt, ita visionem prçsentem sensus interior sentit, dum species obiectorũ recipit, vt dicemus paulò pòst.

Ad primum.

Ad argumẽta igitur respondeo, in quorum solutione absoluetur huius difficultatis dissolutio.

Ad primum dico, quòd species productæ in sensibus exterioribus, non solùm multiplicantur in ipso organo, sed etiam vsque ad interiorem sensum: non enim deest ibi diaphanum. sunt enim spiritus in neruis ipsis contenti, qui specierum receptiui sunt, sicut aer externus, & per hos vsque ad interiorem sensum diffunduntur species, per hasque potest sensus interior

Universidad de Deusto
Biblioteca

interior cognoscere. De hoc tamen dicemus post.

Ad secundum. Ad secundum respondeo, quòd nõ est opus, quòd omnis sensatio sit cognita à sensu, sed sola exterior. Aliqui putant, ꝙ sensatio sensus cõmunis sentitur ab imaginatione & huius sensatio ab æstimatiua, huius verò à nullo, nisi ab Intellectu in hominibus. Mihi tamen potius videtur, quòd nullus sensus sensationem alterius sentiat, nec suam, nisi in cõmuni, qui sentit sensationes exteriorum: quia vti tãta reflexione, videtur excedere naturã sensus. Nec ĩ brutis puto tales actus esse posse, quia si inuenirentur, vtiq; inutiles & otiosi essent: prior vero cognitio dicta est necessaria ad vsum exteriorum.

Adtertiũ. Ad tertium neganda est similitudo: est enim Intellectus vis spiritualis, & indiuisibilis, ideo potest suos actus cognoscere: imò hoc est argũmentum ad probãdum intentionem nostram. Nam Intellectus, quia est in corpore, licet non sit organica virtus, tamen suos actus nõ statim cognoscit, nisi per obiecta, & imperfectè, vt post dicemus: sensus cum virtus maximè organica sit, nullo mõ suos actus cognoscet.

Ad quartum. Ad quartum, quãuis aliqui satis probabiliter speciem ponãt ipsius sensationis, puto tamen non esse illa specie opus, sed per eãdem speciem obiecti percipere (vt arbitror) potest sensus communis etiam sensationem, non per speciem absolutè, sed per speciem, inquam, quæ ex obiecti præsentia ad ipsum tunc peruenit.

Ad quintum. Ad quintũ dico, quòd visu percipimus tenebras, non quòd visus actum formet ipsarum: sed quia dum nõ immutatur ab obiecto, communis sensus percipit tenebras, sicut etiã auditus percipit silẽtium: & hoc modo dicimus ét visum percipere visionẽ. Nec oportet, quòd potẽtia vtrũque oppositum eodem percipiat modo; sed contraria per se, vt albũ, & nigrũ; priuatiua verò vnũ p se, alterũ per accidẽs.

An vehemens sensibile destruat sensum. Quæst. IIII.

Primum argum ad partẽ negã. QVæ faciunt difficultatẽ in hac re, id primum est. Sensibile agit in sensus per speciem intentionalem: sed species potius perficit sensum, cũ sit principiũ cognitionis: ergo vehemens sensibile non destruit sensum.

2. Arg. Probatur secundò. Cum potentia respicit aliquam latitudinem obiecti, quo magis est de illa latitudine, eo magis potentia perficitur: vt si est potentia ad calorẽ vt octo, magis perficitur, quo est plus de calore: sed potẽtia sensitiua est ad totam latitudinẽ obiecti: ergo à maiori potius debet perfici, quàm destrui.

3. Arg. Probatur tertiò. Intellectus perficitur, cum intelligit entia perfectiora, manetq; promptior ad inferiora intelligẽda: ergo etiam ita se habebit sensus.

Prima cõclusio. sensibile vehemẽs iuuat vel nocet' sensatiõe actionis cõiunctæ cũ ipsa immutatiõe specie. 6 Prima ratio inductione p singulos sensus. Pro huius resolutione sit prior conclusio. Sensibile vehemens lædit sensum, vel iuuat ratione alicuius qualitatis, vel actionis coniunctæ cum ipsa immutatione secundùm speciem.

Hæc patet discurrẽdo per singulos sensus. Colores enim vehementes ratione luminis lædunt: lumen enim disgregat pupillę, & humoris partes: est enim luminis disgregare, cum calefaciat: impeditur autem visio, & læditur oculus ex nimia partium disruptione.

Tenebræ etiam, vt docet Alber. tract. 4. ca. 9. sic lædunt. Visus enim manet frigidus, quia spiritus confugiunt ad partes internas: nimia autem frigiditas congregat, & constipat partes oculi, adeò vt aliquando visus recuperari non possit: ob id incutit dolorem lumen venientibus à loco tenebroso, quia lumen disgregat constipatas partes.

De auditu verò patet. Motus enim aeris, qui ex sono peruenit, lædit aures. Odor autem ratione euaporationis lædit: sapor ratione primarum qualitatum, sicut in tactu lædit.

Secunda cõclusio, sensibilia ratione specierum intentionalium lædunt vel iuuãt sensum. Secunda conclusio probabilis. Sensibilia ratione specierum intentionalium lædunt etiam, vel iuuant sensum.

Profectò hęc patet, quamuis à quibusdã negetur. Primò: quia istæ species sunt accidentia quædam realia: poterunt ergo lædere, vel confortare sensoria.

1. Ratio. 2. Ratio. Probatur: quia albedo disgregare dicitur visum, & nigredo congregare: quod non sit nisi ratione specierum. Nam species albedinis sunt magis accedentes ad lumen, & fortiores: ob id disgregant, ut lumen.

Pro-

1. Ratio. Probatur Sect. 32. proble. q. 44. viride dicitur delectare ipsũ visum & corroborare magis: quia in medio cõsistit extremorum: nec videtur quomodo hoc sit, nisi per speciem.

No. de voce quãdo distincti', longius, & iucundius sentiatur, & cæt. Vnum hic nota circa vocẽ, quòd aliud est vocem distinctius sentiri, aliud lõgius sentiri, aliud iucũdius sentiri. Vox distinctius sentitur cùm sola est, quam cum in consonantia: at longius sentitur in consonantia cum alijs, quã sola, vt dicitur Proble. Sect. 19. q. 2. tũc enim magis impelli tur, & propellitur aer, qui sonos fert, ipsorumq; species. Iucundius autem sentitur in mistione, & moderata, vt dicit Aristo. in præsenti: & quo maior mistio, eo dulcius sentitur. Vnde Sect. 19 Proble. q 24. dicitur, quòd dulcius sonat, cum cantatur ad tibias, quàm cum ad lyram: quia illi duo soni melius miscentur. quia vterque est in spiritu humano tam vocis ore prolatæ, quam per tibiam emissæ.

Ad primum. Per hæc patet solutio ad argumenta. Ad primum dico, quòd lædit sensorium, & iuuat tam ratione adiunctæ mutationis realis, quàm ipsius speciei intentionalis. est enim etiam hæc species reale accidens, vt dictum est.

Ad secundum. Ad secundum respõdeo, quòd si potentia esset perfecta, habensque totã latitudinem suę perfectionis, non læderetur a speciebus intentionalibus: tamen quia aliquãdo imperfecta est, ob id à perfecta specie lædit: sicut lumen temperatum lædit oculum noctuæ propter suam imperfectionem.

Ad tertium. 1. 2. 3. Ad tertium non est similis ratio de Intellectu: nam Intellectus obiectum non mouet adiuncta aliqua mutatione reali, & propterea est immaterialis, & incorruptibilis secundum se: sensus autem corruptibilis, quocirca ipsa operatione consumitur. Adde etiam quòd Intellectus ad intelligenda magna intelligibilia, etiam indiget aliquo confortante. Vnde Theologi in Intellectu creato, vt videat Deum, dicunt opus esse quadam qualitate confortante, & eleuante potentiam, quæ qualitas dicitur lumen gloriæ.

Sed de hoc satis.

An sensus communis sit in corde. Quæst. V.

1 quo cõtẽdit Gale & Arist. GVontrouersia hæc difficilis est ex eo, quòd duo insignes Philosophi in ea sunt discordes, puta Aristote. & Galenus, hic enim in cerebro, ille vero in corde ponit: vterq; tamen conuenit in hoc, ꝙ sensus communis ibi est collocãdus, vbi est fons, & principium sentiẽdi. Fatetur etiã vterq; id esse fontem sentiendi, quod neruorum est origo: per neruos enim vis motiua, & sensitiua cõmunicatur omnibus alijs partibus.

In quo differant, & sit inter eos cõtrouersia. Discordia verò est: Aristoteles putat cor esse principium neruorum. 3. de par. ca. 4. venarum, & arteriarum: ob id in eo sensum communem ponit. de Som. ca. 2. & de Iuuen. ca. 1. & alijs in locis. Galenus cõtra, putat, cerebrum esse neruorum originem, ob id ibi sensum communem ponit lib. 7. de decretis ca. 2. 6. & 14. & li. 8. de vsu partium capit 3. & 4. Ante autem quàm quicquam determinemus explicanda est vtriusque sententia.

Prima Aristo. sententia. Aristoteles ergo lib. 2. de partibus c. 7. suam in hoc manifestat sententiam, quæ consistit in tribus conclusionibus.

Prima cõclusio. Cerebrũ non è principiũ sentiendi. Prima est. Cerebrum non potest esse principium, & origo sentiendi.

1. Ratio. Hãc probat primò. Nulla pars ab alijs omnibus discontinuata potest esse principium sentiẽdi. cùm enim principium debeat virtutem communicare alijs sensus & motus, necessariò aliquid debet eis continuari: at cerebrum est pars discontinuata ab alijs: est enim velut aliquid in vase contentũ; ergo non potest esse principium sensus.

2. Ratio. Secundò. Quod caret sensu, non potest esse principiũ sensus: at cerebrum caret sensu, nam expertum est non sentire, cum tangatur: ergo non est principium sensus.

1. Ratio. Secunda, conclusio Arist. Tertiò. Quod sanguine caret, non est principium sensus, cùm partes sanguine prędite, maximè polleant sensu: cerebrũ, vt notum est, sanguine caret: ergo caret sensu, nec põt saltẽ esse principiũ sensus.

Cor est principiũ sentiendi & in eo est sensus cõmunis. Secunda ipsius conclusio. Cor est principium sensus, in eoque situs est communis sensus.

1. Ratio. Probatur primò. Id, quod medium locum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum occupat in corpore animalis, debet esse principium sensus potius quàm qđ externum: cor autem est huiusmodi: ergo ipsum est principium.

2. Ratio. Secundò Id quod primo mouet, & viuit in generatione, est sensus, & motus principium: at in embrione nondum formato cerebro cor palpitare percipitur, & sentire: ergo ipsum est motus, & sensus principium.

3. Ratio. Tertiò. Quod est neruorũ principiũ, est etiã motus, ac sensationis: sed cor est principium neruorum: ergo est principiũ sensationis, & motus. Minor probatur ex eo, quia intra ipsum multa neruorum copia reperitur.

4. Ratio. Quarto. Vbi appetitus, ibi sensus principiũ: sed in corde est appetitus, vt patet in motu iræ, amoris, aliarumq; passionũ, quæ fiunt in corde: ergo ibi est sensus, & motus principium.

Tertia Arist. conclusio. Cerebrũ ad hoc solum datum est, vt temperet sua frigiditate calorẽ cordis. Probant multi signis.

Tertia ipsius conclusio. Cerebrum est frigidissima, & humidissima pars, solum a natura in hunc vsum data, vt temperaret nimium cordis calorem, ne animal dissolueretur.

1. Multijs signis id ostendit. Frigiditas enim cerebri patet ex eo, q̃ non est carnosum, partes enim carnosæ calidæ sunt. Probatur: quia est terræ, & aqueæ substãtiæ: coctum enim durescit, non liquefit.

2. Probatur: q̃ ia tactu sentitur frigidum. Probat: quia habet venas paruas, & frequentes, ne si nimium sit sanguinis, calefiat cerebrum. Probatur ex effluxonibus: putat enim Arist. quòd calore cordis à cibo vapores ad cerebrum ascendunt, q̃ nimia ipsius frigiditate ingrossati descendunt, per nasum q̃; & per saliuam purgãtur: illiq; vapores infrigidati descendentes faciunt calorem, & spiritus refrigere ad cor, & fit somnus, qui est passio cordis non potentis virtutem & calorem communicare sensibus. Hæc duo indicant cerebri frigiditatem nimiã. Probatur:

5. animalia calidiora plus cerebri habẽt: quod signum est, ipsum in cordis refrigerium esse: & vir plus cerebri, quã fœmina habet, quia calidius cor ille habet. Ex his oĩbus sumit argumentum, non esse cerebrum sentiendi principium ob frigiditatem nimiam. Atque hæc sunt, quæ Arist. sentit hac in re.

Nota

6.

Galeni autem sententia cõsistit in duabus conclusionibus. Prima est. Cerebrũ est principium neruorum, ac consequenter principium motus, & sensus, ibiq́ sensus est communis.

Secunda Galeni sententia. Cerebrũ est principium neruorũ, motus, & sensus & ibi est sensus cõmunis

Hoc probat rationibus cõcludentibus sumptis ab experientia. Primo cõstat ex anatomica sectione, quòd nerui omnes à cerebro descendunt, nec vllo modo cordi tanquam origini cõiunguntur. Cerebrũ ergo est illorum principium.

Secundò. Nerui quantò sunt cerebro propinquiores, tãtò conspiciuntur latiores, & maiores: ergo ibi suam habent originem: nam Arist. ob id putat venas, & arterias esse à corde, quia iuxta cor latiores sunt.

Prĩa eius conclusi. 1. Ratio. 2. Ratio.

Tertiò. Si nerus ligetur medius, expertum est, quòd pars versus cerebrũ mouetur, & sentit: pars versus cor, nec sentit, nec mouetur: ergo cerebrum est principium. Hæc enim est certa experientia.

1. Ratio.

Probat quartò. Læsio capitis impedit sensum, corde manente illæso; impedit etiam motum, vt notum est: ergo cerebrũ est principium motus, & sensus.

4. Ratio.

Secunda conclusio Galeni. Cerebrum in alios vsus est, q̃ in cordis refrigeriũ.

2. Concl. Galeni. Cerebrũ in alios vsus est a natura datum ĩ vt cor sit frigidet.

Hæc probatur. Primò: quia nõ est via, per quam cerebrum possit cor refrigerare: sunt enim vię colli paucæ, & strictæ: & si cerebrum cor infrigidaret distans, tunc extra modum infrigidaret, & læderet p̃pinquas partes.

1. Ratio.

Probatur secundò: quia cerebrũ sentitur valde calidũ, & multo calidius, quàm aer externus calefactus.

2. Ratio.

Probatur tertio. quia potius cor calefaceret cerebrũ, quia est maioris actiuitatis, tum propter calorem, tum quia cerebrum est supra, calor aũt sursum tendit.

3. Ratio.

Probat quartò. Multa alia in cerebro sunt, & ab eo prouenium, quæ indicant, non in eum solum vsum esse, vt cor frigefaciat. Hæc est Galeni sententia.

4. Ratio.

Auctori arbitriũ in hac cõtrouersia.

Pro huius controuersiæ resolutione, ego proponam quod mihi probabilius vr̃, sequendo opinionem aliorum etiam insignium Philosophorum. Sit ergo prima conclusio: sensus communis est potẽtia distincta ab aliis exterioribus, distinctum habens organum.

1. Concl. Sensus cõis est potentia distinct a

Hæc est contra aliquos, qui sensum com-

ab aliis exterioribus sensibus, & in organo diuerso.

munem putant non distingui ab exterioribus, sed esse genus illorũ, sicut animal genus hominis, & leonis: nos tamen dicimus in priori parte cõclusionis, q̃ est vna alia potentia, quæ dicitur communis, non prędicatione, sicut genus, sed causalitate, quia ab ea pẽdent alię exteriores.

1. Ratio p̃bans primam partem conclusionis.

Probat argumẽto ipsius Arist. Distinguere enim sensibilia diuersi generis non potest vna potentia exterior sola, nec simul plures, vt in textu probatum est: ergo erit vna alia communis.

2. Ratio p̃bans secundã partẽ.

Hæc autem est organica, vt dicitur in posteriori parte conclusionis, quia est in brutis, in quibus omnes sensitiuæ potentiæ sunt organicæ.

1. Ratio.

Et probatur: quia est perceptiua singularium tantum, quòd solis organicis inest: cum autem distincta potentia sit, distinctum habebit organum.

2. Concl. Sensus cõmunis nõ recipit ĩmediate sensibilia communia.

Secunda conclusio. Sensus communis non habet immediatè sensibilia communia respicere.

Ratio.

Hæc est contra Alber. qui putat, quòd sensus communis cognoscit primò sensibilia cõmunia, sicut sensus particularis: propria. Oppositum dicimus in conclusione, quod sensus communis non sentit immediata sensibilia communia.

Ratio est: quia eo modo sentit communis illa sensibilia, quo sensus particularis: sed particularis primo respicit propria: ergo & communis. Maior patet, quia nõ recipit sensus communis alias species, q̃ sensuum particularium. Sensus ergo cõmunis proiobiecto habet sensatũ exterius in communi, quod nomine vno caret.

Nota. 3. Concl. Sensus cõmunis est in cerebri parte anteriori. Auctores p̃ hac sententia.

Tertia conclusio. Sensus cõmunis proximè est in cerebri parte anteriori. Hæc est Auicen. 6. natural. p. 4. ca. 1. & Alber. lib. de apprehen. par. 3. & est communis omnium ferè sententia, ob id nos in hac parte ab Arist. recedimus. Argumenta enim Galeni in experientia certa fundantur, quam Philosophus amplecti debet, cum non sit ratio conuincens, & demonstrans oppositum.

Nota primo, quod cereit rex & vniuersale principiũ omnium operationum animalis.

Aduertenda vero sunt duo. Alterũ est, quod cor est rex, & principium omnium operationum animalis, tam motus, quam sensus; & hac ratione caloris naturalis, qui omnia in suis operationibus disponit, & conseruat, & ratione ipsius fiũt spiritus motiui, & sensitiui postea in cerebro: & ob id omnia ei tribuuntur, vt vniuersali principio, non tamen est proximũ operans in sensũ, & motu voluntario, sed cerebrum.

Nota secundo in qua parte cerebri fit sensus cõmunis.

Alterum est, quod in parte cerebri anteriore sunt duæ concauitates, vna ad vnã partem versus vnum oculum, altera ad alteram versus alterum, & hic sensorium ponunt cõmunis sensus. Aliqui vero sub concauitatibus iltis constituunt sensum communem, ex anatomia vero constat esse tertiam aliam concauitatem inferiorẽ iis, in medio ferè supra palatũ, ad quã omnes nerui narium, narium, & oculorũ concurrunt: & ideo ibi ponunt sensum communem, & in alijs superioribus dictis ponunt imaginationem: quam puto veriorem sententiã: quod ex eo patet, q̃ vt diximus, nerui aliorum sensuũ ad hoc cõ flount sensorium, & ab hoc spiritus in ipsos mittunt, & ei tres sensus hi nobilissimi sunt proximi ad illum concurrentes, scilicet, visus, olfactus, & auditus.

4. Concl. Sensui cõmuni multa insunt, ideò sentiri, sensibilia exteriora simul cum exterioribus sensibus. Nota.

Quarta conclusio. Sensui cõmuni multa insunt. In huius declaratione referam sex, quæ insunt communi sensui, quæ ordine sunt explicanda.

Primo, simul cum alijs sensibus exterioribus ipsorũ sensibilia percipit: debẽt enim sensus exteriores sensationem cõparare instrumẽtis quibusdam huius sensus: hi enim exercent suam operationem dependẽter à sensu cõmuni, ab eoq; recipiunt virtutem. Vnde ligatis neruis procedẽtibus à sensu cõmuni in particularia sensoria, impeditur ipsorum actio: ideoq; Arist. comparat ipsum puncto & centro circuli, in quo variæ terminantur lineæ.

Sentimus hoc sensu eadẽ sentibilia absentia.

Hoc sensu sentimus eadem sensibilia etiam absentia quamuis pauco tempore: diutius enim manet impressio in ipso, quàm in sensu exteriori: vnde si claudamus oculum, rem præsentẽ percipimus, etiam postquam discessit.

Secundò dicipit differentias differentiũ sensibiliũ. Nota quo modo sensus sciat differẽtiã inter sensibilia.

Secundò inest etiam sensui huic percipere differentias diuersorum sensibilium propriorũ, vt albi & dulcis, sicut cuilibet exteriori inest discernere differẽtiam proprium obiectorũ, vt visui albi, & nigri.

Vbi nota, q̃ ista discretio, & iudicium non fit per aliquam proportionẽ, vel cõparationem vnius ad alterum; sed p̃ simplicem

Universidad de Deusto
Biblioteca

plicem cognitionem ipsius diuersitatis: verbi gratia, albi, & nigri: vt diuersa visu cognoscuntur, quamuis non dicat visus, nec affirmet aliud esse vnum ab altero. Sic etiam dulce, & album sensui communi vt diuersa obijciuntur, & cognoscuntur: & hoc est discernere, non ipsa differre affirmare: sed ipsa vt diuersa cognoscere. Ideo etiã docuit Aristo. q̃ simul vtrunq; percipitur: aliter enim differentia nõ esset perceptibilis sine aliquo discursu.

Tertiò ineſt huic ſenſui, ſenſationes sẽ ſium exteriorum percipere, de quo diximus i prima diſputatione huius capitis.

Tertiò percipit ſenſationes ſenſuũ exteriorũ.

Quartò ſenſus ſic communis deſeruit alteri ſenſui interiori, id eſt, phantaſiæ, de qua dicemus capite ſequenti. Hæc enim potentia per ſpecies à ſenſu communi receptas operatur, vt magis declarabitur in ſeriùs.

Quartò deſeruit phãtaſia.

Quintò. Somnus maximè, & primò accidit in hoc ſenſu: cùm enim ſenſus hic impeditur, quominus ſpiritus ſenſitiuos, & motiuos mittat in ſenſus exteriores, ſit ſomnus.

Quintò accidit ſomnus hoc ſenſu impedito.

Vbi nota, quòd iſtud impedimentum poteſt prouenire duabus de cauſis. Altera eſt ex parte alicuius cauſæ poſitiuæ impedientis, & occludentis meatus, quibus ſpiritus cõcantur ſenſibus, quæ cauſa ſolet eſſe vapor triplex. Primus cibalis dicitur: ex cibo enim ratione caloris cordis eleuantur in cerebrum vapores, qui cerebri frigiditate ingroſſati vias ſpirituum occupãt, & opprimũt, & accidit ſomnus, qui naturalis dicitur.

Nota ex quib⁹ cauſis ſomn⁹ fiat.

Prima cauſa vapor triplex.

1.

Alter vapor dicitur humoralis: ex humoribus enim animalis ratione caloris eleuantur ſubtiles vapores in cerebrum, qui etiam frigiditate vias occupant, ſomnumq; inducunt; qui non eſt naturalis, qualis in aliquibus morbis accidit.

2.

Tertius vapor eſt ex colliquamine, quando nimio labore partes aliquę ſubtiles fiunt, aſcenduntque in cerebrum, eademq; cauſa ſomnum faciũt. Horũ trium vaporum meminit Ariſt. lib. de Somn.

3.

Vbi notandum ad ſomnum conuenire vapores calorem ipſos eleuantem frigidi tatem ipſos condenſantem: ipſi autem opprimentes vias ſpirituum, caput grauant ſomnumq; inducunt.

Quot ſimul concurrãt ad ſomnum.

Secunda cã multiplex impedimentum ſpirituũ: quod ſine vapore poteſt contingere.

Primò ex debilitate caloris naturalis, qua ſpiritus interiores redduntur, & motu ſuo priuantur, quamuis non ſit propriè ſomnus. Secũdò ex labore nimio, quo ſpiritus reſoluti, interius confugiunt: vt reparentur. Tertiò ex nimia attentione mentis ſpiritus in partes interiores retrahentis. Quartò ex attentione alicuius ſenſus. quomodo accidit dormire ad cantilenas. His omnibus cauſis accidit hæc paſſio in communi ſenſu, vt dictum eſt.

plex impedimentum ſpirituum præbens.

1.

2.

3.

4.

Sextò ineſt huic ſenſui etiam inſomnium. Vnde nota, quòd iſti vapores aliquando occludunt neruos, tam motiuos, quàm ſenſitiuos, & tunc fit ſomnus, manetque animal motu, & ſenſatione priuatum. Aliquando occludunt neruos ſenſitiuos, ſed non motiuos, & tunc animal dormiens mouetur, & ambulat. Aliquando occluduntur & ligantur nerui concurrentes in ſenſum communẽ, manetq; libera phantaſia, & memoria ſenſitiua, tuncque fiunt inſomnia cum diſcurſu etiam quandoque Intellectus. Aliquando ſolus exterior ſenſus ligatur, manetque ſenſus communis liber, vt ſpiritus, in quibus ſpecies ſunt, à memoria ad ipſum confluant, & tunc maximè accidunt inſomnia, phantaſia operante circa ſpecies ſenſus communis, ſicut ſi eſſet animal vigilans. Accidit ergo huic ſenſui propter hęc inſomnium. Hæc ſunt, quæ ſenſui communi inſunt.

Sextò ineſt ſenſui coi i ſomnium ex parte.

Supereſt ad argumenta Ariſtot. reſpondere, quibus probat cerebrum non eſſe principium ſentiendi. Ad primum negamus non eſſe cerebrum continuum cum alijs partibus. eſt enim continuum cum ipſo neruo, qui eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum ipſo.

Ad Ariſt. argumenta. Ad 1.

Ad ſecundum dico, quòd licet non ſit ſenſus in quibuſdam cerebri partibus, tamen, in his, quæ neruis ſunt proximæ, in quibus ſenſoria interna ſunt, ſenſus ineſt, & dolorem incutiunt. Et in ipſo etiam ſenſus aliquis eſſe videtur, licet obtuſus: nam dolet etiã caput interius aliquando.

Ad 2.

Ad tertium dicitur, quòd non vbi ſenſus eſt, ibi ſanguis eſt: imò nerui, qui carẽt ſanguine maximè pollent ſenſu: ſimiliter ſenſoria ſenſuum particularium, vt myringa, pupilla, & reliqua.

Ad tertium.

Ad

Ad alia argumen. Ariſt. quibus probat cor eſſe principiũ ſentiendi.

Ad alia argumenta, q̃bus cor eſſe principium ſenſus probatur: ad primũ dico, q̃ cor eſt pars media, quæ temperiẽ dat omnibus partibus, vt ſuas ſubeant operationes: non tamen ibi neceſſarium eſt eſſe principium ſenſus, ſed vbi plures reſpondent ſenſus. Vt autem notum eſt, ſenſus omnes quinq; in capite reſident, & illorum quatuor non niſi in capite inueniuntur: in capite ergo eſt ſentiendi principium.

Ad 1.

Ad ſecundum reſpondeo, q̃ duplex eſt motus. Alter naturalis, alter voluntarius. Naturalis in corde eſt, & ab hoc pulſib⁹ communicatur. hic enim non eſt in animalis arbitrio, & talis bene ineſt cordi, & eſt primus in generatione, vltimus in corruptione. Eſt alter voluntarius, quo animalia communiter ſm̃ locum ſe mouent, & hic non conſpicitur primus in generatione, & hunc damus cerebro, tanquam origini neruorum. Et meritò id fit, vt cor ſit venarum, arteriarum, motusq; naturalis principium: cerebrum aũt neruorum, & motus voluntarij: nõ enim bene hi motus vni principio, & inſtrumento ineſſe poſſunt.

Ad 2.

Ad tertium negandum eſt prorſus, intra cor eſſe neruos illos: ſed ſunt ligamẽta quędam, quibus ſolet natura partes cõſtringere, & concatenare, ne dilabantur. De differentia autem ligamẽti, & nerui, vide Galen. lib. 12. de vſu. parti. c. 3. Aut ſi aliquis neruus reperitur, is eſt perexiguus, & q̃ non omnium origo ſit, ſed ramuſculus paruulus ex cerebro deriuatus.

Ad 3.

Ad quartum dico, q̃ ſicut vermis percuſſus in cauda totus ſe mouet: ita p̃ ſenſationem, quę in cerebro eſt, mouetur potentia appetitiua, ſeu ſit motus in corde, vbi appetitus eſt, nec eſt opus, illas potentias eſſe in vna eademq; parte.

Ad 4.

Alia ſigna Ariſt. oſtendunt quidem cerebrum eſſe frigidum: quod non negat Galen. ſed dicit Galen. q̃ frigiditas cerebri eſt ad temperandos ſpiritus ſenſitiuos: ſi enim ſint multum calidi, & mobiles, erunt inepti ad ſenſum: temperantur ergo a cerebro. Vnde quamuis cor ſit radix ſpirituum vitalium, non tamen ſunt ſenſitiui, niſi a cerebro temperentur.

Obiectio. Solutio.

Nec obſtat, quòd cerebrum propter ſuam frigiditatem non erit principium ſentiendi: quia hoc argumento, nec cor propter ſuum calorem vehementem, qui non trahitur ad temperiem, quia neceſſarius eſt ad concoctionẽ. Frigiditas vero cerebri, ſicut & neruus, ratione influxæ complexionis apta fit ad ſenſationes, & mot⁹. Et hęc ſufficiãt de iſta difficultate.

Caput tertium.

Quoniam autem duabus differentijs. Tex. CL.

De imaginatione, quæ & quo ordine tractatur.

ARiſtoteles ſe ad diſputandum de Intellectu preparans, in præſenti capite de quadã potẽtia media inter ipſum Intellectũ, & ſenſum, puta de imaginatione differit, eamq; per differentiam ipſius ab Intellectu, & ſenſu venatur. Antequam autem id exequatur, prius differentiam ſenſus ab Intellectu ponit.

Et aduertendum, q̃ loquitur de operationibus, quia clariores ſunt: & quia ſi operationes differunt, etiam ipſæ potentię different.

Nota.

Reſpõſio Antiquorum.

In præſenti autem tex. Antiquorũ placita ponit, ipſoſq; reprehendit. Antiqui igitur per motum & cognitionem animã indagabant, vt dictum eſt ſæpe: hæc autem cognitio eſt diſcernere, intelligere, & ſentire.

Nota.

Notat Philop. diſcernere, eſſe commune verbum ad intelligere, quod eſt proprium Intellectus: & ſentire, quod eſt ꝓprium ſenſus. Quãuis melius mihi videtur, vt diſcernere ſit idem cum eo, cui ſtatim dicitur, ſ. ſapere: & tunc intelligere erit operatio Intellectus cum diſcurſu: ſapere autem ſine diſcurſu, qualis eſt principiorum cognitio, & contemplatio perfecta: & hoc magis declarat inferius.

Explicit error antiquorum. 1.

Cum igitur animæ ſit intelligere, ſapere, & ſentire, videbitur alicui omnia iſta eſſe idem propter duas cauſas. Altera eſt: quia tam intelligere, ſapere, quã ſentire ſunt cognitiones entis: Intellectu enim & ſenſu ea tm̃, quæ ſunt, cognoſcimus.

Altera eſt quia Antiq iſta omnia vnũ faciunt, & idem, vt ex ipſorũ verbis patet. Nam quæ ſenſibus inſunt, vocabulis

2.

Intellectus exprimunt: quod Empedo. facit in duobus locis. Primo dicit, semper sapientiam hominibus augeri iuxta cognitionē præsentiū: at cognitio præsentium sensui cōpetit, sapientia vero Intellectui. Secūdo dicit, somnia facere cognitionem, & sapiētiam alienorum & ignoratorum: somnium aūt sensus est. Similiter Homerus facit: dicit enim, ꝙ Intellectus hominum terrestrium taliter se hēt, qualiter quotidie res succedunt. hoc autē sensus est. Philop. glossat verba horum in bonum sensum. Tu lege.

Omnis enim hi intelligere. Tex. CLI.

Causa, & radix erroris Antiquorū.

APerit radicē, & cām huius. erroris Antiquorum, dicēs, ob id Antiquos sensum, & Intellectum existimasse esse idem, quia ponebant aīam corpoream: vnde fateri oportebat, Intellectū esse potentiam corporis, sicut sensum. Adhuc autē radix huius erroris fuit: quia putantes simile cognosci simili, componebant animā ex omnibus, vt omnia posset cognoscere, vt dictum est in 1. de anima.

Arist. hoc arguit conuellens hoc eorū fundamentum, ꝙ simile cognoscimus simili. & argumentum est, ꝙ non sufficienter locuti sunt. Quamuis enim tractauerint de sciendi modo, tamen de ignorantia nihil dixerunt. intellige ignorantiam prauę dispositionis.

Extollit autem Arist. insufficientiā eorum: quia potius oportebat tractare de ignorandi modo: quia hæc est nobis magis propria, quàm scientia: quod ex tēpore competit. Plus enim temporis sumus in ignoratione, & deceptionibus, q̄ in scientia. Addit etiam S. Tho. aliam causam, cur sit ignorātia magis ꝓpria: quia ex nobis erramus, virtutem aūt alterius auditorio fere semper consecuti sumus.

Nota ex D. Tho.

Duplex excusatio Antiquorum conuellitur.

Primo.

Secundo.

Possent Philosophi excusare se dupliciter. Primo dicentes nō esse errorē, nec ignorantiam: sed quidquid apparet, verū esse, vt dicebat Demo. & hanc excusationem nō impugat, quia in 4. Metaph. satis est impugnata.

Secundò poterant se excusare, dicētes scientiam esse cum tāgimus simile, ignorantiam aūt cum dissimile. Verbi gratia, si anima particula ignis cognoscit ignē, est scientia: si vero aquam, est ignorantia. Hanc reijcit, dicens, quòd ex eo sequitur, quòd simile non scimus per simile, quod est contra ipsos. Et probat: Eadem est scientia vel ignorantia contrariorum: ergo qua particula scimus esse ignem, eadem scimus aquam non esse ignem, & & hæc scientia erit, non ignorantia.

Quòd igitur non idem sit sapere. Tex. CLII.

Quod sensus differt ab intellectu. Nota quotuplex sit iudicium intellectus.

HVnc sensū ab Intellectu differre ostendit. Et attēde, quòd iudicium Intellectus duplex est. Alterū fine discursu, quale est principiorum, & in perfecta, & cōsummata contemplatione: & hoc in præsenti dicitur sapere. Alterū est per discursum, & dicitur intelligere: & hoc est triplex. Aut circa res necessarias, & hoc est scientia, vel ignorātia opposita. Vel circa res non necessarias, tamen speculatiuum est, id est, non ordinatum ad opus, & hoc est opinio vera, aut falsa. Vel est ad res practicas, si ordinatū ad opus, & tale est prudentia, & ars cum oppositis. Prudentia enim docet media ad finem in agibilibus: ars in factibilibus, nec est aliud iudicium in Intellectu.

Prima nō, ꝙ sentire nō sit sapere, i. intelligere sine discursu.

Si ergo iudicium sensus nullum est horum, benè sequitur, quòd sensus non sit Intellectus. Probat vnica ratione ꝙ sensatio nō sit sapere, id est, iudicium illud sine discursu. Sētire inest omnibus animalibus: at sapere inest non omnibus, sed paucis, vt notum est: non ergo sentire sapere est.

Quod sētire nō sit intelligere cum discursu.

1. Ratio.

Probat, quòd non sit intelligere, id est, discurrere, duplici ratione. Prior est. Intelligere est modò cum vero, modò cum falso: vnde scientiæ opponitur ignorantia, prudentiæ imprudētia, opinioni veræ falsa. At sensus proprij obiecti, verus est semper: non ergo sentire intelligere.

2. Ratio.

Posterior est: Intelligere solū inest rationem habentibus: at sentire etiā non habentibus: nō ergo sentire est intelligere, & consequenter sensus nō est intellectus.

Imagina-

Imaginatio. n. aliud est, & à sensu. Tex. CLIII.

Qđ imaginatio nō sit sensus, nec intellectus.

ROst quàm sensum, & Intellectum non esse idem probauit, accedit nunc ad ostendendum imaginationē nec esse sensum, nec Intellectum, sed medium quid dicit esse. Nam imaginatio non fit nisi ex præcedenti sensu: quę enim sensimus, imaginamur: intellectio autem non fit sine imaginatione: nō enim intelligimus, nisi imaginatione suppositā. Vt ergo sensus imaginationi, ita imaginatio Intellectui deseruit.

Nota 1.

Et nota hic duo. Alterum est, quòd per existimationem, intelligit iudicium Intellectus siue cum discursu, siue sine illo, siue verum, siue falsum. Alterum est, quòd per intellectionem hic intelligit imaginationem, vt not. Philopon. vtitur enim ambiguē hoc vocabulo, vt dicemus in textu sequenti.

Nota 2.

Qđ imaginatio nō sit æstimatio seu iudicium. 1. Ratio.

Probat ergo imaginationem non esse existimationem tribus rationibus, & sic nec imaginatio erit Intellectus. Prima ratio est. Existimare nō est in nobis situm, & in arbitrio nostro: at imaginari est situm in arbitrio nostro: ergo imaginatio non est existimatio: Maior est certa: non enim credimus, nisi ratione, vel euidentia ducti: at quæ volumus, & quo modo volumus, imaginamur.

Exēplū.

Ponit exemplum de his, qui vtuntur arte memoratiua: fingunt enim sibi quasdam imagines & figuras pro libito, per quas res oblatas memoriæ mandant.

2. Ratio.

Altera ratio est. Imaginatio non monet appetitus passiones, existimatio monet: ergo non est imaginatio, existimatio. Maior est certa. Qui fingit enim leones sibi appropinquare, & se esse in medijs periculis, nihil timet magis, quàm cùm depicta videt: ꝙ si timet, id fit, quatenus id ita esse iudicat, vel ita futurū esse.

3. Ratio.

Tertia ratio est. Existimatio habet species, puta, scientiam, sapientiam, artem, prudentiam, intellectum, & oppositā, de quibus 6. Ethic. tractat: at nulla harum est imaginatio: ergo imaginatio non est existimatio, & cōsequenter imaginaria potentia non est Intellectus.

De ipso autem intelligere. Tex. CLV.

Duplicitèr accipitur intellectus, & intelligere.

PRosequitur, imaginationem à sensu, & Intellectu separare: distinguit tamen ipsum intelligere. Vbi nota cum Philopo. ꝙ suprà diximus, intelligere non vno modo accipi in hoc capite: hic enim sumitur, vt commune imaginationi, quæ est partis irrationalis, dicitq; solet Intellectus passiuus, & etiam intellectioni intellectus.

Dicitq; quòd cum intelligere differat à sensu, & hoc sit duplex: alterum imaginari, alterum ipsum verum intelligere: postquam determinatum fuerit de imaginatione, post in capite sequenti dicet de Intellectu.

Distinguitur imaginatio ab omnibus alijs cognitionibus.

Incipitq; in particulari imaginationē distinguere ab omnibus alijs cognitionibus, duobus suppositis. Alterum est, quòd cùm imaginaria sit vis, qua aliquid nobis apparet esse, aliquodque in nobis phantasma sit, id est, apparēs aliquid est in nobis: videbitur computāda inter eas vires, quibus vera, vel falsa percipimus, quæ sunt scientia, opinio, Intellectus, & prudētia. Nō enim videtur, quid aliud esse possit. soli hi habitus sunt ad verum, vel falsum. Alterum est, quòd hic sumitur imaginatio absque metaphora, id est, pro ipsa vera imaginatione: aliquando enim vocabulum transfertur ad Intellectum, & sensus: & incertas cognitiones, vocamus imaginationes.

Quòd igitur non sit sensus. Tex. CLVI.

Qđ imaginatio nō sit sensus. 1. Ratio.

PRobat imaginationem nō esse sensum, quinque argumentis, Primum est, quòd non sit, nec sensus in actu, nec sensus in potentia. Nō quidem est sensus in actu: quia imaginatio est, etiam cùm non sentimus actu, vt in somnijs. Non sensus in potentia: quia sensus in potentia cōtinuò inest: at imaginatio non semper inest.

Philop. vult hanc posteriorem partem esse nouum argumentum: sed id est contra contextum. vnicū enim est argumentum, vt expositum est.

Secun-

Universidad de Deusto Biblioteca

2. Ratio. Secundum argumentū est. Sensus actu inest omnib⁹ animalibus: imaginatio autem non: non enim inest vermibus, formicis, nec apibus: ergo imaginatio non est sensus.

3. Ratio. Tertium est. Sensus semper est veri, & illius quod est: at imaginatio plurimum falsa: non ergo sensatio est imaginatio:

4. Ratio. Quartum. Sensatio est certa, & absque dubio: at cum imaginamur, dubitamus, an ita fit: ergo imaginatio nō ē sensatio.

5. Ratio. Quintū est. Quæ sentimus, ēt clausis oculis, & absentibus sensibilibus intra nos imaginamur: ergo imaginatio non est sensatio. Ac si dicat, Sensatio est præsentis, imaginatio etiā absentis est: ergo non est sensatio, nec sensus.

At verò neque eorum. Tex. CLVII.

Qđ imaginatio nō sit scientia nec intellectus.

CVm probasset imaginationem non esse sensum, nunc probat non esse scientiam, nec Intellectum, nec opinionem. Et quidem, ꝙ non sit scientia, nec Intellectus, notum est: quia hæc semper sunt vera, imaginatio autem falsa aliquando est. At de opinione dubium est: quia opinio qñque vera, quandoque falsa est. Probat autem, quòd non sit opinio. Opinionem sequitur fides: at imaginationem nō sequitur fides: ergo imaginatio nō est opinio.

Quod nō sit opin.

opinionem vocat rationem ipsam, qua aliquid iudicat: fides vero est credulitas ipsa, & assensus, qui rei probatæ adhibet.

Nota. Maior est nota. Minorem ostendit. In brutis, in quibus nulla est fides, ob id nec opinio. Quòd autem in eis non sit fides, ostendit. Quibus inest fides, competit persuaderi: at nihil potest brutis persuaderi: ergo nec inest fides: nam persuadere est in fidem inducere.

Minorem probat: quia illis potest aliquid persuaderi, quibus ratio inest. Dubitabis: Nam videtur, ꝙ bruta cicurentur, & disciplinę capacia sint: videtur ergo, ꝙ illis possit aliquid persuaderi. Respondet bene Philopo. quòd non faciunt bruta illa omnia ex vi cognitionis, nec alicuius rationis: sed solum assuefactione quadam causante inclinationem: at persuadere, est vi cognitionis credulitatē inducere.

Manifestum itaq;, quòd neque opinio. Tex. CLVIII.

Qđ imaginatio nō sit simul sensus, & opinio.

PRobauit non esse opinionem, nec sensum: nūc ostendit, quod nec sit vtrunq; simul: quod tripliciter posset esse. Aut, quod sit opinio formaliter, & sensus materialiter: & tunc imaginatio esset opinio cum sensu. Secundo econtra, sensus formaliter, opinio materialiter: & tunc erit sensus cum opinione. Tertio, quòd sit aggregatum ex vtroque, puta, opinio, & sensus.

Nota tribus modis pōt contingere.

Quod autem nihil sit horum, probat duplici ratione. Priorē dicit esse per ea, quæ dicta sunt. Si enim differt a sensu per se, & opinione per se, quia quæ sensui insunt, & quæ opinioni insunt, ei non possunt inesse, differt ab vtroque simul.

1. Ratio.

Posterior ratio procedit vno supposito: ꝙ si imaginatio est opinio cum sensu, tūc opinio cum sensu debent esse vnius subiecti: quia sæpe stat vnum imaginari: si ergo imaginatio est opinio illius simul cum sensu, tunc debent esse circa idē: vt opinari & simul sentire idem, sit imaginari. Vnde si vnum sentimus, alterū opinamur, talis opinio cum sensu non erit imaginatio: sed vtrumq; debet esse vnius aut albi, verbi gratia, aut mali, non autē vnum vnius, alterum alterius: hoc est manifestum: sequitur ergo iuxta hoc, ꝙ nihil aliud erit imaginari, quàm opinari quod apparet, & per se sentitur.

2. Ratio.

Quòd sit imaginatio, suppositio quadruplex.

Suppositio quadam.

Apparent autem & falsa. Tex. CLIX.

Nectitur secunda ratio.

PRonit modo rationem. Sē sus, & opinio discordant in eo, quod imaginamur: ergo imaginatio non est opinio, & sensus eiusdē. Antecedens patet. Imaginatio percipit Solem paruæ quantitatis: opinio autem, & sensus discordant: nam sensui apparet minor terra: secūdū opinionem vero, quā aliquis accepit ab Astrologis, maior ē terra: nō pōt ergo esse imaginatio opinio, & sēsus simul eiusdē.

Probatur consequentia: quia cum opinio debeat conformari sensui, debet esse vnum ex duobus. Aut quòd deserat illam & sumat oppositam: & hoc nō potest esse, quia opinio, & assensus nō abiicitur, nisi vel obliuione, vel morte, vel rōne cōtraria, quorū nullū in præsenti casu est.

Aut erit alterum, quòd illa opinio fiat falsa: & hoc esse non potest, quia obiectū manet idem, puta, Sol maior terra: tunc autem opinio ex vera fit falsa, cum obiectum mutatur ignorante eo, qui habebat opinionem. Cum igitur nihil horum sit, opinio erit vera, & sensus falsus: non ergo vtrumq; simul erit imaginatio, non enim hæc simul vera, & falsa esse potest.

Sed quoniam est moto hoc moueri aliud. Tex. CLX.

Quòd sit imaginatio, suppositio quadruplex.

OStendit hactenus quid non sit imaginatio: nūc ostēdit quid sit. Assumit autem prius aliqua. Primò, quòd vnum motum potest mouere aliud: est enim aliqd quod moueatur, & mouet. Secūdò, imaginatio est motio quędam, & passio: cum enim fit cognitio, quædam erit passio, & motio ab aliquo obiecto facta. Tertiò nō fit imaginatio, nisi in his, qui sentiūt: nec aliorum obiectorum est nisi eorum quæ sensata sunt: imaginamur enim quæ sensu percipimus, quamuis aliquando non eodem modo, quo percipimus: imaginatio enim sæpe composita percipit, quæ diuiuncta sensu percepta sunt, & econtra: vt ex monte, & auro percepto, imaginatio fit montis.

1.

2.

3.

4. Supponitur quartò. Sensus actu potest alterum mouere, id est, quæ sensu percepta sunt, possunt percipi ab alia potentia, hancque mouere possunt. Vt enim dicemus, imaginatio percipit quæ sensu cognita sunt, & tunc talis cognitio, quæ fit ab eodem obiecto, sensatio erit similis sensationi illius. V.g. si aliqua potētia moueatur a re iam visa, illa potētia cognoscet rem illam, sicut vilus cognosceret, si res illa esset: & ita fit: quæ imaginamur enim sunt sicut ea quæ sensimus.

Erit vtique hęc motus. Tex. CLXI.

Quartum colligit Arist. genus imaginationis, esse motū quēdā & passionē sentiēdum.

PErba priora text. expōsita sunt: in reliquis infert iam genus ipsius imaginationis, puta, est motus, & passio, non quæcūq; sed quæ inest solum sentientibus: & non vtrunq;, sed per sensum inest, id est ab his quæ sensu percepta sunt. Et ferè hæc est definitio, quòd imaginatio sit motus factus ab his, quę sensu percepta sunt, id est cognitio eorum, quæ sensata fuerunt, vel sentiuntur, vt inferius declarabitur.

Duo quæ conueniunt imaginationi.

Ponit autem duo, quæ insunt imaginationi. Alterum: quòd habentia imaginationē, ea vtuntur ad actiones suas obeundas, secundum quòd eam appetitus patitur. Alterum: quòd aliquādo ipsa est vera aliquando est falsa. Causam autem dat, quare aliquando sit vera, aliquando falsa. Et causa est, quia non imaginamur, nisi quæ sensata sunt sensibus exterioribus: sed isti errant in suis sensibilibus. ergo & imaginatio. Minorē ostendit, distinguens tria sensibilia sensus exterioris.

Tria sensibilia sensus exterioris, & quomodo in eis contingat error.

Propriū, in quo non contingit errare, nisi parum, id est, in particulari obiecto, & in applicatione, vt diximus lib. 2. Aliud est per accidens, id est, subiectum, in quo est propriū sensibile: & in hoc contingit error, vt notum est. Tertium, est sensibile commune, quod est in eo subiecto etiam, in quo est proprium sensibile, vt figura, magnitudo, motus, & alia: & in his consistit passim, & frequenter error.

Dubitabis: Quare dicit, quòd in cōmunibus est maximè errare? Videtur enim quòd magis erremus in sensibilibus per accidens. Philop. conatur respondere: sed puto, quòd non satis facit. Respōdeo itaq; quòd in communibus dicimur maximè errare: quia semper ipsa sentimus cū propriis: in eo autem quòd plures cognoscit pluries etiam accidit errare. At sensibilia per accidens rarò iudicantur: ob id rarò erratur: at forte æquali in hoc magis erratur.

Motus

Motus autem ab actu factus.

Imaginatio. Circa quam litera sē finitur in quo conueniat & differat sensu.

APplicat modò erroré in imaginatione in his tribus sensibilibus, quę vocat sonos: ponitq; differentiam inter sensum, & imaginationem: & litera est obscura propter conscissionē: sed sensus, & expositio hæc est. Motus factus ab actu, id est, imaginatio fit ab his dictis tribus sensibilibus: sed differt, & conuenit cū sensu. Conuenit quidem: quia sensus in proprijs est verus; in alijs duobus, scilicet cōi, & p accidens decipitur, præsertim cum in distantia sunt; ita & imaginatio: differt autem, quòd sensus est obiecti tantum præsentis, at imaginatio etiam absentis.

Dubium.

Dubitatur, quomodo imaginatio dicitur nunc vera circa propria, superius vero falsa, cum dixit eam a sensu differre.

Solutio.

Respōdet Philop. quòd imaginatio circa propria sensata duplex est: altera, quæ percipit sensata simplicia, sicut sensus; & hæc vera est: Altera, quæ propriorum species componit, vt superius dicebamus: & hæc falsa sæpe est, & sic à sensu differt, qui semper est verus.

Si igitur nihil aliud habēt, quæ dicta sunt, quā imaginationē.

Definitio imaginationis.

COncludit definitionem imaginationis, dicens, quòd si quæ dicta sunt, non alteri competunt, quam imaginationi, & imaginatio est, quod dictum est: erit imaginatio motus à sensu facto actu, id est, cognitio eius, qd alijs sensibus, tam communi, quàm exterioribus sensatum est, vt dicit Philop.

Rata.

Et si vis ipsam potentiam definire, erit imaginatio potentia moueri apta ab his quæ alijs sensibus iam sensata sunt: atque hæc est definitio imaginationis, & pro actu, & pro potentia. Aristo. enim definit eam, quæ actu est, quia notior est actio quàm potentia.

Quoniam autem visus maximè sensus est. Tex. CLXII.

De nomine imaginationis quare indicatur.

NOminis rationem nunc dat, quæ talis est. Cum imaginatio fit circa actu sensata, & inter sensus, nobilissimus sit visus, decuit, vt ab eo, qd in visu est, sumeret nomē. In visu aūt id est, vt sine luce nō fiat visio: à luce ergo denominatur imaginatio, & ita fit. Græcè namque φῶς significat lucem, & φάντασμα lucea, à quo phantasia erumpit, atq; imaginatio dicitur.

Finalis causa imaginationis; cur fit animalibus & hominibus data.

Statim finalem dat causam, quare natura dederit imaginationem. Respondet, q brutis dedit, vt per eam, tanquam per rationem dirigerentur, & mouerentur ad suas opationes. Imaginationes enim manent, id est, sunt etiam absentibus obiectis, similesque sunt sensationibus, ob id mouent appetitum animalium. Hominibus autem dedit, vt per eam operarētur, quando ratio est impedita: impeditur autem in passionibus, vt ira, amore, odio, & aliis: impeditur etiam in morbo, etiam in somno. Vt ergo homines operari possint, etiam cum ratio non operatur, dedit natura imaginationem, & hæc est causa finalis. Potest etiam altera addi: ideo homini datam, vt subseruiat Intellectui, præbens ei phantasmata. Concludit dictū esse de ipsa imaginatione quid sit, & propter qd sit, ac perinde de tota sensitiua parte.

An phantasia distinguatur à sensu cōmuni. Quæst. VI.

1. Argum. quod distinguat.

DVos ab Arist. sensus internos traditos habemus: videtur autem quòd vnus sit. Primò auctoritate; libr. de memoria cap. 1. dicit, quòd phantasiari, & memorari sunt passiones primi sensitiui, id est, cōis sensus: videt ergo, quòd memoria, & phantasia sint idem cum sensu communi.

2. Argum.

Probatur secundò, Phantasia habet idē obiectum cum sensu cōi: ergo sunt idem. Antecedēs patet: nā phātasia pcipit sensata p sensus exteriores, sicut & sensus cōis.

Pro

3. Arg.

Probatur tertiò: quia definitio phantasiæ videtur conuenire sensui communi: hic enim est motus a sensu in actu: non enim percipimus sensu communi, nisi quæ sensui exteriore sentiuntur.

4. Argu.

Probatur quarto. Videtur nō bene definiri phātasia per motum, cum illa sit vis animæ, & facultas permanens.

De quot, & quibus agēdum.

In hac difficultate occurrunt quatuor tractanda. Primum est numerus sensuum interiorum. Alterum est, ipsorum organa. Tertium est ipsorū operationes. Quartum est ipsorum finis.

De numero sensuū interiorum.

Circa numerum, est duplex sententia principalis. Altera est Auicen. lib. 6. p. 4. c. 3. Algazelis libel. de anima. tract. 4. c. 4. & Alber. tract. 4. c. 7. Iandu. q. 37. qui ponunt quinque sensus interiores.

Prima opinio asserentiū esse quinque.

Sed aduerte, q quamuis in numero cōueniant, in re sunt discordes, quod nonnulli non aduertunt. Secundum igitur Alber. primus sensus est communis, qui sensata omnium exteriorum sensuum simul cum ipsis percipit.

Qui sint hi quinq; sensus varię opiniōes.

2ꝯ Sensus est imaginatio, quæ retinet species sensus cōmunis, & est velut memoria ipsius, & hęc percipit sensata in absentia ipsorum.

Albe sententia

Tertius est æstimatio, quæ percipit aliqua non sensata sensibus exterioribus: vt ouis videns lupum, & cognoscens ipsum visu & sensu communi, per æstimatiuam percipit inimicum, & aduersum sibi: inimicitia autem nō est res sensata quæ sensu exteriori percipiatur: ob id solent Philosophi dicere, q æstimatio ex speciebus sensatis elicit intentiones non sensatas, id est, ex rebus sensibus cognitis, cognoscit aliqua, quæ sensus nullus percipit.

Primus sensus cōmunis.

Secunda imaginatiua.

Tertia æstimatiua.

Quarta phantasia quæ, & cogitatiua.

Quarus est phātasia, & hæc facit tria. Primo coniungit species sensatorū, quæ erant in imaginatione: vt quando ex auro, & monte formamus montem aureū. Secundo coniungit species non sensatas cum sensatis, vt cum hoc album percipit vtile, & conueniens. Tertio etiam coniūgit non sensatas inter se, vt cum agnus matrem percipit delectabilē: hæc virtus secundum Albertum est nobilissima omnium sensitiuarum: & in homine dicit vocari cognitionem.

Quinta Memoria.

Quintus sensus est memoria, in posteriori parte capitis constituta: & hæc cōseruat, quæ phantasia percipit. Hæc est sententia Alberti, & Algaz.

Secunda Auic. insta quæ in duob' dif fert ab Alber.

Quę quidē in duobus differt ab Auic. Primo in ordine. Nam Auic. phantasiam facit tertiam, post imaginationem: Albertus vero ponebat esse quartam.

Secundo in re: nam Auice. dicit imaginationem nō cognoscere, sed retinere solùm, & cōseruare species sensus communis: & Alber. dicit, quòd cognoscit etiam in absentia obiectorum. Hæc est prima sententia principalis.

Secunda op. S Th. quatuor esse sensus interiores.

Altera sententia est S. Thom. 1. p. q. 78. ar. 4. & Auerr. tertiò de Anim. com. 6. qui putant quatuor esse sensus interiores. Primus est sensus communis. Alter est imaginatio, quæ retinet tantùm species. Tertius æstimatio, quæ in homine est cogitatio, quæ percipit intentiones non sensatas: non enim vult S. Tho. q in brutis fiat illa specierum compositio. Quartus est memoria, quæ conseruat species non sensatas. Hæ sunt Philosophorū opiniones.

Primus sensus cōmunis.

Secundus imaginatio.

Tertius æstimatiua, quę in homine dicitur cogitatiua.

Quartus memoria.

Pro resolutione aduerte vnum, quod multum conducit ad huius determinationem: quòd cerebrum in duas medietates est diuisum ab occipite ī synciput, id est, a parte posteriore in frontem: ita vt vna medietas sit ad vnam auriculam, altera versus alteram. In parte autem anteriore vtriusq; medietatis huius sunt duo sinus, & concauitates ex æquo, vna est in parte anteriore vnius medietatis, altera est in altera. Vlterius, isti duo sinus in vnū postea concurrunt, qui est in media cerebri parte, & hic in alium etiam inferiorem, qui in occipite, vbi cerebellum ponitur, terminator. Vnde solum sunt hi quatuor sinus, & in hoc non inanibus discursibus credendum est, sed oculatis experientijs, quæ ex anatomica sectione habentur: de qua Galen. 8. de vsu partium, tract. 8. & alij multi huius artis periti.

Primum fundamentū à quatuor cerebri partibus, seu sinubus.

Aduerte secundo, q omnes hi sinus pleni sūt spiritibus subtilibus sensitiuis, quamuis in vltimo sinu plurimi abūdēt, & perfectissimi sint, quāuis ille sinus sit omnium minimus, sicut primi sunt omnium maximi. In his spiritibus sunt conseruatæ species rerum sensatarum, quæ nomine peculiari phantasmata dicūtur. Cumq; isti sensus viam habeant communē, fit, vt spiritus possint ab vna parte in

2 Funda. Sinus oēs cerebri esse spiritibus plenos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliam, & ab vno sinu in alium transmitti a virtute animæ, vel a causa alia extrinseca.

Tertium fund. in quo exteriores sen sus differant ab Interioribus.

Aduerte tertio, ꝙ sensus interiores in hoc ab exterioribus differunt, ꝙ exteriores a re exteriore immediate mouẽtur. ob id exteriores dicuntur: at interiores non ab ipsa re immediate, quin prius sensu exteriori sensata sit, ob id interiores dicuntur; simul etiam, quia hi organa in cerebro interna, illi externa habent.

1. Concl. Sensus interiores nũ sunt tres.

His suppositis, sit prima cõclusio probabilis. Sensus interiores nũ sunt tres.

Hæc conclusio est cõtra prędictas opiniones: puto tamẽ esse mentem Arist. & Græcorum omniũ. Sensus ergo sunt isti, Sensus communis, Æstimatio seu imaginatio, & Memoria. Vnde imaginationẽ, vel phantasiam non separo ab Aestimatione, sed eadem (vt puto) virtus est, quæ elicit species non sensatas cum ea, quę in absentia obiectorũ ipsa ꝓcipit, species ꝙ; connectit. Hoc probatur primo autoritate expressa Arist. Nam de phantasia ipsa, quæ illas imagines percipit, dixit, ꝙ animalia multa per eam agunt, & ꝙ in eis, est, id quod in hominibus est ratio. Cum igitur Aestimatio sit, quæ operari facit animalia, profectò eadem erit vtraque.

Primo ab auth. Ar.

2. Probatur. Si Aestimatio esset solum, quæ percipit intentiones nõ sensatas, tũc non differret ab opinione: quia semper illa mouet appetitum sicut opinio: vt ergo argumentum Arist. habeat vim, oportet dicere, ꝙ Aestimatio etiam habet imagines formare, quæ non mouent: at opinio semper mouet. Dico clarius, quòd Arist. vtrumque vni potentiæ tribuit, & Aestimare, & imaginari: ob id ab opinione differt.

2.

3. Probatur: quia diminutus esset Aristoteles, si de his non ageret, cùm tamen postea tractauerit de memoria, quàm hic prætermiserat.

Secundo ex organorũ numerum.

Sed probo secundò ratione, qua plurimum confidendum. Numerus sensuum nõ est vltra organorum numerum multiplicãdus: at sunt tria organa, sunt ergo tres potẽtiæ. Minor patet. Duo illi fines sunt pro sensu communi, medius pro phantasia, tertius pro memoria: quod eo confirmatur, quod læsa aliqua ex his partibus, læditur operatio talis potentiæ. Similiter quia pars illa anterior est humidior, vt facilè recipiat, quamuis nõ retineat: at media est temperatior, vt recipiat, & retineat: vltima verò siccior est, vt magis retineat, pro memoria.

Prima ob iectio.

Respondebit Auicen. quòd illorũ ductum sinuũ vnus est pro communi, alter pro imaginatione. Sed hoc nõ valet: sunt enim illi omnino æquales, eiusdemq; rationis, sicut duo oculi, duæ aures. Probatur: quia non est transitus ab vno in alterum, sed vterque in tertium concurrit.

Respõsio prima.

Secunda obiectio. Solutio.

Respondet Alber. quòd vna medietas sinus medij est pro Aestimatione, altera pro phantasia. Sed hoc nihil est: potentia enim vnum habet organum perfectum, & integrum.

Tertia rõ ex operationibus.

Probatur tertiò: quia sicut Intellectus est apprehendere, & iudicare, ita etiam erit vnius virtutis sensitiuæ formas percipere, & Aestimare: quod est iudicare quoddam.

Adde etiam, quòd phantasia idẽ prorsus apud Græcos significat, quod apud Latinos imaginatio: vnde eadem virtus est prorsus: & hæc est, quæ imaginatur, & etiam elicit non sensatas intentiones.

Confiteor tamen eam opinionẽ, quæ quatuor potentias ponit, addens phantasiæ seu imaginationi æstimatiuam distinctam, cognoscentem illas species insensatas, & iudicantem, non carere magna probabilitate, triplici de causa. Primò quia contingit aliquem benè imaginari, & malè iudicare: habere, inquam, vim imaginandi optimam, iudicandi verò ac æstimãdi pessimam. Quare vterq; actus non videtur ad eandem potentiam spectare. Nam aliàs, si vnius & eiusdem potentiæ essent, tunc qui vnum rectè posset, etiam alterum posset rectè exercere. Secundò: quia in somnis contingit solui imaginationem, & tamen ligari iudicium & æstimatiuam. Tertiò: quia videmus alicui valere apprehensione & ingenio, & non iudicio: & contrà, alterum valere iudicio, & non ingenio & apprehensione, vt quotidie i scholasticis experimur. Quorum alterum ex imaginatiua, alterũ ex æstimatiua peruenire videtur. Probabilius tamen putamus esse tres.

2. Concl. Harũ potentiarũ variæ sunt operationes.

Secunda cõclusio. Harum potentiarũ variæ sunt operationes. In primis, sensu communi sensata sensuum exteriorum, ipsorumq; differentias percipimus, præsentibus tamen sensibilibus, seu ad aliquã modicam absentiam: de hoc autem sensu plura diximus superius.

Æstimatiua, seu phãtasie operationes. Memoriæ operationes.

Aestimatiua duas operationes habet, & nõ sensatas intẽtiones percipere, & in absentia obiectorum ipsa percipere.

Memoria autem retinet & conseruat eas intentiones tam sensatas, quàm insensatas. Aliqui etiam putant, quòd quandã habet operationẽ, videlicet, cognoscere res cum circumstantia temporis, id est, ꝙ sensatæ sunt: non quòd tempus formaliter percipiat; sed materialiter: hoc est, ꝙ cognoscat rem cum hac circumstantia, ꝙ aliàs sensata fuit, vel æstimata: & videtur sic dicere Alber. loco citato, & Aristoteles lib. de memoria, quanquàm communiter alij melius loquantur, putantes memoriam non cognoscere, sed solum conseruare species, vt D. Thomas. 1. p. q. 78. ar. 4. & ibi Caietanus & alij: nisi de memoria hominis loquaris, quæ habet etiã reminiscentiam per discursum, quanquã hic actus potius est Intellectus, subministratis à memoria & imaginatione speciebus: sicut etiam simplex memorãdi actus est eiusdem Intellectus, vel imaginationis, ministratis speciebus à memoria, in qua tanquam in quadam theca reseruãtur. Hæ ergo sunt operationes harum potentiarum. magis tamen ista declarabuntur in quæstione sequenti.

3. Concl. Hæ potentiæ sunt à natura cõstitutæ. vt animalia perfectè suas actiones exequantur.

Tertia conclusio. Istæ internæ virtutes & potentię sunt à natura constitutæ, vt animalia suas actiones perfectè exequantur.

Explicat & probatur cõclusio in bruto & in homine.

Vbi nota, quòd homo in hoc differt à brutis inter alia, quòd bruta solas habent operationes ordinatas ad actum: Vnde quicquid per æstimatiuam iudicãt, quidquid memoria attingunt, totum est ordinatum ad praxim, & ad opus, puta, vt moueantur, vt quiescant, vt prosequantur, vt fugiant. totum deniq; ad passiones appetitus mouendas est, secũdum quem appetitum in esse conseruare se student.

Homo autem præter praxim, habet puram contemplationem. Vnde sensus hi non solum ad operationes ei deseruiunt, sed etiam ad intellectionem: Intellectus enim sensibus innatur vt ministris, ob id plura cognoscunt hi sensus in homine, quã in brutis, vt in sequẽti quæst. ostendemus. Vnde Arist. procem. Metaph. dicit, quòd sensus, quamuis nihil essemus facturi, diligeremus propter scientias. Ex his igitur omnibus patent numerus, organa, operationes, finis horum sensuum interiorum. Ad argumenta ergo oportet iam respondere.

Ad primum dico, quòd memorari, & imaginari vocantur passiones sensus cõmunis, non quòd ipsius sint, sed quòd cognoscantur ab ipso: quia memoria, & phantasia præsupponunt sensum communem, sicut communis exteriores, ob id horum passio potest dici ipse communis.

Ad secundum dico, quòd licèt idem cognoscat habeat ꝙ; idem obiectum primũs tamen non eodem modo: sensus enim cõmunis per sensus exteriores immutatur ab illo, at phantasia mediante etiam ipso sensu communi: & vlterius habet aliam actionem præter illam, puta, species non sensatas percipere, & illud idem obiectũ communis in absentia percipere: quod etiam sentit obiectum diuersum, ideo distincta est potentia. Nam potentiæ subordinatæ sic se habẽt, vt superior cognoscat id quod inferior, & aliquid aliud, vel alio modo: & ita fit in præsenti: superior enim est phantasia sensui communi.

Ad tertium Aegid. vult quòd illi definitioni addatur illa particula, (secundùm quam animalia agunt,) & sic differt à sensu communi, qui non mouet animalis appetitum. Caiet. addit alteram, scilicet. (Et est similis sensui exteriori) ad differentiã Intellectus. Sed profectò, quamuis omnes hæ particulæ in textu sint, non tamẽ sunt de definitione, nisi tantum, quòd est motus à sensu in actu.

Ob id dico cum Philop. quòd per sensum intelligit simul communem cum exteriori: & tunc est sensus, quod imaginatio seu phantasia mouetur à sensibilibus proprio, & communi simul sensatis: quia communis sine proprio non operatur.

Ad quartum dico, quòd ibi definitur phantasia in actu pro operatione, & pro materiali: Si verò potentiam velis definire, sic posses dicere, esse virtutem, quæ à sensibilibus sensatis primò apta est moueri, illaque iudicare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An in parte sensitiua sit aliquid rationis. Quæst. VII.

Sensus quæstionis.

NOtandum primò quid ratio sit. vocamus n. ratione vim & facultatẽ animæ, quæ ex vna cognitione in aliã venit virtute illius talis cognitionis. Vnde ex vnius cognitione in alterius cognitionem transire, non est ratio: sed cum virtute præcedentis cognitionis aliud secundum se occultorum cognoscimus. Et hoc modo petimus, an aliqua potẽtia cognoscitiua sit ratiocinatoria, quæ sit sensitiua potentia.

Primum argumentum pro parte affirmatiua.

Et videtur quòd sic. Vbi est prudentia, ibi est ratio: sed in brutis, quæ non habẽt nisi solas potentias sensitiuas cognoscitiuas, est prudentia: ergo ibi est ratio, & cõsequenter facultas sensitiua est ratiocinatoria. Discursus est notus cum maiori. Minor probatur 1. Meta. cap. 1. Apes, & formicæ dicuntur habere prudentiam.

2. Arg.

Probatur secundò. Bruta sunt capacia disciplinæ: multa enim animalia docenẽ loqui, aliaq; opera multa facere: ergo ratiocinantur. Doctrina enim, & disciplina in ratione consistunt.

3. Arg.

Probatur tertiò experientia. Nam opera ipsorum brutorum maximè rationem videntur indicare: media enim in finem ordinant, futura pronunciant, aduersa fugiunt, commoda prosequuntur, vt omnibus notũ est: ergo rationẽ aliquã habẽt.

Prima opinio erronea Laurentij Vallæ.

In hac re est sententia quædam Laurẽtij Vallæ, qui proprios Grammaticę fines transcendens, audaciter se Philosophis opponit: hic enim in libello quodã de Dialectica cap. 9. bruta rationem & discursum habere dicit. Pro quo faciunt argumenta quæ fecimus in principio: & videtur etiã eius sententiæ Plutarchus: est tamen hæc sententia erronea, & in philosophia, & in fide.

Secunda opinio. Nota de potentia hominis cogitatiua, & eius officio.

Vera sententia omniũ Philosophorum est, bruta omnia carere discursu, & ratione: inter hos tamen plurimi concedunt priuilegium quoddam homini, vt propter formæ suæ excellentiã sortiatur quãdam sensitiuam virtutem discursiuam in particularibus, & indiuiduis: & hæc cogitatiua dicitur. Cuius doctrinę inuentor fuit Auicẽ. 6. naturalium. p. 4. cap. 2. id recepit Anerro. Alber. & S. Tho. 1. p. q. 78. ar. 4 Iandu. q. 37. & Caiet. & alij: dicuntq; istam facere propositiones singulares, & syllogismos particulares: hoc tamen nõ attingit vlla æstimatio brutorum. Causa autem huius est, quia nascitur illa cogitatiua ab anima rationali: vnde fuit æquum vt propter ipsam eleuaretur pars hominis sensitiua.

Prima ecclu. Bruta nullo modo ratione vtũtur. Primò ab auth. Arist.

Vt autem in hac parte ostendam quod mihi probabilius videtur. sit prima conclusio. Bruta nullo modo ratione vtuntur. Hic est communis cõsensus Philosophorum: & est expresse Arist. tex. 157. vbi dicit, nihil brutis posse persuaderi, quia ratione carent. & lib. de memoria cap. 4 dicit nulla animalia rtminisci, nisi hominem: quia reminiscentia est vt quidam syllogismus.

2. Ratio.

Probatur secundò. Bruta non possunt percipere vniuersale, vt notum est: ergo nõ possunt vti ratione. Consequentia proba t: quia omnis discursus innititur cuidã principio vniuersali, sine quo impossibile est discurrere: id est, quæ de vno prædicantur affirmatiuè vel negatiuè, affirmantur vel negantur de eo, de quo illud affirmatur. Virtus autem animalis non potest hoc principiũ percipere: ergo nec discurrere. Et hoc argumentum concludit.

3. Ratio.

Probatur tertiò. Si bruta discurrerent, esset propter operationes, quæ apparent ab ipsis fieri: sed non propter has in ipsis ratio admittenda est: ergo nõ discurrent. Consequẽtia est nota cum maiori. Minor probatur primò, quia, si illæ operationes rationi essent tribuendæ, profectò bruta essent rationabiliora multis hominibus, quia faciunt opera stupenda.

4 Ratio.

Probatur secundò: quia in plantis, & virtutibus naturalibus experimur operationes mirabiles, & quæ maximè videntur esse rationis. non tamen eas rationi tribuimus. Patet in calore, qui aurum, argentum, plumbum, terrum simul congesta, vi sua separat: virtus seminalis tot partes organizat: virtus nutritiua alimenta varijs tribuit partibus. hæc autem omnia maximè videbantur rationem indicare, non tamen rationis sunt, ita nec brutorum opera.

5. Ratio.

Præterea quintò: quia iam rationale esset differentia generica efficiens genus animalis, nec deberent dici bruta, sed rationalia.

6. Ratio.

Præterea sextò. quia si habent rationem: ergo & rationalem appetitum. f. voluntatem: ergo & liberum arbitrium in rebus, de quibus ratiocinantur, & deliberant. Rursus adhuc: ergo peccant, & meritoriè operantur: Hæc autem sunt absurdissima.

7. Ratio.

Præterea septimo. Si habẽt rationem, & discursum, ergo etiam scientiam, prudentiam, & sapientiam. Et si volũtatem, ergo etiam virtutes voluntatis, iustitiam, temperantiam, fortitudinẽ, liberalitatẽ, obedientiam: imo vero, si sic placet delirare, etiam religionem, & fidẽ haberent, quę sunt impia omnino, & erronea.

Dubium.

Dices, Quomodo ergo bruta ista opera faciunt? Respondeo, q̃ duplici modo.

Solutio

Alter est naturæ instinctus: alter inclinatio ex assuetudine prouenies, cum memoria. Instinctus est appetit⁹ naturaliter determinans phantasiã ad similes cognitiones: quod enim in nobis ratio facit, id facit appetitus determinans naturaliter, & non per discursum aliquem. Similiter ipsa phantasia determinata est ad percipiendas intentiones non sensatas absque discursu: sicut oculus ad videndum colorem, & non dulcedinem. Ista etiam inclinatio, & instinctus prouenit ex quadam assuetudine in memoria relicta ex multis & assiduis actibus, vt dicemus post: i his tamen nullus est discursus, nec ratio.

Secunda cõclu. Cogitatiua hominis si sola cõsideretur absq; intellectu concurrẽte nõ est differentia nec ⁊ positiua ad faciẽdum 1. Ratio.

Secunda cõclusio. Cogitatiua hominis si sola consideretur absq; Intellectu concurrente, nullo modo est discursiua, nec vllam potest propositionẽ facere. Fateor conclusionem esse contra multos viros doctos, si non spernendis rationibus, imò (ni fallor) cõcludentibus eam mihi persuadeo. Primò Nulla vis potest discursum habere, nisi quę potest percipere illa principia duo communissima in quibus discursus fundatur: id est, dici de omni, & dici de nullo: At vis nulla sensitiua põt illa percipere, cum vniuersalia sint: ergo nulla vis sensitiua potest discurrere, & sic nec cogitatiua, cũ sensitiua, & organica sit. Discursus est notus cũ maiori. Maior patet: quia discursus, & illatio non solum antecedenti, sed etiam illi principio innititur, vt omnibus liquet.

2. Ratio.

Probo secundo. In discursu, in propositione omni semper oportet aliqd extremũ vniuersale cognoscere: sed nulla sensitiua vis potest ipsum cognoscere: ergo nec propositionẽ facere. Antecedens patet. Si dicas, Petrus est homo, vel album: prædicata sunt vniuersalia: q̃ si dicas, Petrus est hic homo, vel hoc album limitatè, tunc virtus sensitiua non potest cognoscere ista prædicata, vt prædicata: quia prædicata ista cognoscere præsupponit cognitionem illius, quod limitatum est, & determinatum: aliter non limitaret p propositionem, sed simul vtrumque perciperet per modum vnius.

3. Ratio.

Probatẽ tertiò. Discurrere vel repugnat intrinsece naturę sensitiuę, vt talis est: vel nõ. Si repugnat: tunc impossibile erit, q̃ in aliquo discurrat, quantumcũq; fit nobilissima, sicut nec oculus videt, quod ei repugnabat videre. Si verò nõ: tunc profectò & brutis poterit inesse ratio: quod est impossibile.

Et nota hic, quantum à veritate sit alienus Auerr. qui cogitationem dicebat esse purè sensitiuam, & cum hoc discurrere: puto contra ipsum argumenta hæc nostra esse demonstrationes.

4. Ratio.

Adde etiam, quòd in toto Arist. nec in vllo Græco interprete inuenitur, q̃ cogitatio sit virtus discursiua, & sensitiua: sed per cogitationem animæ rõnalis virtutẽ intelligunt, quæ Intellectus est: q̃ si per cogitationem aliquando phantasiam intelligũt illi qui interpretantur, tunc nullus est ineſt discursus.

Tertia cõclusio, quæ etiã æstimatiua dicit excedit æstimatiuam brutorũ multis. Primo.

Tertia conclusio. Hominis cogitatio, seu Aestimatio i multis aliis excedit brutorum æstimatiuas seu Imaginationes. Hic autem sunt quinque obseruanda.

Primò: hominis imaginatio sæpe conjuncta est cum libertate: potest enim, cũ liber, imaginari, & imaginibus vti, quas in memoria habet. At brutum non, nisi alũde offerantur: nõ enim pro arbitrio fingit imagines.

Secundo.

Secundò, imaginatio bruti nõ est sine æstimatione: quicquid enim imaginatur ipsius appetitum mouet: at cum æstimatione simul cõuenientis, vel disconuenientis imaginatur. At homo nõ; sæpe enim imaginatur, & ab imaginatione tali non mouetur, quia cũ nulla æstimatione est.

Causa

Causa autem huius est, ratione Intellectus, qui corrigit errorem imaginationis, ac impedit æstimationem iudicans non ita esse, qualiter imaginatio est. Et huius signum est: quod in somnijs imaginatio est cum æstimatione, & mouet, quia sopita est ratio.

2. Tertiò, imaginatio brutorum non cõponit imagines diuersas, nec fingit monstra: imaginatio verò hominis ob rationem, & libertatem id facit.

4. Quartò: quia imaginatio hominis deseruit rationi: plures elicit non sensatas intentiones, multaque alia cognoscit ad scientiam conducentia, vt similitudinem inter multa, & alia huiusmodi.

3 Quintò: simul cum Intellectu discursum participat, non quòd ipsa vllo modo discurrat, sed quòd percipit aliqua discursu Intellectus coniuncta. V.g. viso lupo picto, percipit non fugiendum, sed quia ratio ibi concurrit discurrendo. Similiter memoria percipit aliqua præcedente discursu Intellectus, vt cum alicuius memoramur; quia Intellectus ordinem, & coniecturas aliquas cognoscit, discursuq; vtitur, & tunc talis memoria, quæ discursum præsupponit, dicitur Reminiscentia. Atque hæc sunt valde notanda. Ad argumenta respondetur.

Ad 1. Nota quid sit prudentia. Ad primum nota, prudentiam esse habitum quendam, quo eligimus media apta ad aliquem finem, quod quidem fit cognito fine, & cognitis ipsis medijs ordinandis in finem. Bruta autem non præcognoscunt finem, nec media ordinant in finem, sed instinctu, & ductu naturę sumũt illa media, quæ apta sunt ad finem, quãuis nec finem cognoscant, nec in ipsum media ordinent. Vnde, quia operantur, ac si prudentiam haberent, dicũtur esse prudentia, sed non est vere in ipsis; vera enim prudentia est cum præcognitione finis, et ordinatione mediorum in finem, & talis est prudentia, quæ rationi innititur.

Ad secundum dictum est iam non esse disciplinæ capacia, nisi ex quadam assuetudine, & inclinatione per assuefactionẽ acquisita.

Ad 3. Nota. Ad tertium diximus in cõclusione prima, non ob illas operationes tantum esse colligendum, rationem illis inesse, cum etiam in sensibilibus operationes rationabilissimæ appareant; bene quidem arguunt rationem summam illius Autoris naturæ, quæ omnibus in suos fines proprios virtutes dedit motiuas.

An formicæ, & apes habeant imaginationẽ. vbi et de imaginationis gradibus & perfectionibus. Quæst. VIII.

Occasio quæstionis. 1. Ratio pro parte affirm.

VIus quæstionis nobis occasionem dedit Aristo. qui id negat tex. 156. At in oppositum est locus 2. de anima tex. 20. vbi dicitur, q in quibus est tactus, ibi est imaginatio, & 1. Metaph. cap. 1. animalia omnia phantasijs viuere dicit.

2. Ratio. Secundò ratio sauet. Nam formica est animal prudens valde, apes autem multum artificiosæ; videntur ergo habere phantasiam.

multiplex opinio ex Arist. expositione. Prima S. Tho. sententia. Aduerte itaque, quòd huius loci Arist. multiplex est Philosophorum expositio. Prima est S. Tho. concedentis apes, & formicas non habere phantasiam perfectam quia quæ operantur, instinctu & ductu naturæ faciunt.

Hæc expositio nõ videtur satisfacere: quia quamuis ductu naturæ operentur, tamen phantasia media id fit: nam instinctus determinat phantasiam ad cognitionem eorum, quæ operantur: sunt ergo phantasiæ etiam tribuendæ.

Secunda Ægidii expositio & sententia. Nota triplicẽ phãtasiam. Altera sententia est Aegid. & Caiet. Thie. dicunt triplicem esse phantasiam. Prima est imperfecta, quæ non operatur nisi circa præsentia, & talis est in imperfectissimis animalibus, vt spongijs, cõchis, & alijs huiusmodi. Alia est perfecta, quæ in absentia operatur: & hæc est in homine, equo, alijsque perfectis. Tertia est media, quę non operatur, nisi quãdo aliquo modo est in præsentia obiectum: & talis est in apibus, & formicis. Hæc enim animalia, cum in opere & exercitio sunt phantasiantur, & imaginantur, non autẽ extra opus.

Per hoc interpretantur locum hũc q loquatur de imaginatione perfecta: in illo vero 2. de anima vniuersaliter de oĩ.

Hæc

Horũ sententia reijcitur. Hæc doctrina est bona, & commoda expositio, quamuis non videatur multum conuenire: quia Arist. vermes coniungit cum formicis, & tamen illi non habent illam mediam imaginationem. Primò: quia etiã formicæ in absentia imaginantur, aliter non se mouerent ad opus.

Tertia expositio Iandu. q. 37. qui dicit, locum illum esse legendum affirmatiuè, vt velit dicere, q aliquibus non inest phantasia: quæ tamen inest formicis, & apibus.

Reiicitur hæc expositio. Hæc expositio non quadrat, tum quia est contra Græcos expositores, quibus in verborum connexione maior est adhibẽda fides: tum etiam, quia est aduersus tex. in quo simul ponuntur vermes cum apibus: illis autẽ non inest talis imaginatio.

Quarta expositio Alberti, & Auerr. Quarta expositio est Alber. & Auerro. qui dicunt exemplum non esse verum: quia formicæ, & apes habent phãtasiam perfectam. Dicit tamen Auerr. quòd Aristo. non fuit sõlicitus de exemplis. Alber. autem vitio Impressorũ seu traductorum id tribuit, qui non intellexerunt nomina animalium. Sed non videntur hæ commodę excusationes. Altera enim negligẽtiã innuit Aristotelis, altera Græcis interpretibus verborum ignorantiã imponit.

Reiicitur hæc ista. Mihi post omnes has expositiones vna alia placet, quæ Philoponi est: hic enim distinguit imaginationes duas. Altera est, quæ cum sola memoria cõiuncta est, quam vocat recordationem. Altera est, quæ vltra memoriam disciplinæ capacitatem habet, quam etiam distinctionem ponit in alijs libris Arist. 1. Meta. c. 1. dicens aliqua solũm memoriam, aliqua capacitatem disciplinæ habere. Iuxta distinctionem hanc respondet, formicas, & apes memoriam cum phantasia habere, nõ tamen habere phãtasiam disciplinabilem, in quo cum vermibus conueniunt: & de hac loquitur in præsenti Arist.

Quia ex Philopono & ista verior. Et Aduertendum, quòd ista distinctio Philoponi est de imaginatione perfecta. Duplex est enim imaginatio. Altera imperfecta, seu determinata, altera perfecta, seu determinata. Ea indeterminata dicitur, quę non percipit aliud conueniens, vel disconueniens, quàm quod in gustu, vel tactu molestum, vel delectabile est: & hęc non est à tactu, vel gustu distincta, solumq; in obiecti præsentia est, nec organum habet determinatum, sed cum tactu sparsa est: & hęc vermibus, & quibusdam alijs inest animalibus. Determinata est, quæ alia etiam disconuenientia vel conuenientia percipit, & talis organum habet certum inest q; etiam apibus, & formicis, & hanc distinxit Philop. Et ex hoc refutatur expositio Aegid. non enim constituit perfectio vel imperfectio phantasiæ in præsentia, vel absentia: sed in eo, quod dictum est.

Primum fundamẽtũ, duplicem imaginationẽ ex qua respõdetur imagi nationi. Imaginationem aliam imperfectã, aliã imperfectã, & perfectã esse duplicẽ. De gradibus imaginationis. Vt autem melius ista intelligantur, aduerte primò, quòd 1. Metaph. tres gradus animaliũ ponuntur, quæ phantasiæ vtuntur. Primus est illorum imperfectorum, qui solem illam indeterminatam imaginationem, à tactu non distinctam habẽt. Secundus est habentium perfectam cum memoria: & talia sunt animalia prudentiam habentia. Tertius est eorum, qui simul cum memoria, & imaginatione habẽt auditum, & hæc disciplinabilia sunt: nam auditu percipiunt docentis vocem, memoria retinent similes sonos, & assuescunt ad operandum inclinatione quadã, tamen non quicunque auditus sufficit.

Triplex animalium auditus differẽtia. Tripliciter enim audire contingit animalia, vt docet Albe. lib. 8. histo. tract. 5. cap. 1. quodã audiunt tantùm sonos confusos, & omnes vniformiter absq; distinctione, quomodo ego puto audire apes. Alia cum sono quandam harmoniam delectantem percipiunt, sicut Delphines, & Philomela. Quędam distinctè voces percipiũt, distinctionem q; sonorum formãt: & hæc sunt disciplinabilia. Et attende, multa esse disciplinabilia, quæ non apparent inexpertis: communiter enim mures indisciplinabiles existimant, & tamen Albe. dicit se vidisse supra mensam murem candelam manibus tenere ad imperium domini alijs cœnantibus.

De imaginationis perfectione seu phantasia. Aduerte secundò ex eodem Alberto, loco allegato, quòd imaginationis seu phãtasiæ perfectio cõpletur ex quatuor, quibus omnibus vel singulis deficientibus imperfecta est. Primò cõsistit in sicco, & humido tẽperato, vt facile recipere, & etiam retinere valeat: sicut sensus communis in humiditate multa consistit ad facilè recipiẽdum: memoria verò in siccitate ad retinendum multum. Secundo, in spiritu

puro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

puro & mediocri: spiritus enim opaci faciũt res apparere horribiles: in spiritibus enim subiectantur species prius quàm in organo. Tertiò, vt via sit legitima & recta, qua spiritus fluũt: ex obliquitate enim & irregularitate ipsius, accidit in speciebus mutatio. Quarto ne sit multus calor a corde, vel stomacho proueniens: hic.n. multum turbat, & agitat spiritus, sicut nimia frigiditas inertes facit, ac immobiles. Per hæc facile est argumenta soluere.

Ad 1. Ad primũ dico, in 2. de anima esse locutum de imaginatione vniuersali, hic verò de disciplinabili.

Ad 2. Ad secundum dicitur, quòd bene concludit habere illa animalis phantasiam, sed non disciplinabilem: hoc autem negat Arist. non illud.

Caput quartum.

De parte autem animæ. Tex. I.

De Intellectu. Nota. ex hoc loco Arabes inuenerũt tertium humanum. Intentio Arist.

HInc sumunt Arabes initium libri tertij: nos tamen Græcorum sectionem secuti, superius principiũ fecimus: quidquid tamen de hoc sit, quia parum profectò sectio ista conducit, Aristote intendit postquam de vegetatiuis potentijs ac sensitiuis tam exterioribus, quã interioribus disseruit, nũc de intellectiuis tractare. Est autem duplex Intellectus seu intelligendi principium. Alterum, quod dicitur possibile, cuius est rerum formas & species recipere, actusq; producere. Alterum, quod dicitur agens, cuius est species in possibile immittere, intelligibiliaq; potentia, facere actu intellecta: de vtroque principio sermonem texit.

Duplex Intellectus, agens & possibilis.
1.
2.

Triplex status intellectus, possibilis.
1.
2.
3.

Vlterius, Intellectus possibilis triplicẽ sortitur statum. Primus est, cum in potentia est, id est, cùm nihil habet eorum, quæ intelligenda sunt, sed solùm habet suam naturam, & essentiã. Alter est, cùm iam habet aliquo modo, quæ intelligenda sunt, quamuis non operetur, diciturque Intellectus in habitu. Tertius est, cũ operatur & intelligit, vocaturque Intellectus in actu: quam distinctionẽ notat Philop. & in eius declaratione impugnat Alex. quod etiam nos magis post hæc discutiemus.

Quę, & quot de Intellectu tractãda sint.

Iam verò ex his Arist. intentio manifesta est: intendit enim tractare quatuor: de Intellectu possibili secundum se & in potentia, de Intellectu in habitu, de Intellectu in actu, & de Intellectu agente.

In textu igitur præsenti suam proponit intentionem in communi, dicens duo. Alterum est, quòd speculatio præsens est de parte animæ, qua ipsa anima cognoscit, & sapit. Alterum est, quòd de hac parte duo tractãda sunt. Prius est, quomodo pars ista, & facultas intelligendi differat ab alijs cognoscendi facultatibus. Posterius est, quomodo fiat intellectio.

Obiectio.

Et quia tu posses obijcere Aristoteli, q̃ oportebat aliud prius determinare, id est, an ista facultas & potẽtia sit distincta ab alijs secundum subiectum & magnitudinem, vt voluit Plato, qui intellectum in cerebro posuit: an non sit distincta secundum subiectum, vel ratione & definitione solũ, sicut vegetatiuum, & sensitiuum.

Solutio. 2.

Huic respondet, quòd parum refert ad alia duo proposita determinanda id discutere: quicquid enim dicat adhuc illa duo tractanda sunt. Adde tu etiam, quòd ex horum duorum discussione illud manifestum fiet. Hæc est (vt puto) fidelissima & notanda huius loci expositio: quæ tamen alij dicunt, referam, vt magis data expositio probetur.

Quadruplex controuersia. Interpretum.

Quadruplex est in huius loci expositione discordia inter Interpretes. Prima est quid per animæ partem intelligi debeat. Philop. enim animam rationalem intelligit. Putat enim partem sumi pro specie: est autẽ rationalis anima species animæ. Sed ista expositio manifestè ex ipsius verbis reijcitur. Dicit enim de parte, qua alia sapit, & cognoscit. quòd si pro specie sumerent, nõ oportebat sic dici: sed, de parte animæ, quæ sapit & cognoscit.

Prima, qd intelligat Arist. per animæ partes. Secunda expositio Philop.

Eodem argumento refellitur expositio Auerr. qui per partem intelligit speciem, hancque putat esse cogitationem, quę est anima quædam sensitiua, qua homo ab allis distinguitur.

Reficitur expo 1.

Secunda expositio Auerro. Reijcitur secũda expositio.

Sed hæc expositio est prorsus extra sensum verborum, imò ei cõtraria: quia per hanc non sapimus, nec intelligimus: & præterea, qa de tali parte quærit quomodo à sensitiuis facultatibus distinguatur, quomodoq; fiat ipsius operatio, scilicet, intellectio: quæ tamẽ nõ possunt adaptari animæ cogitatiuæ. Adde etiam, quòd hæc sensitiua est, & cum sensitiuis alijs tracta est, nec in toto hoc libro vllum fit verbum de ipsa: & hic aduerte quantũ ab Arist. sit alienum deliramentum Auerro.

Tertia expositio Simplic. & D. Tho. & vtrior.

Tertia est expositio Simplicij & D. Thomæ & vtriorum.

Secunda expositio, quam Simplicius & D. Thomas & vtriores sequuntur.

Tertia igitur est expositio Simplicij & D. Thomæ & vtriorum, quam secuti sumus. Et quia tu posses obijcere Aristoteli, q̃ oportebat aliud prius determinare, id est, an ista facultas & potẽtia sit distincta ab alijs secundum subiectum & magnitudinem, vt voluit Plato, qui intellectum in cerebro posuit: an non sit distincta secundum subiectum, vel ratione & definitione solũ, sicut vegetatiuum, & sensitiuum.

Huic respondet, quòd parum refert ad alia duo proposita determinanda id discutere: quicquid enim dicat adhuc illa duo tractanda sunt. Adde tu etiam, quòd ex horum duorum discussione illud manifestum fiet. Hæc est (vt puto) fidelissima & notanda huius loci expositio: quæ tamen alij dicunt, referam, vt magis data expositio probetur.

Quadruplex est in huius loci expositione discordia inter Interpretes. Prima est quid per animæ partem intelligi debeat. Philop. enim animam rationalem intelligit. Putat enim partem sumi pro specie: est autẽ rationalis anima species animæ. Sed ista expositio manifestè ex ipsius verbis reijcitur. Dicit enim de parte, qua alia sapit, & cognoscit. quòd si pro specie sumerent, nõ oportebat sic dici: sed, de parte animæ, quæ sapit & cognoscit.

Eodem argumento refellitur expositio Auerr. qui per partem intelligit speciem, hancque putat esse cogitationem, quę est anima quædam sensitiua, qua homo ab allis distinguitur.

Sed hæc expositio est prorsus extra sensum verborum, imò ei cõtraria: quia per hanc non sapimus, nec intelligimus: & præterea, qa de tali parte quærit quomodo à sensitiuis facultatibus distinguatur, quomodoq; fiat ipsius operatio, scilicet, intellectio: quæ tamẽ nõ possunt adaptari animæ cogitatiuæ. Adde etiam, quòd hæc sensitiua est, & cum sensitiuis alijs tracta est, nec in toto hoc libro vllum fit verbum de ipsa: & hic aduerte quantũ ab Arist. sit alienum deliramentum Auerro.

Tertia expositio est Simplic. & Them. S. Tho. & aliorum, per partem animæ intelligendum esse ipsam facultatem, & potentiam, quæ dicitur Intellectus possibilis. nam per hunc intelligit, & sapit anima, & hanc nos expositionem secuti sumus. Ex quo fit, quòd in isto textu proponitur prius tractandum de Intellectu possibili in potentia, & secundum se.

Secunda discordia est circa numerum quæstionum. Simpl. & Philop. tres quæst. dicunt hic proponi de ista animæ parte. Prima an sit separabilis secũdum magnitudinẽ, an tantùm ratione. Secunda quomodo distinguatur ab alijs facultatibus. Tertiâ quomodo fiat intellectio.

Themist. verò, quem sequitur Auerro. D. Thomas & alij, solùm duas vltimas proponi affirmant: & nos hoc secuti sumus. Illa enim prima non per se proponitur tractanda, sed solùm non necessaria esse ostenditur ad alia duo inquirenda. Et hoc ipsa litera satis manifestat.

Secta de numero quæstionũ, quas proponit Aristote. tractandas.
1. Sententia Simp. & Philo.
2. Sententia D. Th. & Them. &c.

Tertia discordia est de sensu primæ quæstionis. Philop. enim vult, q̃ sit ille, an rationalis anima sit immortalis, nec ne: & quãuis hæc expositio aliquo modo defendi possit, tamen literæ non videtur admodum quadrare. Oportebat enim sic dicere, An anima sit separabilis à magnitudine re, an sola ratione: non aũt sic dicit, sed aliter, puta, An sit separabilis secũdum magnitudinem, aut tãtùm ratione.

Tertia de sensu primæ quæstionis. Prima Philo sententia.

Aliter explicãt Simpli. Themi. S. Tho. & Auer. atque alij, puta, an talis facultas distincta ab alijs sortiatur corporis partem, vt volebat Plato, differatq; subiecto: an non, sed simul in eadem corporis parte sit. cum alijs potentijs, ratione q̃, & definitione ab eis differat. & hæc est optima expositio, nosq; eam secuti sumus.

Secta simplic. Them. & D. Tho.

Quarta discordia est de sensu secundæ illius quæst. Simpl. enim putat hunc esse sensum: quæ fiat ipsius Intellectus differentiæ, quibus diuiditur. At Themist. Philop. Auerro. S. Tho. & alij, putant esse sensum: quæ sit differentia Intellectus à reliquis facultatibus: & nos ita recepimus tã quàm literæ & Arist. conformius, cùm id postea Arist. tractet: quamuis forsan melius exponemus, vt vtrũque significetur.

Quarta discordia. Quæ sit differentia Intellectus à reliquis facultatibus.

Alia est circa verba discordia. Simpli. per, Cognoscit, intelligit ĩ vniuersali omnem cognitionem, vt postea restringatur per, Sapit, quod significat cognitionem Intellectus.

Quinta. quid intelligat Arist. per verbum, Cognoscit, & Sapit.

Philop. & Themi. per, Cognoscit, speculationem: per, Sapit, practicam intellectionem exponunt.

At S. Thom. per, Cognoscit, apprehensionẽ Intellectus: per, Sapit, iudicium exponit. et profectò omnes expositiones bonæ sunt. Mihi magis placet S. Tho. expositio, quia omnes operationes Intellectus comprehendit: nam sub illis duobus concluditur tam practica, quàm speculatiua cognitio: erit enim iudicũ practicum vel speculatiuum: & similiter apprehensio.

1. Prima de tẽba Simplicij.
2. Sententia Philo. & Themist. &c.
3. Sua sententia vtrioris D. Thom.

Si igitur est ipsum intelligere. Tex. II.

PRopositis duobus de Intellectu possibili potentia discutiendis nunc priorem quæst. discutit. vt bene notat Philopon. quamuis Simp. velit posteriorẽ. Quia verò prior quæstio circa ipsius naturam Intellectus versatur, talem naturam explicare conatur, duo tradens. Alterum est, quòd Intellectus est potentia, nihil actu habens eorum, quę intelligenda sunt, antequam intelligantur: sed sicut materia ex se est pura potentia in genere naturalium, ita Intellectus in genere intelligibilium. Alterum est, quòd non est organica potentia, nec vtens corpore, vt instrumento, ad operandum.

Natura Intellectiua qua sit.

Primo est Ipsa potentia.

Secundo, non est organica potentia.

Hęc duo probat, & in probatione prioris vtitur similitudine sensus, faciũq; hic argumentum. Sentire est pati quoddam: at intelligere est velut sentire: ergo intelligere est quoddam pati.

Primò, probatur primum.

Ne autem aliquis putaret intelligere esse pati prorsus eodem modo sicut sentire, addit, esse pati, aut quid simile: quãuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim non sint prorsus similia, vt dicetur: tamen in hoc conueniunt, quòd Intellect⁹, & sensus ab obiectis recipiãt formas.

Altera expositio.

Potest etiam esse alia expositio, quòd ob id dicat intelligere esse simile, ac pati: quia id non est vera passio corruptiua.

Impassibile ergo oportet esse. Tex. III.

Progreditur in eadem ratione inferẽdo duo. 1.

PRosequitur argumẽtum factum, & ex cõclusione infert duo. Alterum est: Si intelligere est pati, simile sicut sentire: ergo Intellectus impassibilis est passione corruptiua, sicut & sensus: id est, dum Intellectus intelligit, non corrumpitur, sed potius perficitur.

2.

Alterũ est: quòd si intelligere est quoddam pati, Intellectus erit susceptiuus formarum, & specierum intelligibilium, ita vt non habeat illas ex se actu: tunc enim non pateretur recipiendo, sed solùm haberet eas ex se potentia.

3.

Denique sub hoc communi scito comprehẽdit, quòd sicut sensus ad sensibilia, ita Intellectus ad intelligibilia se habet: sensus enim quæ sentit, non habet in se actu vt visus non est coloratus: ita nec Intellectus habet ea que intelligit.

Nota.

Et nota verbum illud, (Et nõ hoc.) Sensus est, quòd ex se Intellectus est potentia omnia, quæ intelligenda sunt, & non est hoc, id est, nõ habet ex se actu aliquid intelligendorum.

Necesse est itaque quoniã. Tex. IIII.

In quo Intellectus differat à sensu.

IXeo, ꝙ Intellectus est potentia intelligibilia, ipsius natura inferẽs, in qua à sensu distinguitur. Est igitur tale argumẽtũ: Intellectus est ex se potẽtia intelligibilia ea, quæ intelligit: sed intelligit oĩa: ergo est in potẽtia omnia. & in hoc à sensu differt. Sensus.n limitatè aliqua percipit accidentia, & sic non est vniuersaliter in potentia: visus enim colores percipit: ex se igitur actu colorem non habet: non tamen prohibet habere colorem, vel alias qualitates: at Intellectus cum omnia intelligat, vniuersaliter est in potentia. Hũc locum post explicabimus latè.

Laudatur Anaxa. q̃ Intellectum fecerit immistũ, & separatũ. Explicatio aliquorũ verborũ Aristo.

Ex hoc laudatur Anaxa. qui Intellectũ dixit esse incompositum, & immistum, separatumq; ab omnibus alijs, ex quibus omnia sunt composita. Et hoc habet Intellectus vt dominetur omnibus.

Explicat aũt dominari omnibus, ex se intelligere omnia: subdit rationem huius. Quia, si in se haberet actu aliquid, nõ posset illud extra cognoscere: vt si visus haberet colorem aliquem, similem colorem extra non perciperet, sicut in tactu apparet. Et hoc significant verba Aristot. quę sic se habent. (Intus apparens,) id est, hoc est intrinsecum, & in actu in ipsa potentia, prohibet cognosci ea similia, quæ extra sunt, & aliena.

Quare neq; ipsius vlla est natura. Tex. V.

Quid Intellectus sit in pura potentia in genere intelligibilium.

INsert tandem illud vnum duorum, quę supra proposuimus: id est, Intellectum esse in pura potentia in genere intelligibilium, nihilque ex se habere aliud, quã ꝙ potentia sit recipereq; possit. Vnde facultas hęc, qua aĩa intelligit, & existimat, id est, apprehendit, & iudicat, est potẽtia intelligibilia, antequã ipsa intelligantur, nullusq; act⁹ intelligẽdi ei à natura inest.

Vnde, nec rationabile est ipsum mistum. Tex. VI.

Quid Intellectus sit immistus. i. nõ vti corpore vt instrumẽto vel organo.

INsert modo illud secundũ quod dicebamus: idest, Intellectum non vti corpore, vt instrumento, vel organo: & hoc vocat nõ misceri cum corpore. Vt enim alibi diximus, hoc differt sensatio ab intellectione, quòd sensatio elicitur à coniuncto, ob id sensus potentia in coniuncto est: at intellectio non à coniuncto immediatè, sed à sola anima elicitur: ob id potentia Intellectus in anima sola immediatè

mediatè inest]: & hoc vocat modò Arist. Intellectum non esse mixtum.

1. Ratio.

Hoc autẽ probat duplici ratione. Prior est. Si Intellectus esset mixtus, & organica potentia, tunc esset calidus, & frigidus, afficeretur q; alijs qualitatibus corporis; sed hoc esse nõ potest, quia debet esse in pura potentia vt probatum est: ergo non est potentia organica. Maior nota est: ob id enim sensus participat corporis qualitates, quia immediatè in coniuncto est, cùm sit organica potentia: quòd si ita se habet Intellectus, similibus qualitatibus afficeretur.

Dubium.

Dices, Non ne Intellectus est etiam in corpore cum anima rationalis sit forma? ergo eodem modo dicetur calidus vel frigidus, sicut sensus.

Solutio.

Respondeo, esse magnum discrimẽ inter sensum & Intellectum: subiectũ enim immediatum sensus afficitur per se qualitatibus illis, quia coniunctum est, & corpus, per quod proximæ sentit qualitates, puta, oculus, aures, & cætera organa. Vnde fit, vt per se sensus indigeat illis qualitatibus, quæ dispositiones sunt eius, quod primò sentit, & ipsi immediatè insunt, quia corpus est.

At subiectum immediatũ Intellectus non afficitur per se illis qualitatibus: est enim anima sola, quæ per accidens dicitur calida. Vnde Intellectus non sic indiget qualitatibus ex parte principij, & subiecti: sed ex parte obiecti, quatenus sumit à sensu organico, quæ intelligenda sunt: & sic est intelligenda Aristote. ratio prior.

2. Ratio.

Posterior est. Si Intellectus esset organica vis, aliquod ei organum & instrumẽtum particulare responderet, vt in singulis sensibus fit: at nullum in humano corpore tale apparet. Nec valet dicere occultum esse: quia cum illud foret omnium organorum primum, maximè est manifestum.

Nota.

Et notandum, quòd non dixit, si Intellectus esset mixtus haberet organũ: si ita enim diceret, esset idẽ antecedens, & consequens, quia mixtum esse, significat habere organum: sed ita dixit, si mixtus esset, haberet organum aliquod distinctum & determinatum. Et pẽpende valde hęc verba quia in ipsis errant non pauci.

Et bene vtique qui dicũt.

Cõfirmatur ex Platone.

MVltum est huius loci notanda expositio, quã non multi assequuntur, nec cum præcedentibus cõtinuant. Sensus hic est: cũ dixisset, Intellectum non mixtum esse, id est, non organicum, quod non erat aliud, quàm dicere, aĩam ipsam solam intelligere primò, non autem corpus: hoc idem confirmat ex Platone, qui dixit aĩam locum esse formarum: id est, species quibus cognitio fit, in anima ipsa primò recipi, non in coniuncto, nec in corpore.

Limitat sententia Platonis. 1.

Quamuis hoc dictum sit limitandum dupliciter. Primò, quia non de omni anima hoc intelligendum est, sed de intellectiua, nam sensitiua species non suscipit, nisi simul cum corpore. Secundò limitandum est, quòd formæ non insunt in anima actu, vt volebat Plato, qui simul animam esse dicebat cum speciebus omnibus, & habitib⁹ à principio, & scire erat reminisci. Hoc non ita est: sed ei insunt potentia, quia potest de nouo capere.

2.

Quod autẽ non similis sit impassibilitas. Tex. VII.

Quòd alter sensus patitur, aliter Intellectus, atq; adeò si potentia in organica.

CVm textu secundo dixisset, non omnino similem esse passionem sensus, & Intellectus: id nunc ostendit ex dictis quomodo accidat, & quare. Discrimen igitur ex perientia hac comperitur. Cum vehemẽs sensibile percipitur, manet sensus impeditus per tempus ad sentiendum alia, & aliquando destructus, vt notum est in vehementi sono, vel lumine, vel alio quouis: at Intellectus, cùm altissima speculatur, & difficillima, non impeditus manet, imo aptior ad aliorum speculationem.

Discrimen igitur manifestum est: causa verò non est alia, quam prædicta. est enim sensus cum corpore, id est organica potentia: corpore autem patiente à vehementi sensibili, læditur potentia. At Intellectus non est organica potentia, nec per corpus intelligit: ob id non habet vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

læditur ab obiecto: nam anima, secundũ se, non patitur læsiua passione.

Nota, qd sit. Intellectum esse separabilem.

Nota, Intellectum esse separabilem, significare non esse organicum: nec in operatione sua a corpore pendere. vt a coniuncto, causã, vel principio.

Cum autem sic singula fa ctus est. Tex. VIII.

De Intellectu in habitu qd sit.

DE Intellectu in potẽtia hucusq; actum est, nũc tractat de Intellectu in habitu. Dicit autem primo, ꝙ Intellectus habitu etiã cùm habitu est, est in potentia, sed aliter quàm erat sine habitu. Hoc autem in duobus consistit. Primò, vt possit operari, & intelligere, cùm velit. Secundo, vt possit Intellectus habitu se ipsum intelligere: quæ duo non insunt Intellectui in potentia.

Explicat autem, qualiter se habeat Intellectus habitu, dicens: ꝙ Intellectus habitu est factus iam ipse res intelligibiles, id est, actu habet rerum species, sicut hẽt is, qui actu scit, & cõtemplatur, quamuis differat ab eo: quia non actu operatur sẽper, sed cum vult is, qui habet talem Intellectũ. Et ista est huius loci declaratio. Debet enim sic coniungi, & connecti. Cum Intellectus est factus omnia, seu res intelligibilis, sicut est factus Intellectus actu, non ꝙ sit actu, sed habitu, vt possit operari: tunc talis Intellectus, id est, habitu, est etiam in potentia, quamuis aliter, vt diximus.

An Intellectus secundum se sit pura potentia. Quæst. IX.

Occasio quæstionis.

ARdua valde est ista difficultas cuius occasionem nobis dat Arist. qui tex. 5. asserit, nõ aliam esse Intellectus huius naturam, quam esse potẽtiam omni actu priuatam: quod eo argumento probauit, quia omnia intelligit: debet ergo secundum se denudari ab omni actu. Hoc aũt intelligendum est de eo Intellectu, cuius est intelligere, qui dicit Intellectus possibilis. Quãuis aũt ardua sit hæc quæstio, tamen est valde vtilis: quippe ex ipsius resolutione cõuincitur, Intellectum non esse organicam potẽtiã, nec esse corpus, quæ duo simul multum conducunt ad immortalitatem animæ rationalis probandam.

Vt igitur ab argumentis, quæ difficultatem faciunt, incipiamus: est primũ argumentum contra partem affirmatiuam quæstionis, quod videtur esse Arist. Si Intellectus est potentia intelligibile, cùm intelligibile sit ipsum ens, tam substantia quàm accidens, sequitur quòd Intellectus erit potentia & non actu substantia, vel accidens: hoc autem esse non potest: ergo nõ est potentia omne intelligibile. Minor probatur: quia quòd non est actu substantia, vel accidens, nihil est: at Intellectus aliquid esse videtur.

Primum argumen. quod non sit pura potentia.

Probatur secũdò. Intellectus se ipsum intelligit, vt dicitur tex. 8. ergo ipse est intelligibilis ã se: quòd si Intellectus est in potentia omne intelligibile, erit in potẽtia ad se ipsum: quod est impossibile.

2. Arg.

Probat tertiò. Quod recipit, solũ debet esse denudatũ ab eo, quod recipitur: at Intellectus recipit nõ res ipsas, sed rerum species: ergo, secũdùm se, debet tantum denudatus esse ab ipsis speciebus: poterit ergo esse actu aliqua res, imò poterit esse calidus, vel frigidus, quia non recipit calorem, sed speciem caloris. Vnde quamuis actu sit calidus, manet in potentia ad speciem recipiẽdam caloris externi: non ergo colligitur, quia intelligit omnia, quòd nullius debet esse naturæ.

3. Arg.

Probatur quartò. Visus percipit colores omnes, & tamen colorem habet: non ergo oportet potentiam denudari ab eo, quod percipit. Minor probatur: quia visus sensorium corpus est mixtum: at omne mixtum coloris est particeps: similiter visus percipit quantitatem, & tamen quantus est ipse.

4. Arg.

Probatur quintò contra differentiam inter sensum, & Intellectũ in tex. 7. Nam læso organo corporeo etiam læditur Intellectus operatio, vt patet i phreneticis, & alijs morbis laborantibus: ergo Intellectus cum corpore est, sicut sensus.

5. Arg.

In hac re sunt tres opiniones: prima est Alex. 1. de anima, cap. de vi rationali, cuius sententiã citat Philop. in præsenti: qui putat Intellectum possibilẽ esse omnino

Prima opinio Alex.

nino puram potentiam in genere entis, tam materialis, quàm inimaterialis: hic enim quamuis Intellectum possibilem dicat esse à natura etiam in pueris existentem, tamen nõ putat esse aliquam animæ facultatem, aut vim positiuam, qua possit intelligere. Hæc enim vis poit aduenit cum ipsi intellectione, & specie. non est autem aliud Intellectus possibilis, secundum ipsum, quàm quòd anima possit postea temporis successu, & exercitatione hanc vim intelligẽdi sortiri: quod magis explicabitur inferius: hoc modo, Intellectus possibilis, pura est potentia nihilque habet actus. hæc eadẽ sententia est etiam Aureoli, qui lib. 6. vt refert Capre. 1. Sen. d. 3. q 3. putat intellectum esse putam potẽtiam in genere entis materialis, vel immaterialis, cùm vtrunque intelligat.

Secta quo rundã opinio.

Altera sententia est aliorum, qui Intellectum actum quendam esse dicunt: exponunt autem Aristotelis dictum hoc modo, quòd Intellectus est pura potentia, id est, nullam ex se habet speciem obiecti intelligibilis, vt volebat Plato.

Reiicitur hæc opinio.

Hæc expositio reijcienda est: quia si Aristote. vellet dicere Intellectum esse in potẽtia ad recipiendas species; tamen in se esse aliquam naturam actu eorum, quæ intelligibilia sunt: tunc ex hoc non probatur, quòd esset non mixtus, & non organicus. At Aristot. probat non esse organicum, quia tunc actu esset calidus, vel frigidus, quod esse non potest, cum sit potentia: ergo intendit, quòd actu nulla est natura eorum, quę intelligi debent.

3. Opinio Philop. & Simplic.

Tertia sententia est Philopo. Simpli. & Themis. qui Intellectum aliquid actu esse docent: dicũt tamen ipsum in genere intelligibilis esse puram potentiã: quod idẽ affirmat S. Tho. q. 8. de veritate.

Dubium.

Dices tu: Quid significat istud, quòd Intellectus in genere rei sit actus, tamen in genere intelligibilis sit pura potentia?

Respõsio.

Hoc opus, hic labor est. Inlusarunt multi illustres Philosophi in huius rei discussione. Aliqui verò non intelligentes, negauerunt doctrinam Arist. & communem. Dicam ergo quæ mihi post longum studium, multamque huius rei meditationem cognoscere datum est.

1. Conclus. Intel

Sit prima conclusio. Intellectus est denudatus ab omni natura, cuius primò species recipit, & ab omni eo, à quo primò mouetur.

lectus est denudat' omni natura, cuius primo species recipit.

In huius declarationem aliqua sunt notanda. Primum est, duplex esse obiectum Intellectus. Vnum motiuum tantum, alterum terminatiuũ, & aliquo modo simul motiuum. Id dicitur motiuum, quod speciem imprimit ipsi Intellectui, quamuis non sit ipsum, quod cognoscitur ab Intellectu. Terminatiuum est & aliquo modo etiam motiuum, quod cognoscitur ab Intellectu, & ipsius etiam species in Intellectu est.

Primum fundamẽ. duplex est obiectũ intellectus, motiuum. & terminatiuum.

Intellectus motiuũ obiectum est phantasma sensibile, id est, species recepta in imaginatione. nihil enim in isto statu potest Intellectum nostrum primò mouere ad intelligendum, nisi sensibile phantasma: non tamen phantasma est obiectum terminatiuum, quia non est ipsum, quod Intellectus intelligit. Terminatiuum autem est natura, & res in phantasmate inclusa, & per speciem repræsentata, quæ est natura etiam sensibilis, aut ordinem habens ad sensibilia.

Vnde si obiectum propriũ, & adæquatum motiuum Intellectus nostri pro statu, quo in corpore est, consideretur, non est aliud, quàm ens sensibile: non enim per alias species, quàm sensibilium rerũ, vel ad ipsius ordinem habentium intelligimus, cùm à sensibilibus phantasmatibus sint abstractæ.

Quid sit proprium obiectum & adæquatum motiuũ in hoc statu.

Alterum est notandum: ꝙ cùm in aliquo subiecto est actu aliqua forma, non potest in eo recipi alia similis, nec ipsius species intẽtionalis. Verbi gratia, vbi calor est, non potest recipi alius calor similis, nec ipsius species. Quantum enim ad hoc, æqua est conditio rei, & spẽs ipsius, vt benè dixit Iandu. q. 4. Et hoc experientia constat. Oculus enim colorem habẽs realem, impeditur à recipienda specie illius coloris similis: & auditus habens realem sonum, impeditur à percipienda specie alterius soni: similiter in alijs sensibus. Et hoc multum est notandum pro intelligentia huius doctrinæ Arist.

2. Funda. cũ in aliquo subiecto est aliqua forma non potest alia similis recipere nec eius speciem.

Nota tertiò, quòd potẽtia cognoscens nũ debet absolutè denudari ab actu, nisi ab eo solũ, à quo patitur, & cuius ipsẽm in se recipit. Vnde oculus ab illis coloribus est denudandus, à quibus mouetur,

3 Funda. potentia non debet esse denudata ab omni actu sed ab eo tantum à quo patitur.

& quo-

Universidad de Deusto Biblioteca

& quorum species habet & recipit: non autem ab alijs accidentibus.

Ex dictis, probatur conclusio.

Ex his sequitur declaratio, quomodo Intellectus est pura potentia, Intellectus enim non patitur, nec speciem recipit, nisi à phantasmate, & naturis sensibilibus, solum enim hæ sunt, quę in ipsum agunt. erit ergo Intellectus denudatus ab omni natura sensibili, nullaq; erit sensibilis natura. Hoc tamen non arguit non esse alicuius naturę, imò conuincit esse alicuius naturę spiritualis, & incorporeę, cum debeat denudari à naturis corporeis, à quibus patitur.

Cõfirmatur ro, & declaratę quo intellectus est pura potẽtia in genere suorum intelligibilũ.

Per hæc manifesta est conclusio. Manifesta etiam est sententia tertia Grecorum quòd Intellectus est pura potentia in genere suorum intelligibilium: non enim est vlla natura corporea, quæ est primò intelligibilis à nobis, & cuius speciẽ Intellectus recipit. Et hæc est causa, vt dicemus, cur seipsum intelligere non possit primò, non enim est natura sensibilis, quę sola Intellectum mouet. Vnde eleganter S. Thom. 3. Contra gen. cap. 45. dicit Intellectum possibilem tantum esse potentia ea omnia quæ virtute Intellectus agẽtis cognoscitur Hæc autem non sunt nisi materialia.

Nota, cur Intellectꝰ se ipsum nõ primo intelligat. Tertiũ dubium.

At, vt magis ista declararentur, propono aliquot dubia. Primum est: Si intellectus non est eius naturæ cuius speciem recipit, sequitur, quòd vna anima separata non posset recipere speciem alterius animæ: nec vnus Angelus speciem alterius: quia sicut natura corporea non potest recipere speciẽ similis naturæ, ita nec vnus Angelus, vel natura incorporea speciem alterius: cuius tamen oppositum docet Theologia, quæ in animabus, & angelis species infusas ponit.

Solutio.

Hoc dubium fateor, quòd difficile est soluere, imò ex hac parte argumentum Arist. videtur claudicare. Dico tamẽ pro ipsius defensione, qꝺ si species in anima separata essent, sicut species hæ inferiores, non possent recipi in ipsa aliarum animarum species: at non sunt: est enim duplex discrimen. Species enim illæ animarum & Angelorum non sunt adæquatæ vnius, imo per vnam speciem multæ naturæ distincta comprehenduntur: ob id species nõ est adæquata, & propria vnius obiecti, nec eiusdem ordinis. Alterum discrimen est: quia illæ species sunt exemplaria, in quibus lucẽt, & repræsentantur res cognitę ab ipso Intellectu: non autem sic sunt species inferiores, sed sunt principia adequata, quibus Intellectus percipit obiectum, à quo eam speciem recipit; & talem speciem non posset vnus Intellectus habere alterius, vt bene concedit Capreol. 1. Sen. d. 3. q. 3.

2. Dubiũ. Alterum dubium est: quia non videtur Intellectus esse pura potentia in ente sensibili, quia immutatur ab omnibus sensibilibus, phantasmatibus. nam sensus communis recipit species oĩum sensibilium, non tamen est pura potentia, imo est in corpore sensibili.

Respõsio prima. Respondeo, esse disparem rationẽ, primo: quia non immutatur immediatè à sensibilibus, sed per alios quinq; sensus; at Intellectus immutatur immediatè ab omnibus phantasmatibus.

Secunda. Secundo, quod magis ad rem est. Sensus communis non percipit integrè sensibilia illa omnia, sed secundum gradum aliquem: non enim calorem percipit, nec alias tangibiles qualitates in quocunque gradu, sed in excessu, sicut & tactus percipit: at Intellectus de omni gradu iudicat: ob id ab omni etiam gradu debet denudari: & sic prorsus incorporeus erit. Hęc igitur sunt, quæ mihi in huius declaratione dicenda visa sunt.

2. Conclusio, Intellectꝰ possibilis non est virtus organica. Secunda conclusio. Intellectus possibilis non est virtus organica, quæ per corpus intelligat, sicut sensus. Hæc probauit Arist. tribus rationibus in t. xxu. Prima est: Intellectus patitur à quacunq; natura sensibili: ergo denudatus est ab omni natura sensibili: sed si esset virtus organica, nõ denudatur etiam ab omni natura sensibili, sicut nec sensus, vt notum est: ergo Intellectus non est vis organica.

1. Ratio.

2. Ratio. Secunda est, si esset vis organica aliquod sortiretur organum determinatum, sicut patet in alijs cognoscitiuis potentijs organicis: at nullum tale organum inuenitur.

3. Ratio. Tertia est. Omnis virtus organica lædi tur ex cognoscibili vehementi, vt notum est in omni sensu: at Intellectus non lædi tur, sed potius perficitur ex suo vehemẽti cognoscibili: ergo non est vis organica.

4. Ratio. nica. Hæ sunt rationes Arist. possumus etiam alias superaddere.

Sit quarta ratio. Omnis organica virtus debilitat corpore debilitato: at Intellectus non debilitatur, imò augef potius: ergo non est organica virtus. Discursus est notus. Maior probatur: in senio enim ex corporis debilitate omnes sensus, & potẽtiæ nutritiuæ minuuntur, & deficiũt. Minor patet: nam tunc viget Intellectus: in senibus enim prudentia est.

Cõfirmatur ratio. Hoc etiam manifestum est in somno: ligatis enim sępe corporeis virtutibus, ali quando mirabilia intelligimus, & distinctius quam vigilantes: quod argumento est, nõ esse Intellectum vim corpoream, nec organicam.

5. Ratio. Quinta. Virtus organica intelligit, seu percipit obiectum cum loco, figura, quantitate, & accidente sensibili, vt patet per omnes sensus interiores, & exteriores: at Intellectus ab omnibus illis abstrahit, dũ vniuersale cognoscit, dum rei quidditatem contemplatur: ergo non est organica virtus.

6. Ratio. Sexta. Virtus organica non sentit, quæ sunt in se, vt tactus non percipit sui organi qualitates: at Intellectus percipit habitus, species actus, qui in se sunt, vt pòst dicemus: non est ergo vis organica.

7. Ratio. Septima. Si esset potentia organica, ergo corrupto organo corrumperetur, & ita sequeretur animam post mortem carere Intellectu, & ita nil intelligere omnino: quod & absurdum est, & erroneum.

Hæc argumenta sufficiant pro præsenti conclusione.

3. Conclusio, Intellectus nõ est corpꝰ. Tertia conclusio. Intellectus non est corpus, seu anima intellectiua nõ est corpus. Hæc probatur omnibus rationibus, quibus probata est conclusio præcedens, id est, Intellectum nõ esse virtutem organicam. Probatur etiam illis rationibus, quibus probatum est superius, animam non esse corpus, quas omnes non opus est repetere. Superest igitur ad argumenta respondere.

Ad primum. Nota duplex obiectũ intellectus vniuersalitatis, & primitatis. Ad primũ aduerte, obiectũ Intellectus esse duplex: Alterũ vniuersalitatis, alterũ primitatis seu modificationis. Vniuersalitatis id est, qđ continet quidquid ab Intellectu quocunq; modo cognosci põt: & hoc est totum ens cõplectens substantias materiales, & immateriales, & oĩa. Primitatis, id est, quod primò mouens seu motiuum potest imprimere speciẽ sui in ipsum Intellectum, & hoc non est totum ens, nisi sensibile: ab hoc enim mouetur per species receptas à phantasmatibus: immaterialia enim, vt docent Theologi, non possunt imprimere speciẽ sui in anima nec separata, nec coniuncta. Vnde Deus nõ videtur in cœlo per speciẽ creatam. Angeli videũr quidem per species. sed non productas ab ipsis imprimentibus alios Intellectus, sed à Deo infusas.

Soluitur argumẽ. Dico igitur, quòd Intellectus est in potentia ad totum illud intelligibile, à quo patitur, & cuius speciem recipit: cum autem hoc sit sensibile, solũ intellectus non erit vlla corporea vel sensibilis natura, erit tamen spiritualis, & incorporea.

Ad secũm. Ad secundum dico, ꝺ Intellectus non intelligit se directè, vt oſtẽdem⁹ in quæst. sequenti: sed indirectè, & per speciem alterius. Vnde non oportet, vt denudetur à se ipso, sed ab illius natura, à qua speciem recipit propriam.

Adtertiũ. Ad tertium solutio nota est ex his, quæ notauimus circa primam conclusionem: vbi diximus, quòd quantum ad hoc eadẽ est ratio rei, & speciei ipsius. Oculꝰ enim habens colorem, nõ solùm alium, aut similẽ non potest percipere: sed nec ipsius recipere speciem: & sic in alijs sensibus: erit ergo idem in Intellectu.

Ad quartum. Ad quartum dico tria. Primum est, ꝺ oculus non denudatur à quanto, nec à sensibili communi, quia non recipit ipsius speciem: sed proprij sensibilis.

1. Secundò, quòd oculus non omni no colore priuatur: habet enim quendam imperfectum, id est, diaphanum. Si tamẽ diaphanitatẽ colorem vocare licet: ob id non percipit omnes colores in quocunque gradu: vnde non videmus diaphana, nisi ex oppositione coloris opaci. At intellectus, vt diximus, de omni gradu coloris, & qualitatis iudicat, ob id simpliciter est denudatus.

2. Dico tertiò, & melius, quòd nõ est necessarium, vt omnia mixta habeant colorem, sed esse possunt diaphana, & perspicua, vt virrum, & christallum, & adamas: qa diaphanetas nõ est color, & talis est oculi pupilla, imò & omnino perspicuum nil

Universidad de Deusto
Biblioteca

nil vetat esse: atque ideo omnia diaphana mixta possunt omnium colorum species retinere, & plus aut minus, quò magis, vel minus sūt diaphana: Imò quāuis aliquem tenuem colorem habeant modò sint diaphana, non impedit receptionem specierum.

Ad quintum.

Ad quintum. Fateor Intellectum aliquando impediri organo lęso: sed tale impedimentum est ab extrinseco, quia lædi tur id, in quo sunt phantasmata, quæ ipsum movent: sensus autem læditur ab intrinseco læsione proprij subiecti.

Confirmatur solutio exemplo.

Et est exemplum appositum satis. Oculus non bene iudicat aliquando, quia ipse est malè dispositus in se: aliquando cum obiectum non est bene dispositū, vel quia distat, vel quia medium non est rectum. Dico igitur: quòd læsio Intellectus læsio corpore est similis secundo modo inā motiua Intellectus erant in corpore: at sensus lęsio ex lęsione corporis est primo modo. Arist. autem non in his læsionibus argumentum fundat: tunc enim id discrimen sensus, & Intellectus probādum erat: sed in hoc, scilicet, quòd vnius obiectū lædit, alterius perficit potentiam suam, cùm vt hemēs est: quod indicat sensum esse vim organicam, nō autem Intellectum. & ista sufficiant de hac quæstione.

An Intellectus possibilis sit potentia animæ. Vel (quod in idem recidit) an Intellectus possibilis sit informans, an substantia separata.

Qui vtraq; quęstiõa idem coincidat.

Quæst. X.

DIfficultas hic alia coincidit, puta an Intellectus possibilis sit substantia separata, & nō informās corpus, seu virtus talis substātiæ separatę: an non sic, sed sit forma informās, seu virtus formæ informantis materiam. Idem enim est fere petere, an sit forma, seu ipsius virtus: non enim virtus operatur sine eo, cuius est virtus. ob id per Intellectum communiter subiectū cum ipsa vi intelligendi sumunt, subiectum, inquam, proximum, & immediatum: sicut visus potentia cum organo aliquando dicitur, similiter quilibet alius sensus.

Primū argu. q̄ Intellectus, possibilis sit separatus & nō informās.

Sunt igitur argumenta, quibus probari videtur Intellectum possibilē esse separatum, & non informantem. Primum est ab authoritate. Arist. enim tria attributa concessit Intellectui possibili, id est, quòd sit impassibilis, quòd sit immixtus, quòd sit separatus. Sed hæc non possunt competere Intellectui, si sit forma in materia: ergo est separatus, & assistens tantùm. Dicursus est notus cū maiori. Probatur minor. Si enim est forma in corpore, patietur simul cum corpore cōiuncto, sicut & aliæ formæ: erit etiam mixtus cum qualitatibus sensibilibus, sicut & aliæ formæ: non erit nisi taantum ratione separatus à materia: ergo si ī materia est Intellectus, oppositа attributa sortitur.

2. Arg.

Secundum argumētum est. Obiectum habet proportionem cum potentia: sed Intellectus obiectum est vniuersale abstractum: ergo & ipse Intellectus erit abstractus, & non singularizatus per aliquā sensibilem materiam. Consequentia probatur à simili. vt enim sensus obiectum singulare est, sensusq; singularis, ita intellectus erit abstractus cum suo obiecto.

3. Arg.

Tertium est Auerr. Si Intellectus possibilis non est abstractus, aut est virtus organica, aut virtus limitata & contracta corpore: sed vtrumque repugnat Intellectui possibili: ergo est abstractus. Maior est nota. Minor patet: quia si est singularis per materiam, nō recipit speciem, nisi singularē, & sic nō vniuersale cognoscet.

4 Arg.

Quartum est Auicē. Vniuersale cognitum ab Intellectu vel ex se habet vniuersalitatem: & hoc non, quia tunc essent vniuersalia in rebus actu, ante opus Intellectus: Vel habet ab Intellectu: quòd si id ita est, ergo Intellectus ex se vniuersalis est: aliter nō daret alteri vniuersalitatem.

5. Arg.

Quintùm argumentum est Themist. cap. 32. Principia cognitionis per se nota eadem sunt pro omnibus, similiter idem ab omnibus cognoscitur: ergo Intellectus omnium vnus & idem est: ergo nō est in materia: aliter enim multiplicaretur pro indiuiduorum multiplicitate. Hæc sunt argumenta in hac re.

Varietas & confusio philosophorū i hac quæstione.

Quid autem dicant Philosophi, nō est facilè recēsere. Omnes enim adeò obscurè loquuntur, vt vix vnius sententia ab altero fideliter recitetur: & hoc mihi argumento

est, illas sententias esse monstruosas, & fictitias, quas nec ipsi intellexerūt, nec à posteris percipi possunt, qua tamen diligentia potero fideliter elucidabo.

Diuisio Philosophorū in duas sectas.

Philosophi circa Intellectum possibilem in duas sectas diuisi sunt. Quidam enim eum multiplicarūt pro indiuiduorum humanæ naturæ multipliciter. Quidam ipsum nō multiplicarunt: sed vnum esse numero dixerunt in omnibus hominibus assistentem.

Primæ sectæ q̄ intellectū multiplicat in singulis indiuiduis, quadruplex opinio.

Illorum autem, qui ipsum multiplicarunt, quadruplex est opinio. Prima est Alex. Hic enim triplicē distinguit Intellectum. Primus est in potentia qui possibilis dicitur, & hunc putat, esse præparationem quandam animę ad recipiendum influxum Intellectus agentis, quem vocant Deum: & quòd hoc influxu accedente recipit speciem, & fit Intellectus habitu: atque hi sunt tres Intellectus. Illā verò præparationem & aptitudinem, quæ Intellectus potentia dicitur, putat esse virtutem corpoream, & organicam, ex mixtione elementorum resultantem cum ipsa anima: & hinc affirmauit illam temerariam & impiam opinionē, seu potius errorem, animas rationales esse formas corruptibiles, eductasque de potentia materię, sicut reliquas omnes corporum.

Secunda opin. Auemp. & Albunazar impia etiam & erronea.

Secunda sententia fuit Auem. & Albunazar Arabum, quos refert Auer. com. x. Isti putauerunt intellectū possibilem esse imaginatiuam vim, in qua recepta sunt phantasmata sensibilia. Putauerunt isti Intellectum agentem esse vnum in omnibus hominibus, separatum, & per se existentem: hunc autē illustrare phantasmata, quæ sunt in imaginatiuis diuersorum hominum, ita vt per talem illustrationem in phantasmate appareat natura vniuersalis, quę antea non apparebat nisi singularis: sicut lumē manifestat ea, quæ occulta prius erant: & per talē illustrationē nobis copulat, & in singulis intelligit: imaginatio autē, quatenus continet phantasmata illustrata, dr Intellectus possibilis.

Nota.

Debes enim aduertere, quòd isti non ponūt species intelligibiles productas in Intellectu, nisi ipsa phantasmata illustrata in quibus apparent naturę vniuersales.

Cum autē vis imaginatiua multiplex sit & organica; inde multiplicant Intellectum possibilem, dicuntque esse multos, pro indiuiduorum multiplicitate.

1. Opin. Plutar. & Plat. etiā erronea.

Tertia sententia est Plutarchi, vt refert Philo. qui sequitur Platonem circa Intellectum possibilem. Ponit enim esse multos Intellectus pro multitudine indiuiduorum hominum, & esse virtutem non organicam: tamen asserit animam rationalem non informare corpus, sed esse vt nautam in naui: asserit etiam animam & Intellectum introduci cum speciebus rerum omnium.

4. Opinio Philopo. & Amm. & Auicē næ. S. Th. & Alberti vera.

Et putat hoc esse de mente Arist. in quo iure reprehenditur ab Ammo. & Philop. cum clare constet secundum Arist. Intellectum possibilem esse in potentia, & recipere de nouo species.

Quarta sententia est ipsius Philopo. & Ammon. qui Intellectus possibiles multiplicant, virtutesque & facultates asę ponunt, esseque in potentia ad species recipiendas à phantasmate: & sēm Aristot. putāt animam ipsam formam esse informantem, vt in 2. libr. retulimus: idem docet Auicen. qui quantum ad Intellectum possibilem, & animam bene dixit ipsam esse formam informantem: incipientem cum composito, & manentem post: Intellectum possibilem ipsius esse virtutem, non organicā. Idem docet Alber. tract. 2. cap. 12. & S. Tho. & alij: hæ sunt sniæ illorū qui multiplicāt Intellectus possibiles.

Secundæ sectæ Philosophorum, qui non multiplicant intellectū opi. duæ. Prima opinio Themistij & erronea. & impia.

Illi autem qui vnum ponunt in omnibus sunt diuisi in duas partes. Altera pars est Themist. & Theophrasti, quos citat Auerr. Themist. enim lib. 3. à ca. 13. vsque ad 36. de Intellectu tractat, estque in ista sententia. Putat enim rationalem, & intellectiuam animam vnam esse in omnibus hoibus immortalem, & æternam: hanc que duplici parte substantialiter componi: altera quæ est vt materia, & dicitur Intellectus possibilis: altera quæ est velut forma diciturque Intellectus agens: id autem quod ex vtraque constitutum est, dicitur Intellectus speculatiuus.

Vlterius putat Themist. quòd intelligere non fit ex eo, quòd Intellectus possibilis recipiat species aliquas in se: sed ex eo quod participat lumen ipsius Intellectus agentis: cum q; semper participet, ind: dicit speculatiuū Intellectum esse, & intelligere ab æterno: nos autē intelligimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pront magis vel minus cõmunicatur nobis lumen istud Intellectus agentis. Vnde primò participamus Intellectum possibilem absque lumine, postea lumen ipsius agentis temporis successu participamus, & nobis communicat. Hæc sunt, quæ ex hac sententia haberi possunt.

2. Opinio Auer. erronea, & impia.

Altera sententia est Auerr. qui ferè idē cum Themist. dicit, sed in hoc differt, ꝙ putat Intellectum hunc recipere de nouo species intelligibiles à phantasmatis hominum diuersorum, per quas intelligit in diuersis hominibus quibus tali modo copulatur: & ratione receptionis harum specierum, dicitur possibilis. Differt & secundò, quòd non constituit essentiam animæ rationalis ex duobus illis intellectibus possibili vt materia, & agente vt forma.

Hæ sunt sentētiæ Philosophorum circa Intellectum possibilem, & quia nos sit perius in quæst. de animæ rationalis informatione, multa diximus cõtra hanc Intellectus vnitatem, non erimus modò prolixi: sed aliqua, quæ negotio præsenti competunt, discutiemus.

1. Cõclu. Intellectiua anima non componitur substātialiter ex duplici parte realiter distincta, id est, Intellectu possibili, & agente, ita vt hi Intellectus sint partes duæ substantiales animæ. Ista conclusio non est contra Auer. hic enim clarè docet Intellectum possibilem esse eandem substantiam cum agente: tamen est contra Themist. qui videtur distinctionem realem inter has substantias ponere: dicit enim, Intellectum speculatiuum esse compositum ex possibili, & agente, sicut ex materia & forma: & ca. 36. dicit, quòd sicut flos præcedit fructus, ita possibilis prius tēpore est in nobis, quàm ipse agens: quod videtur iudicare distinctionem realem in his substantijs & aliqui id sustinent. contra hos ponitur conclusio nostra.

Prima rō si plures animas intellectiuas cõcederent.

Et probatur primò contra eos, qui ponunt plures animas Intellectiuas. Anima componitur ex duplici substantia, vel ergo est compositio per se, vel per accidēs. Non per accidens: quia tunc anima erit ens per accidens: quod est falsum. Si igitur est compositio per se, necessariò oportet fateri, quòd vna pars sit actus, & altera potētia: & tunc erit compositio ex materia, & forma, cum sint partes distinctæ. Hæc omnia, qui illam in eo sensu defendunt, cõcedunt. Sed probo id esse impossibile. Sumo illam partem, quæ est materia, & peto, Vel est eiusdem speciei cum alijs, quæ sunt in alijs animabus, vel diuersæ. Si diuersę: ergo animę Intellectiuæ differunt specie: quæ enim sunt eiusdem speciei, non habent materiam primā nisi eiusdem speciei: at animas intellectiuas specie differre impossibile est. nā ita neque homines essent eiusdē speciei. Si igitur illa materia est eiusdem speciei: ergo habet potentiam ad omnes Intellectiuas agentes alios, qui sunt eiusdem speciei: erit ergo anima transmutabilis: quod falsum est: nō ergo anima materiam habet.

Secūda ratio, si vnā cum tūm animā poneret in hominibus substātiā separatā.

Secundum argumentum est cōtra eos, qui vnicam in omnibus intellectiuā animam ponunt, quæ sit intelligentia aliqua separata, & spiritualis. Si talis Intelligentia aliquid habet, vt materiam: ergo non est in ea idem quid est, & quod quid est: hoc autem est manifestē contra Arist. 8. Metaphy. text. 16. qui in Intelligentijs, & separatis idē dicit eē quid, & quod quid. Sequela patet: & pro probatione nota, quid, appellari ipsam naturam rei: quod quid, ipsum suppositum, & habens naturam. Aristoteles putauit in compositis substantijs non esse idem quid, & quod quid: nam quod quid includit materiam: in his tamen, quæ materiam non habent, quia nulla est alia substantia, nisi forma per se, ob id dixit esse in separatis idem quid, & quod quid. Hęc est sentētia Arist. vt quilibet in eo versatus facilè recipiet.

Primò.

Ex hac manifestè probatur intentum. Si talis Intelligentia aliquid vt materiam habet, aliquid vt formam re distincta: ergo nō est in ea idem quid, & quod quid: non ergo est substantia spiritualis nec æterna: quales ponit Arist. Intelligentias. Hoc argumentum puto esse demonstrationem in doctrina Arist.

Secundò. Tertia ratio sine ponitur vna, sine plureasmæ.

Secundò itē, si vnica esset tantùm, omnia quæ contra Auerrois vnitatē Intellectus allata superiùs fuerunt, contra hanc adduci possent, vnde eius impietas & error opinionis perspicuè constat.

Tertium argumentum est generale siue sit vna, siue plures animæ, anima intellectiua habet materiam: ergo est indiuiduata

duata per materiam: ergo aliquod indiuiduum intrinsecam habens materiam intelligit, id est, ipsa anima composita: ergo non intelliget ipsa vniuersalia. Consequētia probatur, & ad hominem: quia ob id ipsi animam à materia abstrahunt, vt vni uersalia intelligat.

Cõfirmatur ratio.

Probatur. Sensus ob id vniuersalia nō cognoscunt, quia quod sentit, materiam habet: hoc eodem argumento ad probandum animam nō esse compositam ex aliqua materia & forma, vtitur S. Thom. 1. p. q. 75. art. 5.

4. Ratio.

Quartum argumentum est. Si anima habet materiam: ergo est corpus: hoc autem esse falsum, alibi probatum est.

Reiicitur solutio.

Dicent isti, quòd non est corpus, quia materia hæc non est capax quantitatis. Sed istam responsionē nullam esse ostendo: quia esse corpus dicit meram substantiam, & in prædicamento substantiæ est: non ergo quantitas quicquam facit ad corporis rationē, sed materia. vnde substantia eo ipsa corporea est, quo materiā habet. quòd autem hæc si capax quantitatis, illa non, non facit esse corpus, vel non corpus: sed esse aliud, & aliud corpus.

4. Ratio.

Quintum argumentum est. Aut informantem eam faceret, aut assistentem. Si informantem, iam compositum ex materia & forma informaret, & esset forma corporis quod est ridiculum, & quodammodo implicat, vt materia informet, vel totum compositum simul cum sua materia informet. Si verò assistentem tantum eam animam rationalem faciunt, iam homo nō esset essentialiter rationalis: omnia argumenta, quæ contra assistentem animam fiunt, contra hanc quoque militarent. Alijs posset argumentis hæc conclusio probari, sed ista sufficiant.

2. Conclusio Intellectus possibilis nō est vis imaginatiua, nec aliqua facultas in corpore inhærens.

Secunda conclusio. Intellectus possibilis non est vis imaginatiua, nec aliqua facultas in corpore immediate inhærens.

Hæc est contra Alex. & Auempacem, & manifesta est ex argumentis factis in quæstione antecedenti probātibus Intellectum non esse virtutem organicam.

1. Ratio.

Adhue tamen hoc argumento probatur: quia Intellectus possibilis debet recipere species intelligibiles, cum ipsius sit intelligere: at species intelligibiles cum vniuersalium sint, nō possunt in corpore

2. Ratio.

diuisibili recipi: non ergo imaginatio, vel alia vis similis est Intellectus possibilis.

3. Ratio.

Adde etiam, quòd tunc esset calidus, vel frigidus, sicut sensus: cuius oppositum dicit Arist.

3. Conclusio, Intellectus est vis nō organica animæ informantis corpus.

Tertia conclusio. Intellectus est vis nō organica animæ informantis corpus.

In cuius declarationem aduerte cum Alber. tract. 2. c. 52. vbi eleganter hoc tractat, ꝙ in natura hoc inuenimus. Perfectiones rerum plurium congregari in vnica substantia hanc; operari ea, quæ multæ per se operantur: in mixtis enim elementorū operationes inuenimus, in plantis, quę in elementis & mixtis sunt, in animalibus vltra etiam alia plura. Cùm autem anima rationalis sit forma naturalis perfectissima, ipsa continet aliarum perfectiones, vt possit ipsa sola exercere, quæ aliæ per se possunt: ipsa enim cum materia corpus facit, ipsa est motus, & nutritionis principium, ipsa etiam sentiendi causa.

Fundamē. quòd anima rationalis, cū sit olim naturalis forma perfectior possit earum ipsārum exercere operationes.

Non solum autem inferiorum perfectiones cōtinet, sed aliquid superioris perfectionis participat, & simul etiam principium est intelligendi. Vnde, quamuis anima vna sit in substantia, tamē virtute, potestate plures est, quia plurium perfectionem participat.

Nota animam habere operationes cōes cum superioribus Intelligentijs.

Hinc sequitur vnum notandum, quòd iste gradus intellectualis naturæ, vt talis considerationis, si per se esset, vtiq; separatus esset à corpore: at quia non est purus, sed simul cum gradu sensibilis & animalis naturæ, trahitur ad corpus, non ratione sui per se, sed ratione aliorum graduum, qui cum ipso idemptificati sunt ita men ipse ex se minus abstractus. Non est autem arbitrandum, esse illos gradus realiter diuersos, imò nec formaliter à parte rei in animæ essentia, sed solum ratione. in se autem à parte rei est simplex & vna essentia talis formæ & animæ mediæ inter corporeas & purè spirituales.

Nota gradus animæ rationalis, & quo informet. & quo sit separata.

Obiectio

Obijcies fortasse. Si secūdum gradum intellectiuum illum non informat, sed est separata, ergo non daret esse rationale homini, sed solùm esse animal sensitiuum vel vegetatiuum: & ita homo non esset animal rationale.

Respōsio

Respondeo, quòd aliud est esse rationale, & aliud purū & simplex intellectiuū,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt sunt Angeli. Nam esse rationale propriè dicit discurrere ab vno ad aliud, & vnum post aliud, & à sensu etiam phantasmata mendicando. Esse autem intellectiuum propriè & simpliciter, dicit simul omnia intelligere, & non vnu post aliud, vt Angeli: & anima etiã in vltimo eius actu cotemplationis & sapientiæ, in quo attingit infimum Angeli. dicimus ergo animam non solùm quatenus continet gradus vegetatiuos & sensitiuos informare, sed etiam secundum gradum rationalem, atq; adeò dare toti homini esse animal rationale: sed secundum illum vltimum intellectiuum, in quo cõuenit cum Angelis, sic considerata nõ informat: vnde non facit propriè hominem esse animal intellectiuum, vt Angeli sunt, sed esse animal rationale. hæc ergo satis probabiliter dicuntur.

Sed, vt antea diximus in quæstione alia secundi libri, melius dicimus esse vnum solum simplicissimum gradum medium inter Angelos & formas sensitiuas, qui eminenter continet inferiores, & subeminenter attingit infimũ superioris, scilicet Angelorum; non per diuersos gradus, sed per vnum & eundẽ mediũ inter vtrunq; ; & ita secundum totum illum informare & secundum illum posse separari corpore, quia eminenter continet vtrunque.

Nota ex anima cũ sit forma media, pdire potẽtias separatas, & non separatas.

Ex hoc etiam aliud sequitur, quòd cùm ex substãtia fluant virtutes, & potentiæ operatiuæ, ab anima multę fluunt, tamen Intellectus inter alias: quia ab anima fluit secundum illum gradum qui ex se separatus est, vel ab illo medio in se continente infimum Angeli, vt talis est: ob id est potentia non organica quales sunt aliæ omnes sensitiuæ.

Nota causans errorẽ Philosophorũ, quorundã.

Et iste fuit error Philosophorum ponentium Intellectum abstractum: non enim cõsiderarunt Intellectum nostrum simpliciter non esse purum, sed rationale cum discursu, & coniunctum cum sensu, & vegetatiuo. Fuit etiam error aliorum ponentium Intellectum organicum: non enim considerarunt, Intellectum consequi animam ratione gradus naturæ, qui secundũ se abstractus est, aut illius medij, quod in idem recidit, vt diximus: & hæc philosophia est multum notanda.

Probatur, tertia cõclu.

Ex qua patet conclusio posita. Intellectus enim est vis nõ organica animę, quę quidem forma est corporis, quamuis non secundum illum vltimum intellectiuum gradum, à quo Intellectus fluit. Vel certè, si nolis multos gradus ponere, sed vnum medium; ille vnus medius, quia medius est, potest partim separatas potẽtias producere, Intellectum & voluntatem; partim non separatas, vt sensus & alia: quia oĩa in se in virtute eminenter continet.

Primò ab autoritate.

Hæc conclusio multis testimonijs Aristo probata fuit in quæst. de aĩæ informatione, quibus modò supersedeo, quia volẽti ea scire, facile erit quæstionẽ relegere.

Secũdo.

Vnico tamen nunc vtar testimonio huius lib. tex. 11. vbi ponens, quomodo sensitiuum, & intellectiuum principium separentur, dicit non aliter separari, quam re, quæ sentitur, & re, quæ intelligitur, puta, singulari & vniuersali. Constat autem ita non re, sed ratione separari. & hoc est testimonium conuincens.

Tertia ratio.

Ratio etiam est manifesta: quia nihil dat alicui actum secundum, quin det primum: sed Intellectus dat homini intelligere: ergo dat prius esse: est igitur forma, vel virtus formę. Alias rationes quęre ibi.

Quarta conclusio, Intellectus possibilis multiplicatur secundũ multiplicationem idiuiduorum.

Ex his sequitur quarta conclusio. Intellectus possibilis multiplicatur secundum indiuiduorum multiplicitatem.

1. Ratio. Ad primum.

Et hęc patet: quia si est virtus informãtis formę, hæc autem si informat, necessariò multiplicat, vt ostẽdimus antea: ergo & virtus, & potentia ipsa. Lege sect. 30. proble. q. 4. vbi hæc omnia docet Aristo. Superest ad argumenta respondere.

Nota per uersã Alexan. interpretationem.

Ad primum nota, Alex. peruerse interpretari illa tria attributa Intellectui. Dicit. n Intellectum dici impassibilem, quia non secundùm se, sed ratione corporis patitur: dici immixtum, quia non præcessit corpus, quod autẽ alteri miscetur, est ante mixtionem: dici separatum, quia est distinctum à corpore. Sed hæc aperte sunt contra Aristo. saltem duo vltima. Si enim sic intelligenda essent, non different sensus, & Intellectus in his: at Aristot. vult in eis Intellectum differre à sensu: aliter ergo intelligenda sunt.

Cur ab Arist. intellectus dicit impassibilis, immis-

Dico ergo, quòd Intellectus dicitur impassibilis: quia dum intelligit nõ patitur vera passione, scilicet corruptiua: & in hoc non omnino differt à sensu, imò ex parte

tus separatus. Vera expositio & argumẽti solutio.

parte conuenit. ex Arist. tex. 3. ex similitudine posita inter sensum & intellectum, intulit esse impassibilem, sicut sensum. Sed idemmet Aristoteles tex. 2 & 7. dissimilitudinem inter vtrunque posuit, & inter vtriusque passionem & impassibilitatem, quòd sensus ab excellenti sensibili corrumpatur & impediatur. at Intellectus ab excellenti intelligibili non corrumpitur nec impeditur, sed perficitur. Quare Intellectus impassibilitas colligitur simpliciter, sensus verò secundum quid. Per immixtum, & separatum idem intelligit, scilicet non esse organicum, vt in tex. satis ostensum est. Vnde nec per separatum intelligas abstractum & per se existẽs cũ Themist. nec distinctum tantum cum ipso Alexand. sed non organicum, nec vtentem corporis instrumento cũ in corpore sit. Et sic patet solutio argumenti cui multum fidunt isti ponẽtes vnum Intellectũ.

Ad scãm.

Ad secundum fateor obiectum habere proportionem cum potentia: ob id, cum vniuersale cognitum non sit realiter abstractum à materialibus conditionibus, & singularibus nisi solum ratione; nec Intellectus erit realiter abstractus, & scitus à materia sed solùm ratione. Vnde pro nobis argumentum facit.

Adde etiam, quòd illud vniuersale solum est quid abstractum cõsideratione à qualitatibus sensibilibus particularibus: ad hanc vniuersalitatem sufficit Intellectus, non organicus, nec qualitatibus mixtus, vt dictum est.

Adtertiũ.

Ad tertium solutio patet: quamuis enim Intellectus sit potentia formæ, quæ informat corpus, non tamen recipit ipsas species cum corpore: aut corporeas, sicut sensus, sed in se ipsa: ob id immateriales sunt, & indiuisibiles, sicut & ipsa. Nec putes singularitatem obstare ad intelligenda vniuersalia: hoc enim est falsum. Non enim cognoscerẽt vnquàm, cùm nihil sit existens per se vniuersale. Sed obstat singularitas in qua materia est intrinsecè, sicut in sensu: at non ita est in Intellectu, qui indiuiduatur per materiam, sed non cum materia: non enim coniunctum immediatè intelligit, sed anima, & eius Intellectus, totum autem per animam.

Ad quartũ.

Ad quartũ dico, quòd Intellectus est, qui vniuersalitatem facit. Nec oportet, q ipse sit vniuersalis, sed quòd sit non organicus, nec sensibili organo vtens: hoc enim sufficit, vt faciat vniuersalitatẽ, quæ non est vera, realis, & vniuersalitas.

Nota.

Est autem notandum, quòd esse vniuersale dicit duo, & naturam, & modum: sicut esse particulare. Natura est res ipsa, quæ vniuersalis dicitur, vel particularis. Modus est vniuersalitas, vel particularitas, id est, indifferentia ad multa. Sed limitatio Intellectus non facit naturam, sed modum: dum enim naturam secundum se considerat, in tali consideratione communitatem quandm acquirit: sicut cùm est in se, particularitatem: ob id modus prior scilicet vniuersalitas rationis est, posterior verò ens reale, quia inest rei secundùm se.

Ad quin. tum.

Ad quintum, solutio est manifesta: est enim vanum argumentum & indignum Themist. non enim quia obiectum cognitionis idem est, ob id cognitiones & cognoscẽtia idem sunt numero: aliter enim vnus esset visus omniũ aspicientium eundem colorem: de his tamẽ plura diximus in quæst. illa allegata.

Occasio qõnis.

An Intellectus se ipsum intelligat. Quæst. XI.

1. Arg.

Difficultas ista est circa textum octauum, vbi Aristote. docet Intellectum in habitu se posse intelligere. Vnde colligitur, cum in habitu nõ est, nec alia intellexit, quòd se ipsum non poterit intelligere. Sed an hoc ita sit, videtur dubium: nam videtur, quòd se ipsum etiam in potentia existens possit intelligere.

Primò: Scientia non fit sine intellectione, sed est scientia de Intellectu ipso potentia: ergo ipsius est Intellectio. Vlterius ipsius est Intellectio tanquam intelligibilis, & ipse est, qui intelligit: ergo se ipsum intelligit.

2. Arg.

Probatur secundo. Intellectus possibilis est sub obiecto Intellectus, cũ sit ens: ergo intelligetur ab ipso Intellectu: intelliget igitur se ipsum,

3. Arg.

Probatur tertio. Intellectus intelligit alia per ipsorũ species, quatenus per species res Intellectui fieri possunt præsentes:

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes: at Intellectus multo magis est sibimet præsens: ergo multo melius se ipsum intelliget.

4. Arg. Probatur quartò. Aia separata à corpore se ipsam intelliget: ergo & in corpore, quia non mutatur natura Intellectus ex separatione. Antecedens probatur: quia anima separata est, vt Angelus quidam: at Angelus se ipsum cognoscit, & intelligit: ergo & anima ipsa.

In hac difficultate prima opinio Alexan. Aduerte in difficultate ista quatuor esse sententias præter eam, in qua veritas cõsistit. Prima est Alex. quem citat Auer. com. 8 & locus, vbi Alex. id dicit, est 12. Metaph. supra text. 39. & idem dicit Themist. cap. 18. quòd intellectus se intelligit modo accidentali.

Explicatur hæc opinio. Notandum pro declaratione, quòd Intellectus, dum rem intelligit actu, dicitur esse idem cũ re non essentialiter, sed accidentaliter, quatenus eadem est operatio, qua obiectum agit in Intellectu, & qua Intellectus intelligit, & apprehendit, sicut dictum est superius de sensu & sensibili. Dicunt ergo isti, quòd dum Intellectus intelligit rem aliam, & se ipsum intelligit, quia ipsa res est facta vnum & idem cum Intellectu, sed modò accidentali, cum non sint facta vnum in essentia, sed in operatione.

Reijcitur prima opinio. Sed ista sententia merito reijcitur à Simpli. & Philop. Hic enim modus non erit experientiæ. Experimur enim nos intelligere nostras intellectiones & nostrũ Intellectum per se, & non dum alia tantùm intelligimus.

2. Adde etiam, quòd illo modo se sensus sentiret, nullaque esset differentia ipsius ab Intellectu.

Secunda opinio Philop. & Plotini. Altera sententia est Philop. & Plotini, quẽ ipse citat, quòd Intellectus se ipsum per se & per essentiam suam intelligit, & magis quam alia, quę per species, & non per se se ipsa intelligit.

Obiectio. Quòd si ab eo petas. Quare ergo, cùm semper sit sibi præsens, non se ipsum semper intelligit.

Solutio. 1. Philopo. reddit huius duas causas. Altera est propter magnam familiaritatem sui ad se, Ponit exemplum. Si tibi duo occurrant homines, alter multum familiaris, alter non ita: tunc alloqueris, & manum porrigis non ita familari, relicto familiari. Ita Intellectus raro se intelligit. 2.

Altera causa est propter occupationem corporis, & rerum externarum. Si enim corporis affectio impedit Intellectum ali quando quominus intelligat alia ex se, vt pote, in ira laborãtibus, multo magis impediet ipsum à sui cogitatione.

Plotinus dicebat, Intellectum se semper intelligere: nos tamen non id semper aduertimus quia occupati sumus alijs.

Alij autores penes idem cũ Philopo. opinãtes. Hanc Philo. sententiam tenet Greg. 1. Sent. d. 3. q. 2. vbi dicit quòd Intellectus intelligit directè suas species, sicut visus videt colores: similiter etiã intelligit suos actus & habitus, ex se directus.

3 Opinio Alphara. Tertia sententia est Alpharabij lib. de Intellectu, quem citat Auerro. Com. 8. q. Intellectus possibilis fit actu per speciem exterioris intelligibilis, & postea sui ipsius formar aliam speciem qua se cognoscit. Hoc tenet probabiliter Caiet. Thien. q. Intellectus sui speciem formet.

4. Opinio Auerro. Quarta sententia est Auerro. Com. 36. qui dicit Intellectum adeptum se intelligere.

Explicatur opin. Auer. In declarationem notã: quòd Intellectus agens est, qui facit per abstractionẽ obiecta intelligibilia ex sensibilibus, & hæc Intellectus possibilis recipiens, intelligit. Quidquid autem Intellectus agens potest abstrahere, possibilis potest intelligere: & dũ magis, & plura abstrahit, magis actuat, & perficitur possibilis. Cum autem iam receperit omnia, quæ potest agens abstrahere, tunc erit possibilis perfectus, & absolutus: quod fiet, cum oium rerum materialium habuerit cognitionẽ & acquisiuerit omnem scientiam: & tũc dicitur possibilis adeptus: & in hoc statu possibilis intelliget Intellectum agẽtem per ipsummet, & in ipso omnes Intelligẽtias, quia agens fiet forma nostra, per ipsum intelligemus, & alia separata: & hanc ponit hominis esse fœlicitatem.

Nota mõstruosam Auerr opin. Vide quale monstrum sibi fingat Auerro. sed de hoc post dicemus. Interim vide quomodo Intellectus se ipsum intelligat. Atque hę sunt sententiæ Philosophorum, quarum nulla vera est.

4 opinio. Alij aliam viam veriorem sequuntur, vt explicabimus.

Prima cõclusio Intellectus se ipsum intelligit, non quidem per se primò, & directè, sed indirectè ex alterius externi cognitione.

Sit ergo pro determinatione prima cõclusio. Intellectus se ipsum intelligit, non quidem per se primò, & directè, sed indirectè ex alterius externi cognitione.

Intellectus se ipsum intelligit non primo & directe, sed indirectè. Explicatur cõclusio. Explico hoc. Intellectus quidẽ non cõuertitur in se ipsum, vt in obiectum primum & proximum, vt Philopo. vult: sed ex actu suo se aduertit, & actum suum ex obiecto. Verbi gratia: intelligo equũ. ex hoc, q. equum intelligo, conuerto me ad ipsummet actum intelligẽdi, & ex actu ipso cõuerto me ad ipsam potentiam, vel habitum, vel speciem: tamen talis cognitio reflexa ab obiecto externo ortum habet, sine cuius cõsideratione nõ fit: ob id indirecta dicitur. Non enim est vera conuersio: sed in obiecto ipso, vel p obiectũ, actum cognosco meum, scilicet, me intelligere, & potentiã similiter, & habitum.

Nota duplex intellectus cognitio sui ipsius. Nota etiam, quòd duplex est cognitio. An sit, & Quid sit. Cognitio ista, quæ dicta est, est quantum ad An sit: ex obiecto enim existentiam sui actus, & sui etiammet percipit Intellectus: quid tamen sit non statim vno actu consequitur, sed discursu, & meditatione multa: ob id omne se intelligere possunt percipere, sed non quid actus sit, vel quid potentia.

Auctoris huius sententia. Hæc est sententia S. Thom. 1. p. q. 87. ar. 1. & puto esse mentem Simpli. quãuis non clarè manifestet, & forsan hoc voluerunt dicere Alexan. & Themist. in sua opinione: & est aliorum sententia.

1. Ratio. Probatur primò, autoritate 12. Meta. tex. 39. id docet expressè Arist. inquit: Intellectus se intelligit assumptione intelligibilis: id est, dum alia speculatur aliorumq. recipit species, se intelligit. Vnde oportet, quòd sit in actu alterius obiecti, vt se intelligat.

2. Ratio. Probatur secundò. Si se directè intelligeret, vtique posset in corpore substantias spirituales intelligere per se, & distinctè, quia ipse Intellectus est eiusdẽ substantiæ immaterialis, & indiuisibilis: & illud esse falsum ostendetur post manifestum: non ergo se intelligit directè.

3. Ratio. Probatur tertiò. Si se & sua directè perciperet, vtique non dubitarent homines, an essent species, an habitus distinguerẽtur ab ipsis, an esset Intellectus separatus: horum ineuidentia manifestat Intellectum nõ se directè cognoscere, sed per aliorum iĳ eciem.

2. Concl. Secunda conclusio. Dum Intellectus se intelligit, & ea quæ in se sunt, non facit per aliam speciem, quàm per illã eãdem obiecti externi. Hæc est contra Alphar.

Intellectus se, & ea, quę in se sunt non intelligit per aliã speciem ab illa, q quã prius intellexerat. 1. Ratio. Et patet. Si enim à se reciperet speciẽ, vel ab his, quæ in se sunt: tunc à se patere tur: esset igitur in potentia ad se ipsum: vt enim superiùs diximus, Intellectus possibilis secundùm se, est in potẽtia ea omnia, à quibus patitur, & quorum per se recipit speciem. Hanc conclusionem tenet S. Thom. vbi suprà.

Nota cum D. Tho. tria esse spiritualium substãtiarum genera, & triplicem intelligẽdi modũ. Est autem cum eodem notandum, esse tria substantiarum spiritualium genera. Est prima quædã substantia purus actus, id est, quæ à nullo aliquo externo perfectionem recipit aliquam: & hic est Deus. Est alia substantia, q non est purus actus, sed aliquid habens potentiæ quatenus ab alio suam sumit perfectionem: & talis est Angelus. Tertia est in vltimo gradu multum habens potentiæ, & hæc est anima in corpore.

Vt igitur in actu differunt, sic etiam in cognitione. Deus enim, qui à nullo alio recipit perfectionem, & se, & omnia alia extra se per se ipsum intelligit, & per nullam speciem, Angelus verò se ipsum sine specie intelligit: at res alias per species à Deo infusas cognoscit: anima verò nostra tã se, quã alia per species cognoscit.

3. Conclusio. Intellectus non eodẽ actu quo obiectũ cognoscit se, vel suum actum cognoscit: sed alio qui reflexus dicitur. Tertia conclusio. Intellectus non eodẽ actu, quo obiectũ, cognoscit se, vel suum met actum cognoscit: sed alio qui reflexus dicitur.

Hæc est contra Iandu. q. 13. qui putat, quòd eodem actu cognosco leonẽ, & cognosco me cognoscere leonem. At S. Th. quamuis id dicat esse verum in angelis, tamen in anima negat, & mihi ita negandum videtur.

Hanc esse op D. Th. 1. Ratio. Quia aliud est actus cognitus, aliud obiectum: & possum cognoscere obiectũ, nõ cognito actu, vt notum est. Non enim semper intelligimus nos intelligere: ergo id fit alio actu, adhuc ille alio cognoscit.

Occurrit obiectioni. Nec putat S. Thom. esse inconueniens esse processum infinitum, quòd vnus alio & alius alio intelligat: quia non sunt ordinati essentialiter, vt notum est.

Cõfirmatio rationis. Et probatur etiam: quia in voluntate alius est actus desiderare aliquid; & alius est, desiderare desiderium. Ita etiam in Intellectu: par enim est ratio.

Imò,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Imò, vt dicit S. Thom. Intellectus ita intelligit actum volũtatis, sicut suummet actum, puta, quia sibi est præsens, scilicet in eadem substantia animæ proximæ.

Quarta conclusio, Habitualiter quo dammodo se ipsum directè cognoscit.

Quarta conclusio. Anima seu Intellectus se ipsum directè, & habitualiter sẽper cognscere dici potest. Hanc teneo cũ Ægid. 1. sen. d. 3.

Et declaratur. Dupliciter enim stat, Intellectũ cognoscere. Vno modo actualiter, cùm actu aliquid considerat: & hoc modo Intellectus in corpore existens, se non semper cõsiderat: sed aliquando indirectè, directè nunquam.

Nota duplicitèr Intellectum agnoscere.

Altero modo habitualiter, cùm licèt actu non consideret, tamen habet speciẽ & principium, quo possit rem considerare. Vnde quorum speciem in Intellectu habemus, dicitur cognoscere, quamuis nõ cõsideremus actu: & hoc modo dicitẽ etiam Intellectus in habitu se cognoscere, dum habet speciem alicuius rei, per quam potest eam considerare, & ex tali consideratione se cognoscere: & de hac cognitione loquitur Arist. in text. 8. super quem est mota ista difficultas.

Prim⁹ modus. Secũdus.

Nota de numero horũ duorum modorũ intelligẽdi cõclusionem.

Sed notandum, quòd nõ semper Intellectus dicitur se cognoscere hoc modo: quia non semper habuit species aliarum rerum, nec semper fuit habitu, vt volebat Plato. conclusio autem posita non est de vllo harum cognitionum modo, sed est alius cognitionis habitualis modus, secũdum quem anima se semper cognoscere dicta est.

Tertius alius modus, quo intelligitur & habetur conclusio.

In cuius declarationem nota, quòd si anima secundum se consideratur, & non vt corpori allegata est: tunc ipsa sine vlla specie directè se cognoscit: nam Intellectus est per se intelligibilis à se ipso, nec vlla alia indiget specie. At quia corpori alligatur, efficitur q; corporis forma, cum sensitiuoque coniungitur, impeditur à sui cognitione: quia sensibus subditur, vt nõ intelligat, nisi quæ per sensus percipere potest. cumque ipsemet non sit sensibilis per se, fit, vt distrahatur à sui directa consideratione, vt actu non possit se directè considerare.

Quia verò ipse sibi semper est præsẽs, & sufficiens principium suæ intellectionis, quantum est ex se, dicitur semper se cognoscere habitualiter: remoto autem impedimento corporis, statim directè se considerat sine specie.

Cõfirmat exemplo.

Et est exẽplum de docto homine, qui fit amens. Iste enim scientiam non amittit, nec habitum, sed vsum ob læsionem imaginationis: hac tẽperata, vsus redit. Sic anima, & Intellectus in corpore missus vsum se considerandi amittit: considerandi, inquam directè, non tamen habitum, qui est ipsemet: ob id se cognoscere habitualiter semper dicitur.

Ad primum.

Superest ad argumenta respondere. Ad primum dico, quòd est quidem scientia de Intellectu possibili: nec negamus se ipsum cognoscere, non tamen directè: ob id scientia ipsius non est per conceptus proprios. & distinctos; sed per concretos & confusos, sicut de Angelis, & de rebus immaterialibus habemus.

Ad secundum.

Ad secundum dico, quòd nõ quidquid est ens primò & directè ab Intellectu cognoscitur: sed sensibilia, & quæ extra sũt, Intellectumq; mouere possunt. Et quamuis Intellectus secundùm se cognoscibilis sit, tamen ratione corporis impeditur quominus directè cognoscat. Sat est, q ali quo modo cognoscat.

Ad tertium.

Ad tertium. Respondeo, quòd species non solùm est, vt rem præsentem faciat: nam manẽte specie, non semper fit intellectio, sed vt etiam excitet Intellectũ per motum ab obiecto. indiget enim anima in corpore excitari. Cùm igitur non se ipse moueat per se ad hoc, non cognoscetur per se.

Ad quartum.

Ad quartum respõdeo, quòd quamuis anima separata se per se intelligat, non tamen in corpore: non quia defit principium: sed ob impedimentum corporis. Nec hoc probat esse diuersa: nam anima & Intellectus pueri nihil intelligit, at in adulto intelligit. nec ex eo arguitur diuersitas naturæ; sed impedimẽtũ aliquod impediens vsum, & actualẽ considerationẽ.

Quoniam autem aliud est magnitudo. Tex. IX.

In declaratione præcedentium ponũtur ab Aristotele dubia quatuor.

MAria est Interpretum expositio in his sequentibus textibus mihi tamen sic exponendi videntur, vt Aristote. velit, quæ ante dixerat declarare. Docuerat enim tria superius

1. Dubiũ Arist. quo tendat.

periùs de Intellectu. Primum, partem intellectiuam à sensitiua differre: illa enim sine corpore, hæc cum corpore erat. Alterum est, Intellectum pati, sicut & sensum. Tertium est, Intellectum se ipsum intelligere. Circa ista quatuor dubia proponit, & primum tendit ad declarandum, quomodo pars sensitiua substantialis, & pars Intellectiua distinguat, explicatq; ipsas partes distingui non re, ita vt vna separatur realiter ab altera: sed vna sit vtraque substantia, ratione tamen diuersa: & hãc distinctionem, & distinctionis modũ ex his, quæ vtraque cognoscit, sumit.

Fundamẽtum Aristo. Aliud est res, aliud esse rei.

Ponit ergo fundamẽtum: aliud esse ipsam rem, aliud esse & quiditatem rei, vt patet in rebus physicis. Aliud enim est magnitudo, id est corpus, aliud esse & q̃ditas corporis: aliud caro, aliud esse carnis. Res enim dicit materiam, vt caro dicit substãtiam compositam singularem: quiditas dicit ipsam formam.

2. Dubiũ Arist. An vna, & ea dẽ parte, & principio animæ intelligam⁹ rẽ, & eẽ rei.

Dubium ergo est, an vna & eadem animæ parte eodemq; principio, & aliter & aliter se habente, vtrunqũe intelligamus: an diuerso, vno quidem ab altero separato, & abstracto.

Nota, in quibus distinguatur res, & esse rei, & in quibus non. Nota 2.

Notat tamen, quòd non in omnibus est distinctio inter rem, & esse rei: in quibusdam enim idem vtrunq; est, vt in non habentibus materiam.

Et nota, q̃ dicit, In quibusdam idem est caro & esse carnis: improprius est loquendi modus, vt dicit Philop. significat enim, non q̃ caro, & esse ipsius aliquando idem sint, sed quòd esse seu quiditas rei, & res aliquando idem sint, puta cùm res simplex est, & materia caret.

Sensitiuo igitur calidum. Tex. X.

Respõsio Aristo. ad primũ dubium.

IN fundamento infert dubij solutionem, quòd parte sensitiua cognoscimus carnem, quæ in mixtione calidi, & frigidi consistit: similiter corpus, & rem: at quiditatem rei discernimus, aut alia parte substãtiali, aut eadem aliter se habente, ita vt vna sit substantia, qua vtrunque cognoscimus, aliter tamen, & aliter se habens.

Ponit exemplum de linea, quæ vna & eadem, aliquando recta, aliquando flexa est: hæ enim non differunt in substantia lineæ, sed in modo se habendi. Ita de hac parte qua carnem, & esse carnis discernimus.

Nota 1.

Sed considerandum, quòd nondum dubium est integre solutum: quia solum determinauit, sensu nos discernere carnem sensibilem: sed quòd alia parte substantiali, vel eadem aliter se habẽte quiditatem cognoscimus: non determinauit, quia disiunctiue loquitur.

Nota 2.

Et nota appositam comparationẽ de linea. Quia enim determinaturus est, q̃ eadem parte aliter & aliter se habente cognoscimus vtrunque: nam aĩa, vt corpore vtitur, tanquam instrumento, carnẽ & singularia cognoscit: vt autem sola operatur, quiditatem cognoscit. Ob id dicitur, cognoscit carnem habere se vt lineã reflexam, & obliquam, quia cum corpore cognoscit: at vt quiditatem discernit, est vt linea extensa, & recta, cùm sola id faciat sine corpore, & sensu.

Iterum autem in ijs, quæ in abstractione. Tex. XI.

Explicatur in mathematicis, quod aliud est res, aliud esse rei.

QVod in rebus physicis dixerat, id tunc in mathematicis ostendit. Res enim mathematicę materiam claudit intelligibilem, id est, quantitatem, vt rectum, triangulus, & alia. Dicunt enim figuram in quantitate, ideoq; aliud est in his res, aliud quid rei. Rectum enim dicit materiam, id est, cõtinuum: sicut simum apud Physicũ dicit nasum & subiectũ: at quiditas recti, dicit solã formã, quã Plato putabat dualitatẽ esse: nam lineæ formã dicebat dualitatẽ, q̃a duobus põctis claudere.

Idem dubiũ in mathematicis quod in physicis. Nota.

Cũ igitur aliud sit in his res, aliud esse rei, idẽ est dubium: aut enim alia, & alia parte, aut vna aliter, & aliter se habente vtrunque discernit.

Hic notandum, quòd sicut res, & singularia physica sensu comprehendebantur: ita singularia mathematica imaginatione, tamen vtrorunque naturas Intellectus discernit. Arist. autem intendit docere distinctionem partis intellectiuæ non so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum a sensitiua, sed etiam ab imaginatione: ob id de rebus tam physicis, quã mathematicis loquitur.

Respõsio ad idẽ dubium.

In vltimis verbis huius text. dubium vtrunque soluit, dicens: quòd sicut quiditas rei, & res separantur, & sicut id, quod sensit, vel imaginatione percipitur ab eo, quod intelligitur: ita sensus vel imaginatiua pars ab Intellectiua.

Confirmatur doctrina Arist.

Ex obiectis enim colligenda est distinctio: Huiusq; Aris. Sed progrediamur nos vlterius iuxta ipsius doctrinam. Constat enim quiditates non esse abstractas à rebus, vt volebat Plato, realiter, sed esse in ipsis rebus, & in materia ratione tantum separatus: non enim vniuersalia sunt existentia per se: ergo Intellectiua pars non erit realiter abstracta à sensitiua, & imaginatiua, nec à materia, sed in ipsa materia: & idem cum sensitiua, & alijs ratione tantum distincta.

Nota contra Auer.

Vide quàm manifestè sit circa Arist. fictio Auerr. & Themist. Isti enim turbant & confundunt hos textus contra mentem Aristotelis, suis expositionibus: Hæc autem est expositio germana, & consona Arist. & notatu digna.

Dubitabit autẽ vtique aliquis. Tex. XII.

Secũdum Cũ Arist. bili intellectus creat materia, quomodo ab alio pati potest.

Circa secũdum, quod superius docuerat, scilicet Intellectum pati ab obiecto, sicut sensum, dubium secundum proponit. Cum Intellectus simplex sit, nullamque materiam habens communem cum aliquo: quomodo dici potest pati? Qã enim patitur ab alio, communem cum eo materiam habet, vt dictum est in libr. de Generatione. Huic dubio non respondet statim, sed tertium proponit.

Amplius autem si intelligibilis. Tex. XIII.

Tertiũ dubiũ Arist. An cum se intellectus intelligit, sit

Tertium dubium est circa id dictum, puta, Intellectum se intelligere: & dubium hoc est, vt bene exponit Philo. Si Intellectus à se intelligibilis est, peto, Vel quatenus Intellectus est, intelligibilis est: vel quatenus aliud quid, sicut alia, quæ intellligibilia sunt: si iste intellectus qui est vna species entium intelligibilium, intelligibilis est quatenus Intellectus: ergo omne intelligibile, est Intellectus. nam reduplicatio, vt Logici docent, conuertitur in vniuersalem simplicem, vt homo inquantum animal, est sensibile: ergo omne sensibile est animal. Si verò Intellectus non quatenus Intellectus intelligitur, sed quaten⁹ aliud quid: ergo iam intellectus non erit simplex, sed compositus ex eo, quòd intelligit, & eo, ratione cuius intelligitur. Hæc est dubij expositio.

intelligibilis quatenus est intellect⁹ an alia ratione.

An pati quidem secũdum communia. Tex. XIIII.

Respõsio Aristo. ad secũdum dubium.

Respondet antecedenti dubio secũdo, dicitq;, superius esse distinctum pati, puta 2. de anima c. 5. Nam agens, & patiẽs habere aliquid commune, certum est, tamẽ in passione corruptiua debet esse cõmunis materia: at in passione perfectiua, qualis est cognitio, nõ est necessaria communis materia, sed quædam propositio, secundum quam vnum est in potentia & velut imperfectum, & perfectibile, alterum vt actus & perficiens. Sic se habent Intellectus, & obiectum. Est enim Intellectus in potentia vt tabula, quæ nihil habet depictũ, est tamen apta depingi: obiectum autem est perficiens, & pingens, dũ sui similitudinem imprimit.

Nota.

Nec exponas, Intellectũ esse tabulã, in qua sunt multa depicta, sed nõ apparent: sic enim aliqui dicebant, vt not. Philopo. Volebat enim sententiã Platonis tribuere Arist. q⁹ Intellectus semper habeat oĩum species: sed hoc est aperte peruertere tex.

Et ipse etiam intelligibilis est. Tex. XV.

Respõsio Aristo. ad tertiũ dubium.

Dubio tertio respõdet, & respõsio consistit in hoc, esse duplicia intelligibilia. Quædam per se, & ex se, quales sunt immateriales substantiæ. Quædam per accidens, quatenus ab alio efficiuntur intelligibilia: & hæc sunt sensibiles res, quæ nõ sunt intelligibiles, nisi per abstractionem speciei immaterialis.

Admittit ergo argumẽtum, quòd omne intelligibile, quod ex se est intelligibile, id est, immateriale, id tale est Intellectus, seu intelligens: non tamen ea, quæ nõ sunt verè & per se intelligibilia. Cum igitur Intellectus noster sit immaterialis, est intelligibilis, simul & intelligens.

Vnde dicit, quòd in his verè intelligibilibus, ista coniunguntur, & idem sunt, quod scit, & quod scitur, id est, intelligẽs, & intelligibile. Res enim sensibiles tantum cognoscuntur: sensus tantùm est cognoscens: at Intellectus est cognoscens, & cognitus à se.

Nota primo circa, verborũ textus expositionem.

Nota tex. verba. Per ipsa intelligibilia, significat ea, quæ verò sunt intelligibilia, id est, immaterialia, è quorum numero est Intellectus.

Nota 2.

Aduerte etiam, quòd licet Intellectus noster sit, quod cognoscit, & quod cognoscitur, sicut Intelligentia; tamen modus cognoscendi alius est: Intelligentia enim per se, noster Intellectus per alia se intelligit, vt diximus.

Cur autem nõ semper intelligat. Tex. XVI.

Quartum dubiũ Arist. Cur si se intellipit intellectus nõ semper se intelligat.

Dubium quartum proponit. Si Intellectus se intelligit, cur nõ se semper intelligit? Huic non respondet, sed dicit alibi esse cõsiderandũ.

Respõsio ad quartũ dubium. Redit ad tertij dubij solutionem.

Respondeo non ex his, quæ diximus. Non enim per se, sed per alia se intelligit.

Statim redit ad quæstionem tertiam, vt optimè notant Græci, ponitq; vnum membrum intelligibilium, quæ supra diximus, scilicet, quæ nõ sunt per se, vt materialia, & istis dicit non inesse Intellectum: at Intellectus noster, quę est potentia qua ista cognoscimus, cùm immaterialis sit, erit Intellectus, & simul intelligibilis: & sic patet solutio dubiorum propositorum.

An singulare sensibile Intellectu percipi possit. Quæst. XII.

Sensus q̃stionis.

Sensus quęstionis est non de singulari immateriali, sed de sensibili, & hoc non vago, sed determinato, id est, Petro, Ioanne, hoc, vel illo corpore: de illo, inquam, quod sensu percipitur, an tale percipiatur Intellectu. Hãc dubitandi nobis occasionem dat Aristotel. text. 9. vbi sensu dicit carnem percipi: quid verò carnis, Intellectu. Quo loco multi vtuntur ad probandum Intellectum non percipere singulare: de ea re igitur nos dubitamus in præsenti.

Occasio dubitãdi.

Et videtur, Intellectum non percipere illud. Primumq; argumentum est ab autoritate Arist. 1. Physi. tex. 49. Dicit secundum rationem, id est, Intellectum esse notum vniuersale: at secundum sensum singulare, & lib. 5. Meta. cap. 11. sensibus singulare dicit esse primo notum, Intellectu vero vniuersale. & hoc text. 9. singulare sensu percipi docet.

Alterum argumentum est. Si singulare est cognitum ab Intellectu: ergo non est necessarius Intellectus agens: nam Intellectus agens ad hoc ponitur, vt à phantasmate singulari abstrahat speciem vniuersalem: non igitur singulare percipitur Intellectu.

2. Arg.

Tertium est. Singulare est quid materiale: at Intellectus immaterialis est: non ergo potest agere in ipsum Intellectum. non enim materiale agit in immateriale: non ergo cognoscetur ab Intellectu.

3. Arg.

Quartum est. Intellectus est non quantus, nec est in loco, nec situ: ergo non potest cognoscere singulare sensibile, quod est quantum, in loco, & situ. Consequentia patet: quia hoc non potest agere ob id in Intellectum.

4. Arg.

Quintum est. Ita se habet sensus ad singulare, sicut Intellectus ad vniuersale: sed sensus tantum singulare percipit: ergo Intellectus tantum vniuersale.

5. Arg.

Sextum est. Quia si Intellectus singularia percipit, frustra profectò sensus ponũtur, cum non sint necessarij: Multitudo autem sine necessitate ponenda non est. Hæc sunt argumenta quæ in hac re præ-

6. Arg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima op. Philoponi, Alex. & Themistij, &c.

cipum videntur habere difficultatem.

Sunt ergo multæ sententiæ Philosophorum in hac parte. Prima est Philo. & Alex. in præsenti, & Themistij, cap. 20. & Auerro. Comm. 9. hi enim putant Intellectum non intelligere singularia, sed per sensum, ita vt actio immediata cognoscẽdi singulare, à sensu sit, tamen Intellectus intelligit seu cognoscit singularia per sensum, vt per instrumentum suum.

Secunda opinio.

Altera sententia est aliorum, quam recitat Iand. q. 22. quòd Intellectus quidem per se cognoscit singularia: modus autem cognoscendi hic est, quod phantasma imprimit speciem primò in Intellectu, per quã Intellectus cognoscit primò vniuersale: postea voluntate applicante Intellectum, ipse Intellectus recipit phantasma & per phantasma absque alia specie cognoscit singulare.

3. Opinio Ianduni.

Tertia sententia est ipsius Ianduni, qui concedit quidem Intellectum cognoscere per se singularia, tamen in modo differt. Dicit enim, quòd species ipsa vniuersalis habet quãdam conformitatem cum phantasmate, à quo est producta: vnde Intellectus ratione speciei cognoscit vniuersale, seu quiditatem, ratione conformitatis cognoscit singulare.

4. Opinio Caietani.

Quarta sententia est, Caiet. 1. p. q. 86. ar. 1. qui fere idem dicit cũ prima sententia. Putat enim Intellectum per se nunquã cognoscere singulare determinatum: sed solum cognoscit singulare sub ratione vaga, & sub ratione singularis, idq; non statim, sed, vt ipse dicit, arguitiuè, id est, discursu, & ratiocinatione: nam cognoscẽs vniuersale intelligit, quòd illa natura nõ potest sic per se existere: sed necessariò debet esse in aliquibus: & hæc via percipit singulare alio modo, non nisi per sensus.

5. Opinio S. Thom.

Quinta sententia est S. Tho. 1. p. q. 14. ar. 11. ad 1. & q. 86. ar. 1. putat Intellectum quidem percipere singularia, sed non per propriam speciẽ, nec directè, sed per conuersionem ad phantasma. Notat enim q̃ species Intellectus dupliciter potest cõsiderari. Vno modo secundum se, & sic est vniuersalis repræsentatiua, Intellectus ij per eã primò cognoscit vniuersale. Alio modo, vt pendet à phantasmate, à quo producta est, & cõseruatur: & tũc dũ per eã Intellectus conuertit se ad phãtasma, tale singulare phantasmatis cognoscit. Hanc puto dici conuersionem à S. Tho.

Vltima opinio Thienen Burlei duranti, Scoti, &c.

Vltima sententia est, quòd Intellectus cognoscit singulare per propriã speciem sicut sensus cognoscit. Hæc opinio est Caiet. Thien. & Burlei. 1. Phys. est etiã Theologorum ferè communis, Duran. 2. Sent. d. 3. q. 7. & Scot. 4. Sen. d. 45. q. 3. & Grego. 1. Sent. d. 3. q. 1. artic. 2. Hæc sunt, quæ viri antiqui, & iuniores in hac parte senserũt. Superest, vt quod probabilius mihi videtur, proponam.

1. Conclusio, Intellectus per se cognoscit singulare determinatũ.

Sit igitur prima conclusio. Intellectus per se cognoscit singulare determinatũ, ipsiusque intellectionem format, & non tantum per sensum. Hæc est contra primam sententiam, & contra Caiet.

1. Ratio.

Probatur rationibus efficacissimis. Prima est. Differentia inter Petrum, & hominem, inter indiuidua determinatum, & speciem, est cognoscibilis, vt experientia patet: ergo vel sensu, vel Intellectu percipitur, vel vtraq; simul. Non vtroq; simul: quod manifestè patet ex Arist. 2. de anima tex. 146. vbi propter hoc argumẽtum colligit esse alium sensum communem, præter visum, & gustum, quia percipit differentiam inter saporem, & colorem, quam neuter simul percipere potest, sicut nec duo homines, quorum vnus colorem alter saporem perciperet. Ita à pari, sensus & Intellectus simul non percipient illam differentiam. Nec sensus per se, quia non cognoscit vtrunque extremum, sicut nec visus, aut gustus per se percipit illam differentiam: ergo erit Intellectus: ergo vtrunque cognoscet extremum: aliter impossibile est iudicare de vtroque. Ita ratio concludit, quantum puto.

2. Ratio.

Secunda est. Intellectus corrigit sensum circa singulare determinatum: ergo ipse per se cognoscit illud. Consequentia est certa: quomodo ẽnim potest potentia corrigere nisi cognoscat errorem. At antecedens patet de Sole, qui paruus apparet oculo: & de baculo apparenti fracto.

3. Ratio.

Tertia est. Discurrit Intellectus & facit propositiones de subiecto singulari: ergo cognoscit singulare. Probatur consequentia: quia sensus non potest componere talem propositionem, quia non cognoscit prædicatum vniuersale: erit ergo Intellectus, & vtrunque cognoscet singulare, &

vniuersale: nam compositiò propositionis vna est actio: ad vnam igitur pertinet potentiam.

4. Ratio.

Quarta. Potentia superior cognoscit omnia, quæ inferior ei subordinata: sensus est subordinatus Intellectui: ergo cognoscet Intellectus singularia, quæ sensus percipit. Maior patet in sensibus: communis enim percipit omnia, quæ exteriores percipiunt: imaginatio, quæ exteriores, & cõmunis: memoria omnia conseruat.

1. Ratio.

Quinta est. Intellectus practicus, ars, prudentia circa singularia versantur: illi autem sunt habitus Intellectus: ergo profectò Intellectus per se cognoscit singularia, & non tantùm per aliam potentiam.

2. Cõclu. Intellectus per propriam speciem singularia cognoscit. 1. Ratio.

Secunda cõclusio. Intellectus per propriam speciem singularia cognoscit, sicut & sensus. Hãc teneo, & probabiliorẽ cum sententia vltima contra alias sententias: putoq; esse multũ veritati cõformẽ.

Hanc probo. Primò: Singulare, si non potest per propriam speciẽ, & per se ab Intellectu cognosci, vel id est, quia singulare est, vel quia materiale est: sed neutrũ impedit: ergo intelligibile est per se. Minor probatur. Non quia singulare: quia singularitas non impedit cognitionẽ Intellectus: singularia enim immaterialia, per se intelligibilia sunt. Nec quia materiale: quia hoc modo vniuersale cognosci non posset, quia dicit materiam: caro enim in vniuersali materiam dicit, & homo carnem, & ossa, vt notum est. Si ergo singulare non habet aliud, quàm materiam, & singularitatẽ, & neutrum obstat intelligibilitati per se: ergo est per se intelligibile. Est autem notandum istud argumentum, puto enim esse fortissimum.

5. Ratio.

Secundum argumentum est. Si Intellectus intelligit per cõuersionẽ ad phantasma tantùm ipsum singulare, peto, Quid est illa cõuersio? Nõ enim est ipsum phantasma, nec ipse Intellectus, nec itellectio vniuersalis, nec species, nec respectus intellectionis, vel speciei. Quid ergo est?

Efficitur solutio.

Dicent, quòd est species ipsa, vt à phantasmate procedit, vel conformitas quædã illius, seu potius cognoscere singulare, propter illam conformitatem vel dependentiam speciei à phantasmate. Sed hoc nihil videtur valere. Primò, quia tũc si duo singularia vnius speciei considero, oportet habere simul duas species ipsius vniuersalis eiusdem: quia vna non producitur à pluribus phantasmatibus, nec vna potest conformis esse pluribus distinctis.

2.

Probatur: quia non videtur, quid aliud sit illud in specie, nisi relatio ipsa: at per relationem non cognoscitur substantiale indiuiduum.

Relicitur altera solutio. 1.

Nec potest dici cum secunda opinione, quòd singulare sine specie intelligitur per solum phantasma, quod est in sensu: hoc enim modo non esset species necessaria saltem sensui. Fictum ergo videtur sic philosophari.

3. Ratio.

Tertium argumentum est. Intellectus percipit similitudinem multorum singularium, vnum alteri comparat, differentiam fecerint, & sic vniuersale cognoscit: at ista non fiunt, nisi per propriam speciem cognoscantur: ergo singulare per se intelligibile est.

Cãfirmatur tertia ratio.

Adde etiam, quòd homines rustici, qui non cognouerunt vniuersale, singularia multa intelligunt: & vix possumus declarare modum intelligendi hunc, nisi per propriã speciem singularia cognoscãtur.

3. Cõclu. Intellectus imul tis differt à sensu, circa obiectum.

Tertia conclusio. Intellectus in multis differt à sensu circa obiectum: Primò: sensus tantùm singularia cognoscit, Intellectus singularia & vniuersalia.

Secundò: sensus cognoscit rem solam, at Intellectus etiam quid rei, vt docet Arist. tex. 9. Ne pures esse idem cognoscere quidditatem & vniuersale: stat enim rẽ in vniuersali cognoscere, & ignorare qd sit.

Tertiò: sensus concretas formas in subiectis quantis percipiet: at Intellectus abstrahit & subiectum ab accidenti, & accidentia inter se, & alia multa, vt pòst dicetur. Hæc igitur est determinatio huius quæst.

Quòd si primo Physi diximus singularia non per se intelligi, id tunc obiter diximus: non enim erat locus eius disputationis, & tanquam probabilem opinionem S. Thomæ, eam ibi retulimus: nunc autem hæc, re meliùs considerata, visa est probabilior.

Contra Autorisa opin. in 1. lib. si expenditur.

Ad argumenta igitur respondetur. Ad primum testimonium ex primo Physi. dico Aristotelem posuisse differentiam inter sensum & Intellectum, ob id solùm assignauit id, in quo differentia est, quòd

Ad primũ ex Arist.

Intelle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intel',
tem
Inte
A
Arist
& cu

Ad alterũ testimoniũ.

uersalia speculatur, singularia autem per accidens, non enim scientia est per se nisi vniuersalium.

Ad aliud testimonium Arist.

Tertium testimoniũ nihil probat: non enim in hoc textu comparatur singulare ad uniuersale, sed res ad quiditatẽ suam: illa sensu percipitur, hæc Intellectu: nec ob id negat Intellectum etiã intelligere rem, sed solùm dicit, q̃ sensus solã percipit rem, ita Intellectus etiam quid est rei.

Ad scũm argu.

Ad secundum argumetum neganda est consequentia. Non enim Intellectus agens est necessarius ad hoc, quòd eliciat species vniuersales: sed ad hoc quòd phãtasma possit imprimere sui speciem in Intellectu: qa Intellectus est immaterialis: nec posset à solo phantasmate pati, quod est materiale: hoc tamen post dicemus.

Ad tertiũ argum.

Ad tertium dico, quòd illud argumentum est etiam contra ipsos: nam si phantasma est materiale, & ob id non potest imprimere sui speciem, eadem etiam causa nec poterit imprimere speciem vniuersalem, vt dicunt.

Solutio.

Respondeo tamen, quòd materiale virtute sua tantùm non agit in immateriale: at virtute agentis immaterialis, scilicet, Intellectus agentis optimè aget, præsertim actione perfectiua, & intentionali: & hoc est, quod dixit Arist. text. 14. respondens dubio secundo.

Ad quartum.

Ad quartum respondeo, quòd Intellectus dependet à quanto, licet ipse non sit quantus: & dependet ab eo, quod est in situ, & loco, ob id potest peti intentionaliter à quanto: & existente in loco.

Ad quintũ.

Ad quintum, non valet ille argumendi modus in potentiis subordinatis: superior enim cognoscit obiectum inferioris, & alia vlteriùs: in potentiis nõ subordinatis valeret ut sensus Intellectui sub ordinatus est.

Ad sextũ.

Ad sextum, neganda est consequentia: quia Intellectus cognoscit quidem singularia: sed nõ ab ipsiusmet immutatur: sed media imaginatiua, sicut imaginatiua mediis aliis sensibus, q̃ superflui nõ sunt:

De Intellectu possibili potẽtia, & habitu hucusque dictum est: restat nunc de aliis duobus Intellectibus, scilicet agente, & in actu tractare aggrediamur, ac prius de agẽte, de quo tria ostendit, necessitatem ipsius, officium, ac substantiam.

De intellectu agẽte. et partibꝫ

Incipit à necessitate, probans opus esse ponere Intellectũ agẽtẽ tali syllogismo. In omni natura, idest, in oĩ effectu, & re facta duo principia necessaria sunt: vnũ materia, quæ sit potentia omnia illius generis: alterum efficiens, quod talem materiam, & potentiã in actum redigat, quod sit, vt ars ad materiã suam. Sed intellige re est quid effectũ: ergo oportet duo hæc principia facere, vnum quod sit, vt materia intellectionis, alterum, vt efficiens: & hoc est Intellectus agens.

Quę, & quot tractanda.

Primum de necessitate eius, q̃ sit necessarium illũ esse.

Hic valde nota, quòd naturam vocat genus quodcũq; eorum, quę principium habẽt trãsmutationis alicuius, qualia sũt omnia effecta, in q̃bus & materia, & efficiens danda sunt.

Nota 1.

Aduerte etiam, quòd loquitur de vniuersalibus principiis, ut sit sensus: quòd sicut est una materia communis eius generis effectibus multis, ita est vna causa communis respondẽs materiæ illi: qualiter se habet cęlum in naturalibus, & ars in artificiatis: idcirco vtitur exemplo artis, vt significet vniuersalitatem principij in causando.

Nota 2.

Et est quidam talis. Tex. XVIII.

Conclusionem ex ratione præcedenti illatam, latiùs explicat, dicens, quòd in anima intellectiua est duplex principium; & Intellectus: alter, qui omnia fit, id est, qui omnium recipit species, quibus similis factus rebus intelligit ipsas: diciturque Intellectus possibilis: alter qui omnia facit, omniumq; species abstrahit, & dicitur Intellectus agẽs: qui se habet vt lumen ad colores. Colores enim erant potentia visibiles, at lumine accedente fiunt actu visibiles: vnde lumen facit quodammodo colores actu colores. Dicit, quodammodo: quia non facit colores simpliciter secundum esse, sed secundum operationem, vt videantur. Ita Intellectus est habitus, id est, forma quædam, quæ facit potentia intelligibilia actu intelligibilia, id est, vt intelligantur: in hoc explicatur munus, & officium Intellectus agentis: hoc enim erat secũdum post ipsius necessitatem.

Explicat latius illa et tam conclusionẽ

Duplex Intellectus. Agens, & possibilis.

Quod sit officiũ intellectus agentis.

Et hic intellectus separabilis est. Tex. XIX.

Tertium explicat, quod erat qualis esset Intellectus agens, ipsiusque substantia: & quatuor ei attributa dat. Primum, est separabilis, id est, non affixus organo. Alij iuxta suam opinionem exponunt, esse assistentem, sed hoc examinabitur post.

De substãtia intellectus agẽtis, quę & qualis sit.

Primum eius attributũ. esse separabilem.

Alterum, est immixtus, id est, non constat realiter ex ipsis corporibus sensibilibus intellectis, vt putabant Empedo. Democr. & alij, de quibus dictum est, primo de anima.

Secundũ, esse immixtum.

Tertium, est impassibilis vlla passione propria, & læsiua.

Tertium, esse impassibilẽ. Quæreũ, esse actũ.

Quartum, est secundum substantiam actus, id est, non est alicuius receptiuus: non enim species vllas in se recipit, sed solum est ad agendum, ob id virtus actiua tantum est, nullo modo passiua, sicut est possibilis.

Attributa tria priora probat. Agens nobilius est passo: & principiũ, id est, causa efficiens, nobilior est quam materia: at agens Intellectus est vt efficiens, possibilis vt materia: nobilior ergo est agens Intellectus possibili: sed possibilis, vt superius ostensum est, est separatus, immixtus, & impassibilis: ergo & agens.

Probat tria priora attributa.

Idẽ aũt est secundùm actũ scientia. Tex. XX.

Communis expositorum expositio est, vt modò Arist. tractet de Intellectu quarto, scilicet in actu. Nec est idem intellectus agens, & Intellectus in actu: nam Intellectus in actu est Intellectus possibilis dum operatur.

De intellectu in actu. Quid sit intellectus agens.

Ponit igitur differentiam huius ab Intellectu in potẽtia, & postea declarat qualis sit. Triplicem ergo differentiam constituit Intellectus in actu ab eo, qui est potẽtia, & etiam in habitu. Prima est: Intellectus in actu, & res intellecta in actu, idẽ sunt: intellige de identitate accidentali quantum ad operationem: at intellectus potentia non sic est idem cum re. Et aduerte, quòd per scientiam intelligit Intellectum.

Differẽtia triplex huius ad intellectũ in potentia, & habitu.

1.

Nota.

Altera differentia est. Intellectus potentia est prior tempore, quam Intellectus actu in vno individuo: nam omnino, seu vniuersaliter loquendo, neuter est prior: quia cum fuerint homines infiniti, non dabis Intellectum in potẽtia vnius, quin alterius Intellectus actu illum præcesserit: sicut de ouo, & gallina: vniuersaliter enim loquendo, neuter præcessit, supposita mundi æternitate a parte ante.

2.

Tertia differentia est. Intellectus potentia seu habitu aliquando intelligit, aliquando non: at Intellectus in actu, dũ est in actu, semper intelligit. Hæc est communis continuatio huius text. sed forsan multo subtilius, & conformius possemus aliter continuare: Dixerat enim Aristotel. Intellectum agentem facere possibilem in actu: postea comparauit lumini, quòd colores facit actu: posses dubitare, quia comparatio potius explicat, quòd obiectum faciat actu, quam quòd potẽtiam. Ad hoc velut respõdens dicit esse idem obiectũ in actu, & Intellectum, seu potentiam in actu: ob id quod facit vnũ, facit alterum.

3.

Prima expositio.

Altera expositio.

Sepa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Separatus aũt est solũ hoc.

Prima ex positio.

QVamuis S. Tho. hæc de Intellectu vtroque simul tam possibili, quàm agente interpretetur, tamen magis de Intellectu actu exponenda videtur cum Philopo. & alijs. Explicat igitur qualiter se habeat Intellectus in actu: dicitque, quòd secundum id quod est, id est, secundùm substantiam est non organicus, ob id immortalis, & perpetuus, non tamen secũdum operationem, quam in corpore habet; vnde operatio destruitur, substantia ipsius manet.

2 Expõ. Quod intellectus actus secundum substantiam non sit organicus, sit ij immortalis, & perpetuus

Vnde fit, quòd post mortem non reminiscimur, id est, non intelligimus ea, quæ in corpore intelligebamus: & ratio est, quia in corpore intelligebamus per Intellectum passiuum, id est, imaginationem, vt omnes exponunt cum Themist. cùm igitur ista non maneat, quia vis est in corpore, non inteliget anima illo modo, quo ante: at quia immortalis est, alio modo intelliget. Multæ & infignes in hoc capite difficultates occurrunt, quæ ordine sunt discutiendę.

Cur post mortẽ nõ reminiscimur cum ea post mortẽ maneat.

An sit Intellectus agens. Quæst. XIII.

ARdua est difficultas hæc ob diuersitatem Philosophorũ opinionum. Vt igitur ab argumentis, quæ difficultatem faciunt, incipiamus, videtur primò, quòd non sit ponendus Intellectus agens. Non est sensus agens: ergo nec erit talis Intellectus. Consequentia probatur: nam ratio Arist. si valida esset, etiam oporteret ponere sensum agentem: nam sensus est potentia passiua, quę ad actum reducitur, sicut Intellectus.

Primũ ar gumẽtum ad partẽ negatiuã.

1. Arg.

Secundum argumentum. Intellectus agens, vel est necessarius propter phantasma, vel propter medium, vel propter potentiam: sed nullo modo est necessarius: ergo non est. Maior est nota: quia nihil videtur aliud ad cognitionem necessarium præter obiectum mouens medium, ac potentiam. Minor probatur: non enim phantasma indiget illo Intellectu, quia potest mouere Intellectũ sicut obiectum sensus ipsum sensum. Nec est propter medium: quia nullum est in Intellectu. Nec etiam propter possibilem: quia est potentia per se sufficiens percipere suum obiectum: sicut sensus sibi propriũ percipit.

2. Arg.

Tertiũ est. Si Intellectus agens necessarius est, est maximè, vt faceret phantasmata intelligibiila actu: sed hoc esse non potest: quia nihil agit imprimendo, vel remouendo à phantasmate: manet enim hoc sicut antè: ergo non est necessarius.

3. Arg.

Quartum est contra comparationem de lumine: quia Intellectus ille dicitur esse causa efficiens intelligibilium: at lumen non est causa efficiens visibilitatis colorum: non ergo comparatio est bona.

In hac difficultate sunt multæ Philosophorum opiniones, & difficiles, quæ tamen ad quatuor capita reduci possunt. Primum est negãtium Intellectum agentem: alterum est ponẽtium ipsum, sed ex parte Intellectus possibilis: tertium est pariter ponentium ipsum: sed ex parte phantasmatum, & obiecti. Quartum est ponẽtium ipsum ex parte vtriusque.

Variæ opiniones Philosophorum, ad quatuor capita reducẽtur. Primum. Secundũ. Tertium. Quartum

In primò capitè est Duran. 1. Sen. d. 3. q. 5. dicit enim non esse opus Intellectu agente, sed phantasma per se imprimit speciem in possibili, & possibilis per speciem intelligit, non intercueniente alio. Hoc idem habuit quidam dictus Isaac Narbonensis: quem citat Mirandulanus: idem etiam habuerunt alij ante Duranum Alber. sum. de homine, in q. de Intellectu agente, refert ante se id habuisse alios quos.

Primũ capitè negãtiũ intellectum agentẽ Duradi, &c.

In secundò capite ponentium ipsum, tamen ex parte Intellectus possibilis, sunt duæ sententiæ: prima Themist. cap. 24. & Theophrast. dicentium Intellectum agentem esse formam Intellectus possibilis: & quò magis participat, & communicat ipsi possibili, eo magis intelligit, formas in ipsis phantasmatis absq; vlla receptione speciei: & quia possibilem facit aptum ad intelligendum, ob id dicitur facere res intelligibiles.

Secundum capitè cõcedẽtium esse intellectum agẽtem ex parte possibilis. Primi opinio Themistii, Theoph. &c.

Altera sententia est Iandun. q. 23. dicit Intellectũ agẽtem facere intellectionem in possibili: putat enim, quòd phantasma imprimit sui speciem in Intellectu possibili,

Secunda opinio Iandun.

bili, & Intellectus passibilis disponitur per talem speciẽ intelligibilem, & agens tunc producit aliam qualitatem in ipso possibili, q̃ dicitur intellectio. Possibilis enim mediante specie recipit intellectionem productam ab agente Intellectu, sicut subitantia per quatitatem recipit colorem: & dum passibilis recipit illã qualitatem, intelligit. Hæc est imaginatio Iãduni, de cuius inuentione gloriatur.

In tertio capite ponentiũ Intellectum agentem ex parte phantasmatis, multiplex est opinio. Prima est Auempace in Epist. de luce. & lumine: putat enim Intellectum agentẽ producere quoddã lumen in ipsis phantasmatibus, quod receptum in eis facit ipsa intelligibilia, in ipsisque naturæ vniuersale, apparent, q̃ phantasmata sic illustrata ab Intellectu possibili cognoscuntur.

Tertium caput cõcedentium ex parte phantasmatis intellectum agentem. Prima opinio Auempace

Altera sententia est aliorum, qui dicũt q̃ Intellectus agens illuminat phãtasma ta, in ipsisq; facit apparere naturas communes: nam phantasma ex se repræsentat singulare, puta, hunc hominem, hoc animal, hoc corpus, tamen ratione huius luminis repræsentatur in ipso vniuersale. Intellectui. Vt enim lumen facit muro apparere colorẽ: ita ipsis phantasmatibus Intellectus agẽs facit apparere vniuersalia. Vnde quamuis phantasma secundum se sit sensibile & singulare, tamen rõne huius luminis obijcit intellectui, vt vniuersale: quod non est aliud, quam quòd Intellectus cognoscat, & recipiat speciem vniuersalis, quod in phantasmate inclusum erat: & hoc est, quod ipsi dicũt phãtasma in esse relucentiæ esse vniuersale.

2. opinio.

In quo se cũda hac opinio differat à prima.

Hæc sententia differt in duobus à præcedenti. Primũ est, quòd illa dicit lumen recipi in phantasmate: at hæc nõ, sed solùm affulgere. Verbi gratia, lumẽ exterius habet duos actus: alter est inhærentiæ; & sic est in medio diaphano. Et alter est apparentiæ respectu colorũ, nõ quòd illis inhæreat, sed q̃ eos appareat facia: hoc secundum competit Intellectui agenti sine primo.

1.

6.

Alterum, in quo differt, est, quod illa sententia negat mitti species ab istis naturis illustratis in Intellectum possibilem. Ista verò dicit hęc phãtasmata imprimere species vniuersalium in possibili.

Hæc sententia est expressa Caiet. 1. p. q. 79. ar. 3. & S. Thom. ibidem, & 2. Contra gen. c. 77. & Heruei. & Sent. d. 17. q. 2.

Autoris huius secũdæ opinionis.

Tertia sententia est eorum, qui dicunt Intellectum agentẽ per se producere species intelligibiles, & abstrahere à phantasmate, quibus possibilis intelligit.

1. Opinio.

Quarta est aliorum, qui dicũt, Intellectũ agentem tanquàm causam principalem, & remotam una cum phantasmate producere speciẽ in Intellectu, ita vt phãtasma sit actuum principium proximum speciei, instrumentale tamen: vt agens Intellectus sit vt causa principalis, sicut qui calamo scribit,

2. Opinio

Hæc sententia est expressa S. Thom. 3. par. q. 9. ar. 4. ad. 2. & Sco. 1. Sent. d. 3. q. 8. & Sonzina. 7. Met. q. 12. & Caiet. Thienensis in præsenti, imò Caiet. Cardinalis sup. locum citatum S. Thom.

Autores huius quartæ opinionis.

Quinta sententia est quorundam, qui dicunt nullum ab Intellectu agente produci lumen, sed requiri, vt ad præsentiam solam phantasmatis faciat speciem ipse solus, vt phãtasma nil aliud faciat, quam esse præsens, & ita determinet Intellectũ per solam præsentiam ad hanc vel illam speciem producendam.

Quartum caput cõcedentiũ intellectũ agentem ex parte vtriusque. Primi q. 1. phantasmatis, & intellectus possibilis. 1. Opi. Alberti.

In vltimo capite ponentium Intellectum agẽtem ex parte vtriusque sunt duæ sententiæ. Altera Auicen. qui dicit, quòd agens Intellectus producit species in possibili, & per se etiam intelligit:

Altera Albert. summa de Intellectu dicit Intellectum agẽtem producere species in possibili, & intelligere non per se vt dicit Philop. sed producẽdo species in possibili, dicitur intelligere, & possibilis etiam recipiẽdo intelligit. Vnde dicit, Intellectum agentem intelligere per extramissionem, sicut dicebat Plato de visu; possibilem verò per intus susceptionẽ, vt de visu sentit Arist. Hæc sunt placita Philosophorum varia in hac re.

Dicam ergo in tanta varietate, quod mihi probabilius tenendum videtur: & sit prima conclusio. Intellectus agens est necessarius.

1. Conclusio. Intellectus agens est necessarius.

Hanc probo contra primam sententiã Duran. duplici ratione. Altera est ex omnium Philosophorum & Theologorum consensu præter Duram. & paucos alios quosdam. Et pfectò hęc authoritas debet

Prima ratio ab authoritate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse satis valida ratione, cum nulla sit ratio efficax in contrarium.

2. Rō. Altera autem ratio talis est, Materiale, & diuisibile nō potest virtute propria agere in indiuisibile, & immateriale: sed phantasma est quid materiale, & diuisibile, at Intellectus immaterialis, & indiuisibilis: non ergo virtute propria agit: indiget ergo aliqua causa immateriali, quacū agere possit, speciemq; indiuisibilem ꝓducere: talis causa est Intellectus agens: necessariò ergo ponendus est.

2. Conclusio, intellectus agens non intelligit. Secunda conclusio. Intellectus agens nō intelligit. Illa probatur. Primò: Illius est intelligere, cuius est recipere species, quibus determinatur ad operandum: at agens Intellectus non recipit species, nisi possibiliter: ergo non est ipse, qui intelligit.

3. Rō. Probatur secundò. Si Intellectus agēs intelligit, vel intelligit intellectione recepta in se, vel in ipso possibili. Non in se: quia non est receptiuus, nec est in potentia. Nec in possibili, vt dicit Iandu, quia intellectio est operatio immanens: debet ergo esse in eodem principio proximo, à quo producitur.

3. Cōclu. Sit conclusio tertia. Ponendum est lumen quoddam internum ab anima, seu Intellectu agente productum, quo illustrētur phantasmata.

Primò ab autoritate. Hæc conclusio probatur. Primò auctoritate Aristotelis tex. 18 huius tertij libri dicentis, esse in Intellectu lumen, quod se habet, sicut lumē ad colores. Accedit cō sensus penè Philosophorum, paucis dem ptis: sic enim lumen hoc cōcedūt S. Thomas, Scotus, Sonzinas, Caietanus vterque Heruetus, Auempace, & plures alij locis supra citatis.

Secundò rationc. Secundò, accedit ratio satis commoda ex analogia ad sensum. Nam, vt lumē Solis, v.g. facit colores visibiles actu eos cō tingens, & quæ latebant in aere, ostēdit, & actu visibilia facit, vt ea videamus, & efficit, vt colores possint ꝓducere species in medio, & in oculo, ac sensu, quibus seu sus videat obiectū, & possit sensationem efficere: Ita lumen Intellectus productum illustrat phantasmata, & facit ea actu intelligibilia, & vt in eis appareant, quæ latebant; & efficit, vt producantur species intelligibiles in Intellectu, quibus postea fiat intellectio.

Confirmatur à simili. Simile etiā esse potest de vase vitri intra se multa continente: quæ omnia non videntur, sed illustrata lumine apparent omnia interius contenta.

Iam verò, vt illę species in aere, & oculo productæ ab obiecto illuminato sunt immateriliores, quàm sit ipse color: ita etiam illę species intelligibiles sunt immateriliores, quàm sit ipsū phantasma. & non inconuenit, quandoquidem, vt illic eam immaterialitatem accipiunt ratione luminis spiritualioris, quam sit color: ita etiam hic ratione luminis Intellectus omnino spiritualis, & ipsius Intellectus quoq; omnino spiritalis, fiunt omnino spirituales, sicut illic ratione etiam virtutis Solis mediāte lumine id efficiēs.

Nam intellectus agens se habet, vt Sol illuminans, lumen respondet lumini, & phantasma colori: atq; ideo omnia pari proportione consonant: & solùm in eo differunt, ꝙ illic lumen ab agente producitur externo, hic verò ab interno.

Et simile omnino esset, si ipsimet oculi ex se emitterent lumē, quo illustrarent obiecta, quæ viderent, iuxtā Platonis opinionem: quod etiam de quibusdam animalibus cōceditur, vt de fellibus, quę nocte vident, & eorum micant oculi.

Occurritur obiectioni. Siue autem dicamus, illas species fieri efficienter ab ipso Intellectu ex phantasmate illuminato, & ex illo sic dispositō extrahi tāquam ex eius potentia materiali, sicut agens educit formam substātialem perfectiorem ex potētia materiæ dispositæ. Quod sanè videtur valde probabile, siue dicamus produci efficienter solùm ab Intellectu, vel à lumine eius, aut ab ipso mediante lumine, & phantasmate solùm obiectiuè concurrente: quod etiam valde esset probabile, siue dicamus ab Intellectu produci mediante ipso phantasmate, vt sit præcipua causa Intellectus, & instrumentum phantasma: aut dicamus phantasma efficere partialiter cum Intellectu, vel etiam à solo phantasmate sic illuminato effici, non valde refert. Nam etiam consimilis esse posset difficultas de colore, & speciebus immaterialibus in aere, & in ipsomet viso ꝓductis, an videlicet à solo corpore, vel luminoso, vel lumine, vel colore, vel ex potētia subiecti educantur, vel fiant.

Quo-

Quocunq; autem modo dicatur, hoc certum est species produci obiecto illuminato, & nō aliter, & res lumine posito apparere, quæ alioquin occultatæ tenebantur, & latebant in aere inclusæ vel aqua, &c.

1. Ratio. Probatur adhuc tertiò ex communi loquendi modo hominum. Solemus enim dicere, valere illum lumine Intellectus, alterum paruo præditum lumine: & in aliquo negocio, vel quæstione paruum nos habere lumen, vel magnum: & petimus ac desideramus illuminari à Deo, & ab hominibus: & lumen naturæ nō sine causa dicimus: quia est vis illa insita, quę tale lumen producit ad intelligendum, cum intelligimus: & lumen etiam ideo merito super naturale concedunt Theolog.

4. Ratio. Confirmatur hæc tandem sententia: quia sic facillimè reddimus causas, quomodo vniuersalia cognoscantur ab Intellectu illustratis phantasmatibus quo modo denudentur à conditionibus induuantibus, quo modo Intellectus ibi separet vnum ab altero, ex omnibus tam vniuersalibus quàm particularibus conditionibus, quæ simul illic apparent, sicut visus in colore illustrato videt colorem, figuram, magnitudinem, intensionem, & cætera, quæ in eo continentur: ablato autē hoc lumine, & eius illustratione phantasmatis, vix aliquid dici potest, quod satisfaciat in specierum intelligibilium productione, & cæteris omnibus.

4 Conclusio. Intellectus agēs ꝓducit lumen in Phātasmatibus vt i subiecto. Quarta cōclusio. Intellectus agens nō producit lumen ipsum in ipsis phantasmatibus receptum, vt in subiecto. Hęc est contra Auempa.

2. Ratio. Probatur. Vel illud lumē est materiale, vel immateriale. Non immateriale, quia recipitur in phantasmate materiali, & receptum est ad modū recipiētis. Nec est materiale: quia tunc maneret phantasma materiale, vt antè, nec fieret intelligibile: non ergo lumen illud producit.

3. Ratio. Secunda ratio: quia vnum accidēs absolutum, vnave qualitas non potest esse subiectum inhæsionis alterius qualitatis vel accidentis absoluti realiter diuersi: & solùm hoc habet quantitas, quia se tenet ex parte materiæ, sed nulla qualitas: ergo species non possunt esse subiectum luminis. Confirmatur, quia species sensibiles in aere non sunt subiectum inhæsiuè luminis, sed aer est subiectum vtriusque.

5 Conclusio. Nō est satis vtrę intrinsece il luminent phātasmata. Quinta conclusio. Non est satis, vt Intellectus agens producat lumen illud secundum actū apparentiæ ab externo tantum, faciens in phantasmate apparere vniuersalia. Hæc est contra Caiet.

1. Ratio. Probatur Primò: quia sic nō esset causa efficiens, cognitionis sicut nec lumen visionis: at Arist. causam efficientem esse dicit.

2. Ratio. Probatur secundò: quia non potest fieri esse actus apparentię nisi ipsi phantasmati inhæreat, vel alicui medio. Hæc autem esse non possunt quia non est ibi medium.

Probatur: quia, vt probatum est, Intellectus percipit singularia per propriam speciem.

6. Conclu. Sexta conclusio. Lumen Intellectus agentis illustrat quidem species intelligibiles productas non solum extrinsece, sed interne, phantasmata vero extrinsece.

Explicatur & probatur conclusio. Pro ipsius probatione notandum, lumen quidem illuminare colorem extrinsece per solum contactum superficiei, aerem vero & oculum, & diaphana, ac species similiter in ipso aere ac in oculo existentes, intrinsece illuminare. Sunt enim in eodemmet subiecto tam species, quam lumen, & ratione luminis ipsæ species inhærent, & recipiuntur in ipso. Iam ergo phantasmata sensitiua se habent ad Intellectū, vt color extrinsecus ad visum: species intelligibiles in Intellectu se habent, vt sensibiles productę in ipso sensu, vel aere. Quare lumē quidem Intellectus agentis intrinsece illuminabit species intelligibiles in Intellectu possibili simul existētes, vt in subiecto vtrunq; phantasmata vero extrinsece, vt lumē illustrat colorem, vt dicebat Caietanus.

Nota. Quamuis etiam si quis diceret intrinsece ipsa quoque phantasmata illustrari alio quo lumine, videlicet illo ipso Spirituali, & immateriali in sensitiua potentia, vbi est phantasma, producto ab Intellectu, & in eo recepto, aut ex eo, quòd vtrunq; sit in eadem anima, vel alio materialiori lumine illustrari, non caret etiam probabilitate: imò verò neq; repugnat spirituale & immateriale in subiecto corporali, & materiali collocari, vt anima rationalis in corpore: sed probabilius putamus, ꝙ in cōclusione diximus, intrinsece species

Universidad de Deusto Biblioteca

intelligibiles, phantasmata vero extrinsece illuminari Intellectus lumine modo expositio.

7. Conclu. Intellectus agens non educit species intelligibiles.

Septima conclusio. Intellectus agẽs solus non producit species intelligibiles. Argumentum est manifestum. Vel reducit illas ex potentia phãtasmatum, vel ex potentia Intellectus possibilis, vel producit illas non educendo. Non primum; quia tunc species reciperetur in phantasmate: quia impossibile est aliud educi ex potentia alicuius, quin recipiat in ipso. Nec secundum quia potentia Intellectus possibilis est differens, & agens similiter, cum sit commune: ergo impossibile est ex ipsius potentia educi species aliquas & eodem argumento, nec solus agens produceret, quia est commune agens.

3. Ratio.

8. Conclu. Intellectus agens vna cum phãtasmate producit speciem intelligibilem.

Octaua conclusio. Intellectus agens tanquam præcipua causa, vna cum phantasmate illuminato producit speciem intelligibilem. Est enim hic Intellectus vis quædam aĩæ, quę excitat, & eleuat phantasma illuminatum, vt ipsum vna cum tali virtute, vt causa principali producat speciem. Vnde ipsum phantasma etiam agit, & immediate, saltem obiectiue.

Probatur primò ex tex. 14. Vbi ait, obiectum agere in Intellectum. Secundo probatur quia ideo dicitur iste Intellectus illuminare, & denudare phantasma, & trãsferre rem de ordine in ordinẽ, id est, facere rem intelligi, quę ante sentiebatur tantum, quæ omnes sunt operationes Intellectus in phantasmate.

9. Conclu.

Nona conclusio. Puto esse sententiam Durandi probabilem, & eorum, qui negant Intellectum agentem, aut saltem sola ponunt ratione distinctum. Neq; enim duos habemus Intellectus vt videtur, sed vnum, sicut nec duas volũtates, nec duas memorias, nec duos appetitus, nec duas imaginationes, sed vnam, &c. Et secũdo, quia ille vnus satis esse videtur ad producendum lumen, & postea eliciendum species, & producendum in se notitiam. Nil enim vetat in se ipsum agere actione perfectiua. Et tertiò, quia nulla est ratio contra hoc concludens: tamen, quia nec in contrarium rationes habẽtur conuincentes, sequimur communem sententiam.

Ad primum.

Ad argumenta respondetur. Ad primũ Auerr. 2. de anima com. 60. putat esse sensum etiam agentem, substantiam separatam: sed nos id negamus: non enim est par ratio sensus & Intellectus: nam obiectum sensus est proportionatum sensui: vtrũque enim materiale, & quantum est: at phantasma est improportionatũ, cum sit alterius ordinis: est enim quantum: Intellectus verò non quantus, ob id indiget principio eleuante, id est, Intellectu agente & eius lumine, quod sit in genere immaterialium, & indiuisibilium. Et hæc fuit Arist. ratio, quòd efficiens principiũ & materiale debent ad vnum pertinere genus: non autem pertinet phantasma nudum & Intellectus, sicut sensus cũ suo obiecto.

Deinde: quia, vt diximus, sensus indiget Sole illuminãte, vel alio luminoso & lumine producto, vt eius obiectum fiat actu visibile, & vt species producantur, & ideo non indiget sensu agente: sic ergo Intellectus indigebit illuminante suum obiectum, quod cum non sit externum, necesse est sit internum, illuminans, scilicet Intellectus agens.

3

Ad secundum patet solutio. Agens. n. est necessarius propter phantasma, vt illuminetur, vt hoc medio Intellectu agente immutare possit possibilem: nam etiam, vt diximus, obiectum sensus indiget lumine illuminante ipsum: & quãtum ad hoc est eadem ratio phantasmatis ad Intellectum, & obiecti ad sensum.

Ad secundum.

Ad tertium dico, verũ esse, intellectum agentem nil imprimere in phantasmate tanquam in subiecto, id est, nullam qualitatem in eo inhærentem, nec auferre à phantasmate. Dicitur autem facere rem intelligibilem in actu: quia phantasma illuminatur extrinsecus, vt diximus, & ita simul cum Intellectu illo fit capax ad imprimendum sui speciem Intellectui possibili, qua mediante res intelligitur, sicut color extrinsece illuminatus ad producẽdam speciem.

Ad tertium.

Ad quartum dico cum S. Thom. 1 p. q. 79. art. 3. ad 2. quòd comparatio luminis in hoc tenet: quòd sicut colores absq; lumine producto à corpore luminoso non possunt visum immutare: ita nec phantasmata absq; Intellectu agente & eius lumine: non tamen Intellectus iste in reliquo similis est: nam concurrit cum phantasmatibus, vt agens causa principalis: lumen verò præcipue tanquam medij dispositio, vt alibi diximus.

Ad quartum.

Nisi quis vellet dicere, lumen esse causam etiam cum colore efficientem? nam color ex contactu luminis fit potens producere species in medio, quas antea non posset.

An intellectus agens sit substantia separata. Quæst. XIIII.

Haec quæstio partim est determinata superius, dũ ostẽdimus Intellectum possibilem non esse separatã substantiam, sed virtutem non organicam animę informãtis materiam: Nam sic simul etiam determinatum est, Intellectum agentem non esse substantiam separatam in opinione Themist. Theoph. & Auerro. qui agentem & possibilem vnam faciunt substantiam, & eandem separatam: contra hos enim cum de possibili ostensum fuerit, de agente ostensum erit, cum re idem sit apud eos agens, & possibilis Intellectus. Idem etiam ostẽsum videtur, cum demonstratum fuit, animam rationalem esse informãtem & actum corporis. At quia sunt alij, qui duos faciunt Intellectus, vnum possibilem, alterum agentem, diuersos in substantia: ideo determinato etiam dubio priori de possibili Intellectu, adhuc determinandum superest alterum de agente. Et quia hoc præcipue tractatur circa doctrinam Aristot. iuxta eam etiam id erit statuendum.

Iam ex dictis patet in esse dissoluta hanc qõnem.

1. Arg. q sit substãtia separata.

Videtur ergo, quòd sit aliqua substantia separata, imò ipse Deus. Primò Intellectus agentis est omnia facere: sed hoc attributum nulli, nisi Deo competit, ergo agens Intellectus Deus est, & non virtus animæ.

2. Arg.

Secundo, Intellectus agentis actio dicitur esse substantia ipsius, text. 19 sed nulli actio est substantia eius, nisi Deo ipsi, qui simplicissima est substantia: ergo Intellectus agens non est animæ virtus.

3. Arg.

Probatur tertiò. Intellectus agens dicitur semper intelligere, ex. 20 hoc autem non virtuti animæ, sed Deo inest: non ergo est agens Intellectus animæ virtus.

4 Arg.

Probatur quarto. Agens Intellectus similatur arti respectu artificiatorũ: at ars est extra artificiata: ergo agẽs Intellectus est separatus a possibili, qui est vt materia, in qua intellecta recipiuntur.

5 Arg.

Probatur quinto. In vno & eodem subiecto non possunt esse simul potentia & actus: sed in anima est potentia, scilicet Intellectus possibilis: ergo non poterit esse agens, qui actus est: erit ergo separata substantia.

Prima opinio Alex.

In hac re variæ sunt opiniones Philosophorum, sicut in alijs fere omnibus. Alexandri fuit prima sententia, qui putauit Intellectum agentem esse Deum ipsum, & hoc idem affirmabat esse secundum mentem Aristote. huius argumenta erant illa tria prima proposita.

1. Opi Marini Auẽpace, Auicen & Gebirani.

Altera sententia est cuiusdam Græci, dicti Marini, cuius meminit in præsenti Philopo. Hic enim non Deum putat esse Intellectum agentem, sed angelum quendam, qui est substantia inferior Deo, est tamen separata. Vnde possibilem ponit esse in nobis non separatum, agentem verò separatum. Hoc secutus est Auempace in Epist. de luce & Auicen. 9. Meta. cap. 4. Colcholeam enim illam dixit esse Intellectum agẽtem, & species facere in possibili: & inter nostros Cuet. Card. Hi enim omnes, Intellectum agentem separatam ponunt substantiam præter Deum, quam vtis Cuet. secundum Arist. solum teneat.

1. Op. Plotini.

Tertia sententia est Plotini, qui Intellectum agentem non separatam aliquam substantiam ponit: sed nobis inexistentem & cuius suam propriam: dicit tamen Intellectum agentem, & possibilem duas esse substantias, agens semper in nobis intelligit, possibilis verò aliquando intelligit, aliquando non intelligit.

4. Op Plutar. & Philoponi.

Quarta sententia est Plutarchi, quem citat Philop. & ipsius etiam Philopo. qui agentem Intellectum ipsam animam ponunt vt actu contemplatur, nec aliam putant esse substantiam.

5. Opinio S. Tho. & cõis.

Vltima est S. Thom. 1. p. q. 79. art. 4 & q. de anima ar. 5. & in hoc capite presenti Arist. putat enim agentẽ Intellectum esse animæ virtutem, & facultatem quãdam, quæ cum phantasmate species imprimit in possibili Intellectu. Hoc sequitur communis schola Latinorum, atque hæc sunt placita

placita Philosophorū in hac re, quid tenendum videatur, explicabo.

Prima cō clusio. Intellectus agens nō est Deus.

Sit ergo prima conclusio: Intellectus agens non est Deus: hæc est contra Alex. & conatur Philoponus multis argumentis sumptis ex verbis Arist. in hoc capite manifestè reijcere, quorū aliqua concludunt absolutè, aliqua ad hominem.

Primo ob autoritatē Aristo.

Primò dicit Arist. quòd post mortē nō reminiscimur, nec cognoscimus, quæ antè: at hoc non potest de Deo ipso dici: ergo Deus non est Intellectus agens. Hoc argumētū simpliciter nō concludit: quia hæc verba non sunt de Intellectu agente, sed de Intellectu actu: concludunt tamen ad hominem: nam Alex. omnia hæc huius capitis de agente interpretatur, sicut etiam Philop.

Scāmte stimoniū Arist.

Probatur secundò. De hoc Intellectu separato, seu agente dicitur, quòd solùm est immortalis: at multa sunt præter Deū immortalia; nō ergo Deus Intellectus est agens.

Reijcitur solutio.

Nec valet dicere, quòd Arist. dicit, eorum, quæ nostra sunt, solum Deum esse immortalem: quia secundùm Alex. non est Deus aliquid nostri: ergo dictio exclusiua, absolute omnia excludit. Hoc etiam est ad hominem propter rōnem dictam.

2. Testimonium Arist.

Probatur tertiò. Iste Intellectus dicitur aliquando intelligere, aliquando non: quod Deo non potest ineſſe.

4. Testimonium Arist.

Probatur quartò, & hoc iam non est tantùm ad hominem: quia dicitur Intellectus agens nō omnino res facere sed facere intelligibiles, quemadmodum lumē non facit omnino colores, sed vt videantur: at Deus omnia absolute facit, & omnium esse causa est: non ergo Intellectus agens est Deus

5. Testimonium.

Probatur quintò. Intellectus agens dicitur esse differentia animæ nostræ vna cum possibilis: at Deus nullo modo est alicuius entis differentia, nec alicui generi limitatur: non ergo Intellectus agens est Deus.

6. Testimonium Arist.

Probatur sextò. Iste Intellectus dicitur lumen, & habitus, id est, forma: & Deus non est forma, nec habitus alicuius; non ergo Aristo per agentem Intellectum intelligit.

7. Testimonium Arist.

Probo etiam septimò ratione ex doctrina Aristo. Deus non operatur in his inferioribus, nisi motu cęli, & lumine, vt patet 8. Phyſi. 12. Metaph. & alibi sequenter: at nec lumine corporeo, nec motu potest talis abstractio, vel operatio Intellectus possibilis fieri: ergo Deus non est Intellectus agens.

8. Testimonium.

Probat octauo. Si Deus immediate facit hoc, ex se ipso: ergo assistit nobis tanquā intelligētia orbi cęlesti: at habemus manifestè ex 8. Phy. tex. 84. non sic Deum esse, sed esse vbiq; & in cęlo potissimum: ergo id prorsus repugnat doctrinæ Arist.

Rationibus idem probatur: 1. Ratio.

Probo etiam hoc idem ratione secundum veram philosophiam. Causa vniuersalis non concurrit ad proprias operationes naturales rerum immediate, nisi positis ex parte ipsarum rerum, & agentium propriis virtutibus: vt Deus nō immediate ad calefaciēdum concurrit cum igne, quin ignis habeat in se propriā virtutem communicatam ad calefaciendum: aliter enim essent causæ inferiores imperfectæ, imò non essent causę: at intelligere est hominis operatio propria: ergo præter Dei concursum, qui est vniuersalis causa, etiā est in homine virtus particularis ad illam operationem, scilicet abstrahēdi species: nec Deus immediate facit absque virtute propria particulari: aliter esset homo omnium agentiū imperfectissimus, cum non habeat in se virtutem actiuam suæ operationis. Et hæc est elegans ratio S. Tho. 1. p. q. 79. ar. 4. & hoc lib. lect. 2.

Nota.

Et nota, quòd non negamus Deum ad intelligendum concurrere, & ad abstrahendum species nobiscum, sicut concurrit cum omni causa particulari ad suas operationes: tamen dicimus in nobis etiā esse virtutem propriam participatam ad illam operationē: ob id Intellectus agens non luci, sed lumini similatur, quod est qualitas participata, & deriuata à luce: sic intellectus agens noster à prima causa.

Aut vero potius similis est ipsi corpori luminoso, puta, Soli lumen producenti, qui tamen Sol à prima causa factus est, & conseruatur, & cū eo concurrit ad producendum lumen.

2. Conclusio. Intellect. agēs nō è substantia separata, sed aliqd aīæ.

Secunda conclusio. Intellectus agens nō est substantia aliqua alia separata præter Deum.

Hæc potest probari ex Aristotele, qui ait, quòd Intellectus agens & possibilis sunt animæ differentiæ, & partes animæ, & principia intelligendi in anima, vt 3. lib. cap. 3. tex. 150. & cap. 4. tex. 1. & cap. 5. tex. 17. & alibi. &c. quæ non possunt separatæ conuenire substantiæ.

1. Ratio.

Secundo probatur ratione: quia debet esse virtus nostra, cum operatio sit nostra alias nō intelligeremus nos, sed alius pro nobis, aut nos essemus solum virtus passiua, & receptiua, & non actiua & operatiua nostrarū operationum: quòd sane est per quam absurdum. Confirmatur inductione: quia omnes res naturales efficiunt suas operationes, non vero eas solùm patiuntur. Confirmatur: quia hæc magna esset naturæ rationalis imperfectio, quòd nulli alteri rei in suo genere conueniret, vt scilicet solum patereturur suas operationes naturales, & non ageret.

3. Ratio.

Probatur tertiò quia experimur hoc totum esse opus nostrum: dum enim volumus intelligimus, non autem dum nolumus: ergo vere in nobis est actiua virtus.

4. Ratio.

Quarto: quia illa Intelligētia separata, cum debet abstrahere phantasma, vel cognoscit illud, vel non. Si non: quomodo applicabitur ad abstrahendum? Si cognoscit: ergo recipit speciem ab illo, vt determinetur: & si hoc ita est, iam non solum agens, sed possibilis erit.

5. Ratio.

Probatur quinto: quia sicut phantasma potuit illi imprimere speciē, posset etiam nostro Intellectui, & tunc non esset talis substantia necessaria.

Tertia cō clusio. p. babiliter Intellectus agēs est potentia re distincta à possibili. 1. Ratio.

Tertia conclusio probabiliter. Intellectus agens est virtus animæ, & facultas re distincta à possibili.

Anima enim habet virtutem producēdi lumen vt vna cum phantasmate illuminato possit producere speciem, & facultatem, etiam vt recipiat, & intelligat: quæ virtutes, vt videtur, nō possunt re esse vna & eadem: quia non videtur agere, & pati vni, & eidem potētiæ re conuenire posse.

2. Ratio.

Hæc conclusio sequitur etiam ex præcedentibus. Si enim non est substantia separata, erit ipsa anima: sed anima virtutibus & facultatibus operatur: erit ergo animæ facultas. Ex his argumenta soluī possunt.

Ad primum.

Ad primum peto ego ab Alex. cum dicitur Intellectus possibilis omnia fieri, an Intelligat, quòd realiter fiat omnia, scilicet lapis, ignis, & alia. Respondebit nullo modo, sed intelligibiliter. Iuxta hoc ego etiam dico, quòd agens facit omnia intelligibiliter, id est concurrit ad omnium intellectionem: hoc tamen non est opus solius Dei. Deus enim omnia secundum esse ipsorum reale facit; nihil igitur ex illo argumento concludit Alex.

Ad secundum.

Ad secundum dico, sensum verborum illorum hunc esse, q̄ Intellectus agens est ex natura sua ad agendum, non ad recipiēdum intelligibilia: vt sicut Intellectus possibilis est ad recipiendum solum, ob id in potentia dicitur, ita agens ad efficiendum: ob id ex natura sua actus dicitur, non tamen quòd sua operatio interna sit sua substantia, sicut in Deo: non enim talem habet operationem intra se: nō enim ipse est substantia se intelligens: nam in his verbis substātia sumitur pro essentia, & natura.

Ad tertium.

Ad tertium respondeo, quòd illa verba sunt de Intellectu possibili in actu, non de agente: & sensus est, non quòd semper intelligat, sed quòd, dum actu est, semper intelligit.

Ad quartum.

Ad quartum respondeo, quòd similitudo artis in his duobus consistit. Primò, vt ars est causa cōmunis omnium effectuū artificiatorum: sic agens omnium specierum, & vnus est pro omniū intellectione. Secundò, vt ars est separata ab effectibus: ita agens Intellectus a rebus intellectis, non tamen debet esse extra possibilē, imò intra ipsum est, vt notat Themist. cap. 25.

Ad quintum.

Ad quintum respondet S. Tho. in præsenti, lect. 10. quòd Intellectus agens non est actus formalis, ita vt ipse sit formaliter res omnes intelligibiles: sic enim non posset esse in eodem subiecto simul cum possibili, qui est potentia res intelligibiles: vnde agens non est formaliter species intelligibilis vlla: est tamen actus, id est, potentia actiua specierū intelligibilium, & sic nihil prohibet in vno subiecto esse potentiam receptiuam speciei, & potentiam actiuā ipsius remote, vna cum ipso phantasmate vt instrumento. & per hæc patet huius quæstionis resolutio.

An

An rationalis anima sit immortalis secundùm Aristotelem. Quæst. XV.

Difficultas quæstionis.

ON est, facile hoc determinare ob tãtã opinionũ diuersitatẽ, & Philosophorũ præsertim quorundã neotericorũ impie opinantiũ, & antiquorũ ẽt cõtrouersiã ego tamen, quod puto certum ac verũ in doctrina Arist. & secundum veram Philosophiam, aperiam, & proponam.

Suppositio.

Sed antequam ad controuersiam accedam, illud vnum supponendum est, quod aliàs pro viribus in Aristotele manifestauimus, animam intellectiuam formam esse, daorem esse; nec vnam in omnibus hominibus, sed plures: hoc autem suppositio, quæstio hæc præsens, quia in doctrina Arist. posita est, modo verbis ipsius, & ab ipso rationibus petitis agenda est.

Nunc tractãdi q̃ secũdum Arist. postea secũdũ veram philosophiam idem pro hãdum. Primũ argu. ad partem negatiuam ex autoritate Arist.

Deinde quæstione sequenti secundùm veram philosophiam idem erit tractãdũ.

Probatur ergo anima mortalis esse autoritatibus, & hoc sit primum argumentum. 1. Physi. tex. 83. dicit se tractaturum de formis physicis generabilibus, & corruptibilibus: at inter has formas physica est anima: ergo est corruptibilis.

Secundum testimonium. Tertium testimonium. Quartum testimonium. Quintum testimonium.

Probatur. 2. Physi. text. 12. formam dici naturam, & hanc non posse separari à materia, nisi ratione tantùm: anima ergo cùm sit forma non separabitur à materia re.

Probatur, 4. Physic text 17. probat formam non esse locum: quia locus separatur à re, non tamen forma: non ergo anima separabilis est.

Probatur. 8. Physi. text. 52. dicit principia, quæ se mouent per accidens esse corruptibilia: at anima mouet se p accidens dũ mouet corpus: ergo est corruptibilis.

Probatur. 7. Metaph. text. vltimo dicit quòd partes, quæ destructo toto manent, erant materiales, & elementares, & illæ cum forma faciebant totum: si ergo anima manet, non erit forma, sed materialis pars, aliaque erit in homine toto forma præter ipsam.

Sextum testimonium.

Probatur. 12. Metap. tex. 39. dicit quod Deo inest felicitas perpetuò, nobis autem pauco tempore: non ergo est anima perpetua, & immortalis.

Septimũ testimonium

Probatur. 3. Ethi. cap. 6. dicit, quod fortis in mortis periculo timet, quia ultimum terribilium mors est, & mortuo nihil boni, vel mali accidere videtur. Hoc est igitur primum argumentum ab autoritate.

Probatur idem rationibus ex doctrina Arist.

Secundum argumentum ex doctrina ipsius. lib. 1. de anima, tex. 13 dicitur, q̃ si anima non potest intelligere sine imaginatione, nõ potest separari à corpore. at lib. 3. tex. 19. dicitur, quòd sine phantasmate nihil intelligit: idem etiam text. 20. concluditur ergo, anima nõ est separabilis. Hoc est argumẽtum fortissimum Alexan. & sequacium ipsius.

3. Arg.

Tertiũ argumẽtũ, 1. de Cœlo tex. 116. omne genitum esse corruptibile: omne quod habuit principium, habere finem: anima ergo, cum forma sit, incipit esse, habebitque finem.

4. Arg.

Probat quartò. Si anima incipit esse, vel fuit educta ex potentia materiæ, vel non. Si educta, ergo dependet in esse à materia, nec potest separari. Si verò nõ, ergo creata, quod tamen esse videtur contra Aristotelis principia.

1. Arg.

Probat quintò. Si anima est separabilis à corpore, erit mobilis, mouebiturq; à loco in locum, at hoc repugnat Arist. 6. Physi. vbi probat nullo modo indiuisibile moueri posse: non ergo est separabilis. est enim secundum se indiuisibilis.

6. Arg.

Probat textiò. Si anima manet separata in perpetuum, cum ipsa sit forma secũdùm se, manebit extra statum naturalẽ, eritq; violentata: at nullum violentum posse esse perpetuum docet Arist. 2. cœli. tex. 18 imò habebit potẽtiam ad corpus, talisque potẽtia manebit in perpetuum frustrata: quod est contra ordinem naturæ quem docuit Arist.

7. Arg.

Probatur septimò. Talis anima manebit otiosa, quia non habet corpus, quod ipsa moueat. atq; hoc argumẽtum fecit Arist. cõtra idæa Platon. 12. Meta. ca. 6. tex. 30. q̃ otiosæ essent nihil mouentes.

8. Arg.

Probatur octauò. Essentanim ç infinitę suppositæ mundi ęternitate, quam Aristoteles fatetur, at actu infinitum non admittit vllo modo Aristoteles ergo nõ est consona ipsius doctrinæ animorum immortalitas.

Nonum

Nonũ argumentũ ex interpretũ quorundam autoritate.

Nonum argumentũ est auctoritas Philosophorum magnorũ asserentium hanc fuisse mentem Arist. Primò Aristoxenus, & Dicearchus, ipsius Arist. auditores, animam mortalem, ipsum sequentes; affirmauerunt, vt refert Mirandula. libr. 4. examinis cap. 8. Plutarchus lib. 5. de placitis Philosophorum c. 1. Aristotelem animam mortalem putasse affirmat: Idem Galen. in historia philosophica. & Alex. magnus interpres, & antiquus: idem inter Catholicos Theoderectus lib. de curandis græcanicis affectionibus. putat enim Arist. esse huius placiti. idem Greg. Nysse, lib. de anima & inter Latinos id putarunt Pompona. Caiet. Card. Simo. Portius, & alij. Sco. autem 4. Sent. d. 43. q. 2. & Heruæ. qui libr. 1. q. 11. dubium fatentur Aristotelem in hoc quamuis magis declinasse, fateantur, ad mortalitatem. Hæc sunt igitur quæ pro hac parte illustres Philosophi sentiunt de Aristotele.

Primum fundamẽtum. Animæ immortalitatem posse bifariam intelligi, aut à parte ante.

Pro resolutione huius difficultatis aduerte animam intellectiuã bifariam posse dici immortalem, & perpetuam. Vno modo ita vt corpus non antecedat, sed incipiat de nouo esse, tamen duret post per petuo separata à corpore: quod alij vocant perpetuum à parte post. Altero modo vt etiam ante corpus sit perpetua: nec de nouo fiat, quod dicunt à parte ante: & de perpetuitate vno, vel altero modo, difficultas est in Aristotele, & controuersia.

Prima cõclusio, Animam rationalẽ nõ destrui de structo corpore, Aristoteles docet, oppositũ contrarij dogmatis. Primo ex communi sententia olim tempore Aristotelis asserentium animam immortalẽ.

Sit igitur prima conclusio. Animam rationalem non destrui, destructo corpore, Aristoteles docet: & oppositum est contra ipsius doctrinam.

Hæc conclusio probatur. Primò: quia fuit sententia communis omnium Philosophorum Græcorum sui temporis, & antecedentium, imo etiam vulgi: quibus omnibus non est credendum ipsum in sua doctrina repugnasse, cum nullam fortem habuerit rationem mortalitatis.

Quòd autem communis fuerit sententia de mansione animæ post corpus, ostendunt tres sectæ Philosophorum: qui eam confessi sunt. Plato enim princeps Academicorum expresse immortalitatem docet in Timeo, pletiq; Stoici: & Pythagoras, qui apud Italos primus docuit, immortalem crediderunt animam, vt refert Plutarchus lib. 4. de placitis c. 7. Adde etiam quòd Græci suam Philosophiam hauserũt ab Hæbreis, vt refert Iosephus lib. 1. cõtra Appion & Eusebius lib. 10. de præparatione: & Berosus lib. 3. Hi autem manifeste animæ immortalitatem problemabant, & Hærodo. libr. 2. refert Pytagoram sumpsisse placitum de trãsmigratione animarum ab Aegyptijs: erat enim semper communissima & antiquissima sententia ab omni republica receptissima de animę mansione post corpus.

Secunda ab autoritate celeberrimorum discipulorum, & Interpretũ Aristotelis ẽt de Aristotele sẽtientium.

Vt quid igitur Aristo. huius oppositum sine certa & euidenti ratione debuit docere: vel quomodo ipsum sensisse mortalitatem fatebimur, cum nullum tale verbum extet expressum in eius vniuersa doctrina?

Probatur hoc idem secundo autoritate insignium tum discipulorum tum Interpretum Aristotelis tam Græcorum, quam Latinorum, & Arabum, qui animæ immortalitatem Aristote. fateri non dubitant, Sunt enim hi, Theophrastus, ipsius discipulus, & Themistius: quamuis enim hi vnam animam dicant, nolunt tamen admittere mortalitatem: at alij immortalitatem cum pluritate ponunt, quales sunt Simp. 1. animæ tex. 66. & 3. animę tex. 20. Philop. in prologo de anima, contra Alexand. Ammonius Alexandreus, Ammonius Hermeus, Olimpiodorus, quorum meminit Mirandula libr. 4. examinis ca. 9. Idem etiam inter Arabes, Auicen. inter Latinos, S. Tho. Albert. Aegid. & alij magni nominis.

Tertia testimonia Aristotelis manifestius & euidentiora.

Sed probatur tertiò ipsius Aristo. testimonijs expressis. Et nota, nullum esse testimonium, vbi verbũ aliquod dicat de mortalitate: sed isti per consequẽtias nasdam extortas colligunt: nos tamen per expressa, & euidentia testimonia probamus.

Nota valde. Primũ testimoniũ.

Primum sit ex 1. de anima text. 66. vbi dicit, quòd amare, cogitare, & similia, destruuntur cum corpore: at Intellectus diuinum quid & impassibile est. Vide clare immortalitatem intellectiuæ partis.

Secundum testimonium.

Secundum ex 2. de anima text. 22. Intellectum aliud genus animæ esse dicit à sensitiuo, & vegetatiuo, & id posse ab his separari, sicut perpetuum à corruptibili.

Tertiũ testimonium.

Tertium est ex 3. de anima text. 20. vbi dicit quòd Intellectus in actu, quo contemplamur, quãtum ad operationem non manet post corpus, tamen secundum se,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ae suum esse, immortalis est.

Quartum testimonium. Quartum ex 13. Metaphysi. text. 17. dicit mentem, & animam intellectualem non posse esse ante corpus, tamē manere post, nihil prohibet: quia habet, ait, actionem separatam à corpore, scilicet, contemplationem, & iste est tex. notandus.

Quintum testimo. Quintum est libr. 2. de Genera. animalium cap. 3. vbi expresse dicit, quòd cum actione Intellectus nihil communicat corpus: ob id, quòd sine illo esse potest.

Sextum testimo. Sextum est, 1. de par. cap. 1. vbi dicit nō esse Physici tractare de omni anima. Non enim de Intellectiua tractat: quia est separata, id est, non habet esse à corpore pendens.

Septimū testimo. Septimum est 1. Ethi. ca. 11. dicit, quòd ista, quæ accidunt in mundo, parum mortuos tangunt: quia nec sufficiunt facere beatos eos, qui non sunt, nec eos, qui sunt beati, non beatos facere: sunt igitur animæ post mortem.

Nota valde. Hæc sunt igitur testimonia. Tu perpende, an testimonijs expressis possis refragari per consequentias quasdam inutiles: quæ si quid concluderent potius contradictionem in doctrina Aristo. & verbis concluderent. Sed tamen soluuntur facillime illæ fallaces eorum consequentiæ, vt post dicemus.

2. Concl. Arist. non posuit animas ante corp' existentes. Secunda conclusio de animæ perpetuitate ante corpus, sit hæc: Aristoteles non posuit animas ante corpus existentes.

Probo manifeste hoc ex 12. Metaphysi. text. 17. vbi dicit mentem seu animam intellectiuam fuisse non posse ante corpus: quia est tanquam ratio. 1. forma corporis.

Prima Auctoris. 2. Ratio. Et ratione præterea manifesta ex ipsius Aristotelis principijs probatur: quia cum sit actus corporis, vt ostensum fuit, per se creari non debebat, sed in corpore iuxta ipsius videlicet naturam & appetitum materialem: alias violenter generaretur, & violenter esset antea extra corpus.

Obiectio. Quòd si quis obijciat ea lib. 2. de generatione animalium cap. 3 vbi videtur dicere, mentem fecisse ante, & de foris seu exterius venire.

Prima solutio. Respondent aliqui probabiliter, quòd hoc loco loquitur secundum aliorum opinionem, & non propriam, sed Antiquorū: non autem in Metaphysicis, sed secūdum propriam: & hoc colligunt satis probabiliter propter tria. Primò, quia illa erat doctrina non multum speculatiua, sed historica: Metaphysica vero exquisita. Secundo, quia talis sententia potest multis adscribi. Tertiò, quia ibi insimulat animas habere corpora quædam non ex elementis, sed ætherea corpora: quod tamen certum est, esse contra eius doctrinam. Quare non hæc, sed sententia textus Metaphysici, quòd mens non sit ante corpus, propria ponenda est. 1. 2. 3.

Secunda solutio. Secundò respondemus, nil in eo loco contrarium dici: proposuit etenim duas quæstiones. Prima, an animę omnes essent ante corpus, an nullæ, an aliquæ sint, aliquæ non. Secunda, an in materia ipsius essent, an ex semine maris aduenirent: & si cum maris semine, an ex vi eius omnes fierent, an extrinsecus, vel partim extrinseco, partim non.

Et respondet primæ quæstioni, animas omnes impossibile esse antea. Ad secundā animam rationalem seu mentē extrinsecus aduenire, hoc est, non ex vi seminis seu maris, seu (quod idem est) non educatur de potentia materiæ: sed fit ab extrinseco: & nihil ait aliud: & hic est sensus verus illius loci. 4.

Tertiò confirmamus id: quia multa eodem cap. 3. dicit, quæ ostendunt animam non fuisse ante. Nam ait, omnes etiam intellectiuam animam esse prius potentia, deinde actu esse: & prius fieri vegetatiuū, deinde animam sensitiuam, deinde rationalem infundi: & tandem mentem, seu intellectiuam animam à corpore esse separabilem, & separari ibidem ait. Quòd si ita est, vt diximus, & fateri necessario oportet: habemus doctrinam expressā Aristotelis animam incepisse, sed nunquam desituram. 5. Nota

1. Concl. De statu aiæ post mortem quædam magni momenti ab Arist. habem' 1. 2. 3.

Tertia conclusio. De statu animæ post mortem, quædam habemus ab Arist. non parui momenti, sed eiusmodi, vt ex illis multa alia certa liceat demōstratione colligere.

Ad testimonia Arist. Asseruit. n animam immortalem, atq; ita manere post mortem, vt vidimus: & asseruit Intellectum eius tam possibilem quam agentem esse à corpore separatum, nec organo vtentem corporeo. asseruit etiam post mortem. 1. Ethicorum cap. 11. vt vidimus, ea, quæ in hoc mundo accidunt,

dunt, mortuos non sufficiūt facere beatos, qui non sunt: nec eos, qui sunt beati, non beatos facere. Atq; adeo cōcessit esse post mortem quosdā beatos, quosdam non ita. quæ tria profecto magni sunt momenti.

Ad primū testimonium. 2. Et ex his, aliisq; dictis, multa alia possent colligi. Nam si addas, beatitudinem consistere in contemplatione substantiarum separatarū, vt ipse ait 10. Ethicorum & præsertim primæ substantiæ separatæ, videlicet Dei: sequet, animas beatas post mortem substantias separatas, & Deum maxime contemplari.

3. Item si, vt ipse ait, ociosæ post mortem manere non debent, & Intellectum habeant, consequitur, vt eius habere possint operationes, & vt antea primo libro diximus, consequitur eas habere appetitum rationalem, qui consequitur ad Intellectū, scilicet, volūtatem & eius operationes habere: & si operationes voluntatis, ergo & virtutes, & virtutum operationes, atque exercitia præsertim spiritualium, vt iustitiæ, prudētiæ, charitatis, amoris amicitię, ac cæterarum, & similia alia pleraque necessario colliguntur.

6. Similiter, si manet post mortem, sequitur, vt si in hac vita bene egerit, præmium habere debeat: & si male egerit, pœnam etiam debitam, vt iustitia suum habere locum possit.

Et quamuis alia occultiora diligentius perscrutentur & tractēt Thologi, satis fuit Philosophum ea præbuisse principia, ex quibus non pauca, imò magna necessaria demonstratione colligantur.

Hæc sunt, quæ ex Aristotelis doctrina colliguntur, quæ vnicuique amatori veritatis, & rerum æquo existimatori, vera & eius doctrinæ consentanea videbuntur.

Ad testimonia Arist. Superest, vt ad argumenta proposita respōdeamus, & in primis singulis locis primi argumenti satisfaciamus, quę profecto nullam habent apparentiam.

Ad primū testimonium. 2. Ad illud 1. Physi. dico tria. Alterum est, quòd illic vocat generabiles, & corruptibiles, quæ formæ sunt corporum generabilium, & corruptibilium: non enim formæ secundum se generabiles, vel corruptibiles sunt. Talis est anima, est enim forma hominis qui corruptibilis est. Et hoc sufficit, vt philosophus speculetur de ea, quod vero post maneat, parum quantum ad hoc refert. Adde etiam, quod si non est corruptibilis, tamen generabilis, seu producibilis est.

Ad 2. testimonium. Dico secundò, quòd loquitur à toto genere: quia omnes ferè formæ corruptibiles sunt, tamen anima, cum sit vltimus terminus Physici, habet confinium cum Metaphysica & abstracta forma, vt sic in materia sit, vt possit separata persistere.

Ad 3. testimonium. Dico tertiò, quòd quamuis non corrumpatur quantum ad essentiam & substantiam, tamen corrumpitur quantum ad actum formalem eius, qui est informare: desinit enim informare, & desinit esse actu forma, & ita actus eius formalis corrumpitur, licet non ipsa: & hoc est satis.

Ad 1. testimonium. Ad illud 1. Physi. dico, animam non esse tantum naturam: forma enim natura dicitur respectu motus. at anima alias operationes habet præter motum, scilicet intellectionem. Vnde quamuis, qua parte natura est absque corpore non sit, id est, non possit naturæ operationes exercere omnes: tamen, cum habeat aliam separatam, poterit esse absque corpore. Arist. autem de forma, quæ pura natura est, loquitur, & quatenus talis. quod si exemplum ponit de homine, id est, tanquam de eom posito quod constat natura: quod quidem verum est.

Ad 4. testimonium. Ad illud 4. Physi. solutio est manifesta. Arist. enim hoc argumentum facit, forma non separatur à re, manente re: at locus separatur à corpore, manente corpore: ergo forma non est locus: & sic nihil concludit. Nos enim fatemur, quòd cum anima separatur ab homine, non manet homo.

Confirmatur solutio. Et quod ista sit expressa sententia Arist. ex eo patet: nam hoc argumentum non de sola forma, sed etiam de materia simul facit: quod quia materia non separatur à se, ob id non est locus: at materia clarum est, quod non separatur a re, & composito ipso manente.

Ad quartum testimonium. Ad illud 8. Phys. respondeo, sensum Aristo. hunc esse, quòd principia, quæ se per accidens mouent, in corruptibilibus sunt: & ita est. Omnes enim animæ insunt in corporibus corruptibilibus, & generabilibus, quod tamen omnes non maneāt post corpus, non colligitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad quintum testimonium.

Ad illud 7. Metaph. respõdeo, quòd materia & forma, si ad totum compositum comparentur, ipsius sunt elementi, dicuntur; materia quia totum est vt forma illa comprehendens. Ideo dicit Aristot. partes per se esse materiã: tamen si vna respectu alterius comparetur, vna est forma, & altera materia. Nihil ergo concluditur tali testimonio.

Ad sextum testimonium.

Ad illud 11. Metaphy. nota est solutio. Loquitur enim de fœlicitate, quæ homini inest, & coniuncto, non autem animæ solius. illa autem parum durat, quia homo corruptibilis est.

Ad septimũ testimonium.

Ad illud 3. Ethic, dico; quòd fortis dicitur timere, non quòd anima non manet tunc enim non esset timendum potius: sed quia nihil boni illi accidere posse videtur, id est quia cessat sua operatio, nec amplius fortitudinem exercere potest, hoc dico secundum Arist. Vide ergo quam facile soluantur omnia testimonia, quòd si tu, re ctus iudex huius esse vis, & tenueris solue re loca, quæ probant immortalitatem, videbis nullo modo posse solui.

Nota.

Ad secundum argumentum, rationib' ex Doctrina Aristotelis.

Ad secundum argumentum, quod tanti fecit Alexander, probabiliter respondent, quòd quamuis in principio, vt moueatur, & incipiat cognoscere indigemus phantasmate, tamen post rem semel intellectum, & seruatis speciebus intelligibilibus, phantasmate non indigemus.

Dubium. De anima pueroru.

Quòd si obijcias de animis puerorum, quę nihil intelligentes, obierunt, nõ posse post mortem intelligere destitutas omnibus speciebus intelligibilibus, quas nullas haberunt, quæ neque vnquam per phantasma intelligere cœperunt: vnde sequeretur ex solutione, opottere dicere esse mortales secundum Aristotelem. Respondendum erit, nos non dicere, per solas species intelligibiles acquisitas in hac vita posse post mortem intelligere: sed quòd colligimus esse immortalem, quia habet nunc operationem separatam, nempe intelligere per species intelligibiles spirituales acquisitas, & non solum ex phantasmatibus primò mouentibus sentituis.

Respon-sio. 1.

Secundo etiam si non posset sine phantasmate, respondeo ex ipsius doctrina Arist. tex. 15. dur lex esse intelligibile. Vnum in potentia, alterum per se & actu. Potentia intelligibilia sunt res omnes sensibiles, & corporeæ: per se autem sunt res immateriales: inter quas est ipse Intellectus. Dico ergo, quòd sensibilia absque phantasmate non intelligit: immaterialia sine vllo intelligit. & hæc separata cognoscit, & seipsam.

2.

Nota, duplicia esse intelligibilia.

Et constat expressam hanc esse sententiam Arist. Nam tex. 20. dicit, quòd intellectus in actu, quamuis non sit immortalis secũdum operationem, ita scilicet, vt semper sit in actu intelligens, quia cum phantasmate intelligit: tamen, secundum suum esse, immortalis est.

Cõfirmatur solutio.

Aduertendum igitur, quòd Arist. bene quidem fatetur perite operationem, quæ erat cum phantasmate: tamen adhuc dicit, quantum ad esse immortalem, esse Intellectum. Non ergo valet argumentum apud Aristotelem: quia destruitur ista operatio, ergo destruitur Intellectus. & ratio est, quia manent alia intelligibilia secundum se, quæ si non essent, non vtique diceret Arist. quòd secundum se manet: non ergo omnem operationem habet dependentem à phãtasmate: sed rerum sensibilium cognitionem.

Nota secundo.

Petes fortasse, an in corpore existens in hac vita intelligat ista immaterialia. Respondeo, impertinẽs esse. Sat est, quòd ab ea possint percipi, quòd si non in corpore, saltem extra intelliget.

Dubium. An in hac vita existens anima intelligat immaterialia.

Est autem notandum, quòd similem, & eandem quæstionem proposuit Arist. inferius text. 36. & reliquit illic absque determinatione: supposuit tamen tanquam verum & certum, quòd poterant intelligi ab Intellectu nostro separata, & immaterialiatan vero in corpore, vel extra, reliquit absque expressa determinatione. Sed nos lib. 1. de anima multorum testimonia, & hominum magnorum citauimus, quòd secundum Arist. anima in corpore existens intelligat etiam separata, & duas habeat operationes: alteram physicam rerum sensibilium, alteram abstractam & contemplatiuam rerum spiritualium. Vide itaque illam quæstionem: & sic puto sufficienter solutum argumentum.

Respõsio.

Nota.

Ad 3. dico tria. Primum est, quòd si modus argumentãdi secundum Arist. doctrinam obseruari debuisset, ita oportebat dicere, Quod incœpit, non est perpetuum: anima est perpetua: ergo non incœpit.

Aduertẽ. Prima solutio.

Istud

Istud argumentum est magis conforme Aristot. nam minor testimonijs expressis probari potest. At illi extra rem sumunt minorem, quam non possunt probare ex Arist. & si proben', statim ex eodem Aristotele solueretur suum argumentum. Ipsi enim faciunt hanc minorem: Anima incœpit esse cũ corpore. Si quis neget, probanda est per 12. Metaph. text. 17. q̃ mens non fuit ante corpus. Sed statim iste text. conuincit ipsos; nam, sic dicit, non fuisse ante corpus, quod manet post: & sic illorum maior est falsa. Atque hæc sola satis esset solutio, quæ sane est notatu digna.

Secunda solutio.

Dico secundo, quòd Arist. illic loqueba tur contra Platonem, qui mundum ex materia genitum posuit, & æterno duraturũ: contra hoc direxit argumentum. Quod enim genitum est ex materia principiumque habuit, necesse est corrumpi.

Cõfirmatur solutio.

Et probatio Arist. hoc manifestat: quia materia semper est in potentia ex se. loquitur ergo de composito & producto ex materia: at anima simplex quædã & incompositа est substantia, ob id si incœpit, non tamen corrumpetur.

Cõfirmatur secundo.

Et quòd hæc glossa sit secundum Arist. aperte patet cum inueniam tex. expressum vbi mentem incepisse fatetur, non tamen desituram.

Tertia solutio.

Tertio respondeo, Aristotelem ibi loquir de inceptione & productione per motum, vt ex toto eius progressu disputationis constat. Dicemus ergo, Quidquid incœpit per motum desiturum esse & quod per generationem producitur, corruptum iri: atque ita quod generabile est, esse corruptibile. At verò quod non incipit per generationem, & motum, sed creatur, non sequitur, quod corrumpetur, sed quòd ea potestate; à qua productum est. seu creatum, scilicet, à Deo, posset corrumpi: & ita creabile, est, annihilabile: & generabile, est corruptibile.

Ad quartum.

Ad quartum dico, non esse eductum ex potentia materiæ in doctrina Aristotelis animam rationalem: & hoc certum esse in doctrina Aristotelis, quãdoquidem extrinsecus aduenire dixit, & non ex vi seminis cum mare: & esse diuinum quid, & separatum à corpore, & manere post corpus, & operationẽ habere à corpore separatam, & esse inorganicam potentiam Intellectum: ex quibus manifeste colligitur non esse materialem, nec corporeã, nec virtute posse corporea produci, nec ex materia.

At verò, an creetur, vel non secundum Aristotelem, ipse expressè non dixit: ex dictis autem eius videtur ratione manifesta posse colligi creari animam.

Aduertendum tamen: Non quidquid de nouo est, cum ante nihil illius esset, dicitur creari, seu creatum esse, aut id satis esse, vt creetur. Hoc aperte ostendo. Forma enim ignis, & quę vis alia de nouo habet esse & incœpit, & tamen nihil illius formæ præfuit: non tamen dicitur creari. Aliter enim fateberis necessario omnia hæc creari, etiam in Aristotele: quod falsum est. Sed creari est, cum sic incipit esse. quod nihil illius præfuit, nec aliquod à quo in esse penderet. Vnde cum formæ sic producantur, vel esse acquirant; quòd per se produci non possent, nisi materia suppositа, in qua necessario deberent produci: ob id apud Arist. & secundum veritatem creari non dicuntur.

Secũdum quid, si educi ex potentia materiæ. Respõsio.

De anima verò rationali meliùs quid contingit: nam producitur quidem in materia, sed non dependet ex ea in esse, atq; ideo proprie dici posset increatio, seu concreatio: simplex verò creatio esset, si per se produceretur existens, & non in materia, vt Angelus. Igitur ex doctrina Aristotelis hoc sequi necessario videtur. Quòd si quis de nomine vellet certare, & hoc genus productionis apud Aristotelem non vocari creationem, sed cum res tota per se existens producitur, & nil illius præfuit, atque ideo non dici creari animam secundum Aristotelem, quamuis non educatur ex potentia materiæ, quia in ea inducitur: certe quæstio esset de nomine. est enim tale genus productionis in materia, sed ab extrinseco, & non ab ea pendens necessario, vt fit.

Dices tu, Quid ergo est educi ex potentia materiæ? Respõdeo, q̃ illa forma, apud Aristotelem, dicitur educi de potentia materiæ, quæ totum suum esse habet cum materia. Cuius signum est à posteriori, q̃ nullam habet operationẽ nisi cum materia, & illa dicitur non educta: quæ quãuis sit necessariò in materia producta, tamen non habet totum suum esse à materia pendens. Cuius signum est operatio nõ communicans.

communicans cum materia: & talis est anima intellectiua.

Quòd autem totum esse non habeat immersum materiæ ex eo etiam colligitur, q temporis successu mutatione materiæ omnia naturalia perficiuntur: vt puer perficitur tempore quantum ad vires, quantum ad partem sensitiuam, & vegetatiuã: at Intellectus non perficitur mutatione materiæ, nisi accedente studio, & doctrina. non ergo totum esse animæ est immersum animæ: ob id separabilis est.

Tertium; dubiũ an quomodo habeat ei perfectionem rationalis anima supra materiam. Resp.

Dices, Vnde est, quòd ista anima habeat illum gradum perfectionis, & eleuationem supra materiam?

Respondeo interrogatione quadam. Peto, vt tu mihi respondeas, Quare in materia eiusdem speciei induci potest forma vna perfectior & nobilior altera? Dices profectò, ex parte agentis: nã materia hoc præstare non potuisset, & eius dispositiones adhuc ab agente sint, oportet.

Rursus peto, Quare in mundo, cum materia sit eiusdem rationis, quædam sunt, & esse potuerunt perfectiores aliis formæ, & perfectiores quoque, aut minus perfectæ dispositiones ad easdem formas suscipiendas? Dices sane necessario in Aristotele, Quia talis est natura rerum, & cuiusq; formæ: & quia totum pendet ex causa perfectissima, varie se per productionem communicante.

Respondeo igitur tibi secundum Aristotelem, Hominis anima perfectior & eleuata est propter eum, qui genuit, cuius substantia, & effectiua virtus est adeo perfecta: & ita totum hoc referendum est in ipsam causam diuersitatis formarum.

4 Dubiũ: An a solo Deo fiat anima rationalis.

Sed petes, Num à solo Deo, secundum Aristotelem, fiat efficiẽter anima rationalis, an vero ab alia causa, vel causis vniuersalibus, quando quidem non ex potentia materiæ educitur secundum ipsum, & extrinsecus aduenit?

Resp.

Respondeo, quòd necesse est, cum sit secundum illum, separata immaterialis & spiritualis substantia, quòd fiat à causa spirituali, secundum illum. Cæterum de hac causa, quæ sit, vtrunque esset probabile in Aristotele, vel quòd sit immediatus Dei effectus, vel quòd à Deo cum causis aliis vniuersalibus, homine præbente materiã, & disponente fiat, & ita simul causis concurrentibus: atq; hoc fortassẽ in Aristotele esset probabilius. atque ita argumento abunde satisfactum est.

Ad quintum puto me sufficienter respondisse, in q 8. lib. 1. de anima, vbi de motu rerum incorporearum tractaui. inde petatur solutio. Ad 5.

Ad sextum respondeo non paruũ hoc esse argumentum pro corporum resurrectione. Nam cum anima sit forma, & habeat naturalem appetitũ ad corpus, profecto sequitur frustra futurum esse talem appetitum: & nisi vnquam expleretur, violẽtum quid fore. Et sane non est minoris efficaciæ in vera philosophia quam alia pleraq; argumenta, quæ putantur in philosophia necessaria. Aristoteles autem fortassẽ hoc non cogitauit, sed posteriores. Ad 6. 1.

Cæterum Philosophum non omnino conuinceret. Nam ideo Pythagoras hac fortassẽ ratione motus transmigrationem animarum posuerat. Alij, vt Auicenna, semel fuisse expletum eius appetitum diceret, nec amplius id appetere dici posset vnam animam non habuisse virtutem informatiuam, nisi vnius tantum corporis. 2.

Præterea aliqui dicunt, & bene, quòd violentum apud Aristotelem id dicitur, quod est extra locum naturalem, impeditumq; est, cum habeat in se virtutem perueniendi ad locum propriũ: at anima non sic se habet: non enim est extra locum, vel in loco aliquo non naturali, nec habet virtutem redeundi ad proprium corpus: nec tale corpus est. 3.

Dico præterea, quòd Aristot. nec vllus Philosophus naturalis cognouit corpus humanum futurum absq; passione, & laboribus & corruptione & pugna cum ratione: ideoq; Philosophi non putarit esse extra naturalem perfectionem animam extra corpus. & præsertim, qui eam ponebant tanquam in carcere ibi deiectam, & impeditam quasi compedibus: imo putabãt esse liberatam à miseria. Vnde primò de anima tex. 49. Melius, inquit, est intellectui esse corpore.

Nec ob id dicitur naturalis potentia frustari. Illam enim potentiam philosophi putarunt impotentiam: ego enim etiam sum in potentia ad febrim, sed talis potius est impotentia, cum ad malum sitque huius; est vt talis potentia ad actum non reducatur: & hoc ipse Aristoteles docet 9. Metaph. text. 19. In malis melior est potentia, quam actus: sicut in bonis melior est actus, quam potentia. Vide ergo solutionẽ argumenti in via Arist. & physica.

Aduertendum est autem, in hac re partim Philosophos bene dixisse, partim non bene. Nam esse quidem sine hoc corpore corruptibile, & tot malis obnoxio, & rationi repugnante, haud dubiè animæ rationali bonum est. Sed errabatur, quia putabant, nunquam Intellectum futurum in corpore, quin corpus esset corruptibile. At nos, vt veritas habet, qui credimus immortalium corporum resurrectionem, dicimus, melius esse rationali animæ esse cum tali glorioso corpore. Et hoc idem superius monuimus 1. lib. de anima. tex. 40.

Ad 7. Ad septimum respondeo, non dici ociosam animã, cum intelligat & habeat operationem separatam: at dixit ipse Aristoteles, ip si ideas vocauit otiosas, cum non mouerent, id est, quia non omnes intelligebãt, posuit enim Plato ideas etiam inanimatorum.

Obiectio. Solutio. Dices, Deum ipsum Arist. dixit mouere, ne esset ociosus. Respondeo verum esse, & ocium esset, cùm potentia est: putauit enim Arist. quòd cũ Deus habeat potentiam mouendi, nisi moueret, ea potentia ociosa esset, & ipse secũdum illam potentiam: at animæ non possunt id facere, ob id non ociosæ dicendæ sunt: nam non facere, quod non possis, ocium non est.

Ad 8. Ad 8. lege quæstionem nostram 2. de anima de animæ informatione, & ibi manifestam solutionem inuenies.

Ad 9. Ad 9. respondeo, quòd si illi Doctores sunt in illa sententia, pro nostra sunt etiã grauissimi doctores, imò graniores & in philosophia longè peritiores, vt in hac causa profectò simus superiores ac multò magis, si de ipsis testimonijs & rationibus Aristotelis sit iudicium habendum. Adduximus enim testimonia euidentia, & obiectiones manifeste dissoluimus, atq; hęc & sunt, quæ in doctrina Arist. dicenda erant.

Stotus [illegible] ex- [illegible] parte. co- [illegible] ades non [illegible] ab alio. [illegible] potentia; quidquid.

An secundùm philosophiam anima rationalis sit immortalis. Quæst. XVI.

Intentio & status disputationis.

POstquàm de doctrina Arist. nobis iam vtcunq; cõstat, nunc hoc idem dubium naturalibus rationibus discutiendum est: an. & aliqua ratione naturali probari possit animæ immortalitas, remota fidei certitudine, quæ ipsam præcipit immortalem confiteri. Et vt morem solitũ seruemus, ac veritas magis eluceſcat, argumenta in contrarium prius proponamus.

1. Argum. ad partem negatiuã Est ergo argumentum primum pro parte negatiua. Quorum est idem ortus & processus, idem videtur finis: at hominum & iumentorum idem videtur ortus: ex terra enim sunt: idem processus: ab eisdem enim vtrorunque vita afficitur: ergo idem est finis. At animæ iumentorum corruptibiles sunt: ergo & hominis anima.

Cõfirmatio primi argumẽti. Accedat etiã in minoris probationem, quòd dicitur Ecclesiast. 3. hominum & iumentorum similis est interitus, & æqua vtriusque conditio.

2. Arg. Secundò Principium respondet fini, & econtra: sed cuncta ex nihilo sunt: ergo in nihilum redibunt. Vnde cecinit Gallus:

Cuncta suos ortus repetunt, matremq; requirunt:

Et redit ad nihilũ quod fuit ante nihil.

Et hoc sibi persuasit Plinius lib. 5. cap. 55. vbi sic errans, falsam putat animarum immortalitatem.

3. Arg. Tertiò. Anima in intelligendo pendet à phantasmate: ergo separata a corpore, in quo est phantasma, non intelliget: non ergo erit, quia nihil est, quòd per se operari valeat.

4. Arg. Quartò. quia omnes operationes hominis non habent vestigium durationis perpetuæ: quia in omnibus deficimus & lassamur, nec multum continuari possunt: non ergo anima est perpetua.

5. Arg. Probatur quinto, quia si manerent animæ, vtique essent distinctę formæ sine materia: differrent ergo specie, quia differentia numerica à materia est. At absurdum est, q̃ ante differant numero solo, postea spẽ: non igitur aiæ post corpora manent.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota tria quæ diffitebuntur conijngere philosophi.

Ad huius dissolutionem quæstionis non tantum, Philosophos Ethnicos non potuisse coniungere tria predicata de anima intellectiua, puta. quòd sit forma immortalis & plures: vnde dum fuerūt in varios errores, excepto Arist.

Prima opinio Platonis, &c.

Quidam immortalem quidem animā receperunt, & plures, tamen esse formam reiecerunt, & huius sententiæ fuit Plato, Plotin. Philop. & alij, qui animas existentes in corporibus putauerunt tanquàm nautas in nauibus.

Et ratio horum erat: quia si forma esset, à materia penderet, nec immortalis esset. Loquor de forma informante.

Secta opinio Alexādri, &c.

Alij formam crediderunt, & plures, tamen consequenter negarunt immortalitatem, vt Alexan. Aristoxenus, Dicearchus, Plini. Gale. Epicurus, & alij.

Tertia opinio Themistii, & Theophr. &c.

Quidam autem immortalem dixerūt, non tamen esse formam, nec plures, sed vnam in omnibus animam posuerunt, vt Themist. Theophrast. Auerro. & alij: quia non poterant intelligere in non formis pluralitatem numericam, sic omnes hi errabant.

Opinio Aristotelis & veritas Catholica.

At veritas Catholica, & fides determinauit omnia ista tria coniungenda: est n. anima forma immortalis, & multiplicata secundùm individua: & hoc idem vt ostēdimus, sensit, & asseruit Arist.

Nota contra Pomponat. & quosdam alios impie loquētes.

Simul etiam determinatum est secundùm Fidem, vt diximus 1. de anima, quòd ista non repugnant rationi naturali, & veræ philosophiæ. Vnde erauit Pompona. dicens, animam mortalem secundùm philosophiam: & quamuis non esset fortasse error, dicere, quòd non potest demonstrari naturaliter animæ immortalitas: hoc enim dicit Sco. 4 Sen. d. 43. q. 2. quanquā & hoc ipsum, post concilium Viēnense, & Lateranense sub Leone x. videtur dictum temerarium. sed tamen error iste est, dicere, esse contra philosophiam, aut non esse secundum philosophiam.

Primum fundamentum ad probandam animæ immortalitatem.

Quo vero modo ista sint philosophiæ conformia, diximus supràtest enim anima media natura participans intellectiuum, & sensitiuum: quod ex ipsius operationibus sentiendi, & intelligendi cognosci potest. Vnde sic est spiritualis, vt simul sit forma: sic est forma, vt simul sit per se, nec à materia in esse pendeat: ob id omnia illa tria verificantur.

Prima cōclusio. Animam rationalem esse immortalem, etiā rationes naturales ostendunt.

Sit igitur prima conclusio. Animam rationalem esse immortalem, etiā rationes naturales ostendunt.

Hæc conclusio, cùm sit magni momenti, & dignissima sciu. & vtilissima, probāda erit diligentissimè, idque pluribus, ac necessarijs rationibus, quas quidem in aliquot capita, distinctionis & ꝓspicuitatis, ac memoriæ causa distribuemus.

Primum ergo id ostendemus, ex potentiarum animæ capacitate infinita & obiecto. Et primò quidem Intellectus, deinde secundo voluntatis. Rursus tertiò ex appetitibus animæ varijs, à natura insitis. Quartò, & quintò, ex operibus eius à corpore separatis, tam volūtatis, quàm Intellectus. Sexto ex generatione animę, & causis corruptionum, quæ in anima rationali esse non possunt. Septimo ex conueniētia eiusdem animæ rationalis cum Angelis, & Deo. Octauò, ex præmio, & pœna bonis malisq; debita. Nonò ex fine vltimo & beatitudine nostra, quæ in hac vita esse non potest. Decimò, ex varijs virtutibus, & eorum actionibus, quæ perirent: & vitijs: quæ contrà sequerentur. Vndecimò, ex pugnantia sensus cum ratione, & contrà. Duodecimò, ex maiori omnium Rerum publicarum, imò omnium ferè hominum consensu. Tertiodecimo ex maiori denique vtilitate, securitate, & decentia huius opinionis, quàm contrariæ. Postremo dissoluemus obiectiones initio q̄stionis propositas. Ex quibus quidem omnibus manifestè constabit, quantum illi delirent, quamque temerariè opinentur, qui dicere non verentur, probari necessaria ratione naturali non posse animæ immortalitatem. Sed iam ad primum caput rationum accedamus.

Primū caput rationis ex capacitate, obiectorū 1. Ratio.

Ex potentiarum animæ capacitate infinita, ac earum obiecto. Ac primò, ex capacitate, & obiecto Intellectus, animæ rationalis immortalitas probatur.

Intellectus infinita est capacitas: quia quo plura cognoscit, plura adhuc potest discere. Potest enim intelligere nō solum totum mundum, sed duos, & tres &c. sine statu: & potest intelligere perfectionem vnius gradus, & maiorem, vt potè duorū, & trium & cētum, & mille, & sic sine statu: & tādem potest intelligere infinitum, & imaginari perfectionem infinitam. Iam vero, si infinita eius est capacitas, ergo ali quando repleri debet, non in hac vita, vt videmus: ergo postea, Deo videlicet infinito

Cōfirmatur.

Confirmatur. Nam in progressu numerorum potest quouis numero dato, vlterius ei addere: similiter in progressu figurarum ex duabus, tribus, quatuor superficiebus, & sic vlterius, quauis data posset aliam superficiem concipere & superaddere sine statu.

2. Ratio.

Item, si infinita est capacitas: ergo & duratio erit perpetua: quia quale propriū rei, talis est rei essentia, & existentia: & quale vnum proprium, tale & aliud. Si vnum infinitum: ergo & alterum.

3. Ratio.

Præterea, ex obiecto Intellectus. Omnis potentia percipit distinctè omnia ea, quæ sub obiecto continentur: obiectū Intellectus est ens complectens materialia, & immaterialia: ergo Intellectus noster percipiet distinctè totum hoc. Sed, dum est in corpore, non potest distinctè immaterialia comprehendere, vt constat: ergo erit alius status post corpus, in quo etiam immaterialia distinctè percipiat. Discursus hic patet: sed maior probatur: quia visus percipit omnes colorum differentias, quia colorem pro obiecto habet, & quisque alius sensus omnia inferiora obiecti percipit. Minor probatur. Intellectus noster iudicat de rebus immaterialibus, & ipsorum habet scientiam: ergo habet pro obiecto totum ens non solùm materiale, sed & immateriale.

Obiectio.

Quòd si obijcias, Non cognoscit res immateriales, nisi sub specie materialiū. Dico, quòd hoc ipsum est, ià quo vis argumenti sumitur: nam si indicat de rebus immaterialibus secundùm se, ipsasq; incorporeas & intellectuales substantias apprehēdit, & esse assentit, perueniet ad statum in quo distincta apprehendat ipsas: vt apprehensio cōformetur iudicio: aliter Intellectus esset in suo genere imperfectissima potentiarum cognoscitiuarum.

Reiicitur obiectio.

4. Ratio.

Item obiectum Intellectus, est ens in cōmuni, quod complectitur omne ens: & veritas in communi, quę est ratio, sub qua cognoscit omne ens. Ex hoc manifestè sequitur, non posse quiescere Intellectum, quousq; peruenerit ad aliquid, in quo est

omne ens, & omnis veritas: quod quidem est Deus visus post hāc vitam, in quo sunt omnia eminenter, qui & est ipsamet veritas secundum essentiam: quod quidem hic non accidit. Nam quouis particulari ente, aut quauis particulari veritate cognita, necesse est vlterius tendat, neque quiescat, quia eius obiectum plura complectitur, alias scilicet veritates, & alia entia: ergo oportet, qđ pueniat ad eū, in quo est omne ens, & omnis veritas, imò qui est ipsamet veritas, & ipsum ens simpliciter: & denique ad vltimum, & primum ens perueniat, oportet, vltra quòd vlterius non possit progredi, & ad eius claram cognitionem: si quidem omne ens est obiectum Intellectus.

Cōfirmatur.

Item, naturale est Intellectui viso effectu, aut re aliqua, statim causam eius inquirere, & causam causæ vsque ad primā & vltimam. Nam omnes homines naturaliter expetunt scire: & scire, est per causam cognoscere. Et rursus cum ad eam peruenit, desiderat naturaliter, scire, quid est causæ, & eius scire essentiam qua effectus fit. At hoc in hac vita non contingit, cum Deus sit prima causa, & eius essentia per solam visionem clare possit cognosci: ergo necesse est, altera sit vita, in qua hoc contingat post mortem.

5. Ratio.

Secūdum caput rationum ex voluntatis capacitate, & obiecto, ac aliis eius proprijs.

Ex voluntatis infinita capacitate, & obiecto, & alijs eius proprijs idem quoque confimiliter probatur, sicut ostendimus in Intellectu.

1. Ratio.

Voluntatis enim infinita etiam est capacitas. Nam potest desiderare, aut amare non solum vnius gradus bonum, sed maius, ac maius, vt pote, trium, & quatuor, & centum, & mille gradūm bonum, & sic sine termino, imo potest amare & desiderare, si velit, sibi bonum infinitum. Iam vero hæc eius infinita capacitas aliquando tandem repleri debet: non in hac vita, ergo postea in futura.

2. Ratio.

Præterea, ex libertate voluntatis propria, aīç immortalitas etiam cōprobatur. Nam libertas voluntatis, quæ est quasi infinita quædam potentia, plane indicat immortalitatem animæ: quandoquidem eam neque Angeli, neq; omnes creaturæ simul possunt vincere. Cum si homo nolit, nullus possit eum cogere, aut necessitatem inducere ad amandum, aut vt velit

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliqua, quæ non vult, nisi solus Deus, qui eam creauit.

1. Ratio. Item ex hoc ipso, quòd se ipsam primo mouet & suas actiones, & est domina suarum actionum, & operationum: consequitur plane, eã esse immortalem. Nam quicquid se primo mouet, & quod non mouetur ab alia creatura naturaliter naturali motu, aut ab aliquo agente naturali, est æternum & non potest interire: nam si deberet interire, & corrumpi, deberet moueri ab aliquo naturali agente naturaliter, & efficaciter.

At sicut non potest moueri efficaciter ad suam operationem: ita neque moueri ad essentiæ ipsius corruptionem: & sicuti eius operatio non potest impediri, ita neque eius essentia aut essentiæ existentia: & sicut necessitas, aut vis non potest voluntati inferri ab vlla creatura, ita nec eius essentiæ. Nam, vt diximus, quales operationes sunt, & quales potentiæ rerum, talis, & earum essentia, & substantia, & existẽtia.

4. Ratio. Item ex obiecto voluntatis. Voluntatis nostræ obiectum est bonum in communi, vt de Intellectus obiecto dicebamus: non hoc aut aliud particulare bonum, sed bonum in communi. Vnde vnumquodque, in quo sit ratio boni, à voluntate expetitur; ergo impossibile est volũtas quiescat, aut naturalis eius appetitus, quousque habeat omne bonum, aut in quo sit omne bonum: at hoc in hac vita non contingit: ergo in altera, vbi Deus videbitur, & ipso viso fruetur voluntas: qui quidem est ipsummet bonum, imò ipsamet bonitas per essentiam, & commune, & vniuersale bonum, imo ipsamet ratio boni perfecta & absoluta, & in quo omne bonum est, & omnis est perfectio, & ab ipso ad alios deriuatur

Cõfirmatur. Tertiũ caput rationũ ex variis appetitibus. Et tandem, quia vltimum est bonum & summum, necesse est, voluntas non quiescat, quousque ad illud bonum vltimum perueniat, vltra quod vlterius progredi nõ possit, si quidem omne bonum expetit, quandoquidem in Deo eminenter est omne bonum.

Et varijs appetitibus naturalibus à natura insitis, immortalitas animæ manifeste etiam ostenditur.

2. Ratio. Primo, in genere ex insatiabilitate appetitus: & formatur sic argumentum. Quibus natura dedit appetitum, ordinauit ea, quæ talem appetitum complerent: sed natura homini dedit appetitum: ergo etiam constituit aliquid, quod ipsum implere possit. Sed nihil sub Sole hominis appetitum implet: in nullo, quod sub sensu sit, hominis desiderium quiescit, nisi ex parte, & ad modicum: ergo alius profecto status est, in quo appetitus cõpleri debet, ne opus tantum naturæ, quale homo est, imperfectum maneat: ergo anima manet post corpus.

2. Ratio. Deinde, si ad aliquos particulares appetitus accedamus, & eorum insatiabilitatẽ idem manifestè colligere licebit, Nam in satiabilis est, & à natura insitus ille ipse appetitus boni, ita, vt post consequutum quoduis bonum, voluntas tamen vlterius expetat: & vt antea de capacitate dicebamus, ita nunc de appetitu. At hic appetitus aliquando tandem satiari debet, cum sit naturalis, & non superfluus, aut vanus: sed non in hac vita, vt experientia testatur: ergo postea in altera, in Deo scilicet summo bono.

3. Ratio. Item appetitus beatitudinis & fœlicitatis est nobis à natura insitus, & summi boni. Omnes enim volunt esse beati. At summum bonum excludit omne malum, & includit omne bonum: hoc autem in hac vita esse non potest, vt experientia testatur, quæ plena est mille malis & miserijs: ergo superest, vt sit in altera. Sola sane hæc ratio si nulla alia esset, videtur sufficere.

4. Ratio. Ex appetitu scientiæ. Insitus est nobis à natura prœterea insatiabilis appetitus sciẽtiæ. Nam postquam quisque plura sciuerit, plura adhuc scire cupit: at hic appetitus expleri debet, cum non sit vanus, & naturalis: sed non expletur in hac vita, vt constat: ergo in altera, cum cognoscet & videbit Deum: Vnde non solum in Intellectu agnoscimus infinitam capacitatem, vt antea ostendimus, sed scientiæ appetitum inexplebilem, in hac vita.

5. Ratio. Prœterea ex appetitu æternitatis. Insitus est & appetitus æternitatis omnibus hominibus à natura, qui quidem non est frustra, nec inanis: ergo expleri debet: non in hac vita: ergo in altera.

Cõfirmatur. Confirmatius hoc fit. Nam quilibet intelligens naturaliter desiderat se esse perpetuum, non solum secundum speciem, sed

sed etiam secundum indiuiduum: quod sic ostenditur. Naturalis enim appetitus quibusdam quidem inest ex apprehensione, seu cognitione: vt lupus naturaliter desiderat occisionem animalium, quibus pascitur. Quibusdam vero absque cognitione ex sola inclinatione seu propẽsione naturalium principiorum, vt graue naturali appetitu expetit esse deorsum: & ita eodẽ modo res omnes expetunt esse.

Cuius signum est: quia resistũt corrumpentibus: istæ quidem res, quę cognitione carent, resistunt virtute suorum principiorum naturalium: in quibus si fit vis, vt se perpetuo tueantur, manerent perpetua, vt cœlestia autem, se conseruant, quamdiu possunt.

Illæ autem res, quæ cognitionem habent, resistunt etiam secundum modum suæ cognitionis. Hanc autem differẽtiam oportet in illis inuenire: vt si sint illa, quæ non cognoscunt esse, nisi, vt nunc, desiderent esse, vt nunc, non autem semper: quia esse semper, & perpetuum nõ cognoscunt desiderant tamen esse speciei perpetuum, sed absque cognitione: quia virtus generatrix, quæ ad hoc deseruit, præambula est, & non subiacens cognitum. Illa igitur, quæ ipsam esse perpetuum cognoscunt, & apprehendunt, dẽsiderant ipsum naturali desiderio: hoc autem conuenit omnibus substantijs ratione præditis, & intelligentibus. Omnes igitur substantiæ rationales, & intelligentes naturali desiderio expetunt esse perpetuum: ergo impossibile est, quòd esse desinant, siquidẽ naturalis & non inanis hic est naturalis appetitus.

6. Ratio. Ex appetitu etiam glorię, honoris, & famæ, idem ostenditur. Insitus est à natura hic gloriæ & famæ appetitus post mortẽ: atque ideo homines magnam in ea re adhibere solent diligentiam, vt bonum post se nomẽ relinquant. Indicat ergo hic appetitus, animam manere post mortem. Nam alioquin nihil, prsus expectaret post mortem, neque quid alij de ipsis sentirent curarent. Quare aut manet anima, aut inanis & irritus esset talis appetitus. Imò neque inesset prorsus hominibus talis appetitus, non magis quam brutis, quæ de fama eorum, aut bono nomine post mortẽ imò neque in vita, non sunt solicita.

Confirmatur. Quia cum gloriam expetunt, & famam post mortem, æternitatem quodammodo expetunt, vt scilicet viuant in mentibus hominum perpetuo. Quare plane hoc indicat vitæ perpetuæ insitum appetitum ex quo hic alius procedit, famæ appetitus post mortem.

Quartum caput, ex alia à corpore ispatatis Axioma. Ex operationibus animæ à corpore separatis. Axiomate quodam proposito ab omnibus Philosophis recepto, manifestè ostẽditur animę rationalis immortalitas. Est autem hoc axioma.

Omnes res ex earum operationibus cognoscuntur: & hæc proxime earum indicant naturam. Nam qualis rei est operatio, talem rem esse necesse est, cum operatio ex natura proueniat: & si eadem operationes in specie, res esse eadem specie colligimus: & si diuersas habeant operationes, diuersa esse specie. Et operationes prœterea ostendunt potentias, & virtutem potentiarum ex qua procedunt, & rerum propria. Nã si fit operatio, ab aliquo principio procedit: & si propria operatio, à proprio principio. Et ita ex actibus potentias, & ex potentijs rei essentiam cõsectamur atque colligimus, imò etiam demonstramus. Nec verò certiorem vllam habemus, aut habent Philosophi de essentijs rerum demonstrationes, aut certiorẽ sciẽtiam, quàm quæ ex rei actibus, & operibus colligitur.

Cõfirmatur ex dictis. Atque ideo etiam res omnes naturales per motum cognoscũtur, & ex motu demonstrantur: quam rationem philosophandi secutus est meritò Aristoteles, & denique causas per effectus, & ignota per notiora, qualia sunt effectus & opera, cognoscimus. Nam quales operationes rei sunt, & quales effectus eius, talis est rei natura, & essentia, & potentia, & virtus rei ipsius.

Quo ex operationibus animæ, immortalitas eius possit colligi. Iam ergo, si ita est, anima ex operibus & actibus eius cognoscẽda erit similiter, & eius pariter immortalitas, & existẽtia, & eius esse post corpus separatum. Si igitur operationes habuerit aliquot, quæ nõ pendeant ex corpore, à corpore separatæ, & quæ non fiant, neque suscipiantur in organo corporeo: erit certum, & euidens argumentum, eam posse à corpore separari, & esse separabilem, & spirituale, vtpote, quę habeat immateriales & spirituales operationes à corpore separatas & seiun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctas. Si quidem qualis operatio, talis natura rei, vnde procedit. Atq; hanc viam secutus est Aristoteles in libris de anima, vt in prooemio, & tertio libro, & alijs locis ipse testatur.

Contra vero, si nullæ essent tales operationes, verum omnes corporeæ, & cum corpore coniunctæ, & organo corporeo, ac sensu, & omnes à corpore pendentes & sensu: tunc anima separari non posset, sed esset corpori necessario coniuncta. Et præsertim, quia, si tunc diceremus separari posse, esset extra corpus ociosa, sine vlla operatione, cum sine corpore nullam habere posset. At si habet talem aliquam, nõ esset ociosa, si quidem saltem vel illam habere posset.

Ex operibus volitatis à corpore. Sed iam ostendamus habere pleraſque operationes separatas: ac primo in voluntatis, deinde Intellectus operationibus.

2. Ratio. Voluntatis igitur operationes separatæ sunt hæ. Primo in voluntate, velle, & nolle libere, est operatio super omnem sensum, & supra omnem sensitiuum appetitum, imò contra illum omnino. Nec enim pẽdet ab appetitu, aut ex sensu, cũ quicqd agat appetitus, aut sensus, aut corpus, potest tamen voluntas velle, & nolle, & est libera, vt diximus. Quare isti actus voluntatis liberi, manifestum est, quòd non pendent à sensu necessario, aut a corpore: si quidem sunt, & esse possunt contra ipsum potius sensum & corpus, & supra ipsum sensum, eidem dominantes, & imperantes ei.

Cõfirmatur primo. Item, quando voluntas vult, aut eligit, non est necesse vtatur appetitu sensitiuo ad eligendum: sed se ipsa sola hunc actum elicit etiam contra appetitum, tantũ abest vt oporteat appetitum sensitiuum cum ipsa concurrere.

Cõfirmatur 2do. Iam vero non solum sensus, aut corpus, aut appetitus ei necessitatem inferre non potest: ited nec etiam ipse Intellectus. nam postquam cognouit Intellectus, voluntas potest eligere, & non eligere, velle, & nolle: imò etiam intellectum auocare alio, ne consideret. Hæc ergo operatio omnino est separata, supra omnem sensum, & corpus, & supra omnem causam naturalem corpoream. quare à potentia alia separata & spirituali facta est.

3. Ratio. Præterea sunt quædam virtutes, & virtutum actus, quæ nullo modo esse possunt in sensu aut in corpore: vt iustitiæ virtus, religio, spes in Deo, timor Dei, reuerentia Dei, fiducia in Deo, amor Dei, &c. sensus namq; aut appetitus non potest ascendere ad tam altum obiectum amandum, vel expetendum qualis est Deus, & quales res sunt diuinæ atque spirituales. Quare profectò, si quis rectè consideret, ex singulis illis voluntatis operationibus singula poterunt necessaria argumenta desumi, ex ijs præsertim, quæ sunt circa Deum, & res diuinas, cum ad illud altissimum obiectum sensitiuus appetitus non ascendat: neque illæ virtutes & operationes in sensu tanquam in subiecto, aut in appetitu sensitiuo esse possint.

Quintum caput, ex operationibus intellectus, à corpore separatis. Sed iam ad Intellectus operationes separatas accedamus. Operationes igitur Intellectus separatæ sunt hæ. Primo fides in Intellectu, & fidei actus, imo nõ solum diuinæ, sed etiam humanæ, est actus separatus, & supra omnem sensum, & corpus, neque ab eo pendens. nam credimus, quia volumus. Neque Intellectus noster cogitur ad credendum vi rationum, alioquin esset scientia, vel opinio: sed mouetur solũ authoritate, & hoc quia vult ei consentire & credere: quod quidem Doctores appellant piam affectionem.

Et si non vult credere interius, non potest ab vllo hominum cogi, aut necessitas credendi inferri, imo neque ab vlla creatura: sed solum admonere alter poterit, aut persuadere, non tamen protrahere ad credendum, si nolit.

Quare actus fidei, & fides nõ solum diuina qua Deo credimus, sed etiam humana, qua alijs credimus hominibus ob authoritatem dicentis, est actus à sensu & corpore separatus & seiunctus: siquidem omnibus positis sensitiuis actibus & corporeis, & omni agentis naturalis actione, non cogetur Intellectus credere, si quis non vult.

Cõfirmatur. Confirmatur: quia ideo in brutis animantibus non reperitur fides, neque hic actus credendi diuina, vel humana, vel alia ad eos attinentia. Neque habent, aut habere possunt: vel sibi, vel alijs fidem.

4. Ratio. Præterea anima nostra seu Intellectus noster ponit differentiam inter corpus & spiritum; sed si esset corporea anima, aut corpus, non posset hanc differentiam constituere.

1. Ratio. Item potest abstrahere à corpore, & à materia, vt Mathematica scientia, & Mephysica: ergo est abstracta ipsa à materia. Item cognoscit anima sine cõditionibus, & proprietatibus corporalibus, sine hic & nunc, sine quantitate, & figura, &c. & abstrahere potest ab ijs omnibus, vt cognoscendo spiritum, & vniuersalia: ergo, &c.

4. Ratio. Item iudicium, seu iudicãdi actus, quo iudicat Intellectus, ita esse, aut non esse, vt exempli gratia, totum est maius sua parte, Deus est immortalis, iudiciũ, inquam, enunciationis, seu ratiocinationis factæ. Nam hoc iudiciũ, licet pendeat ab apprehensione terminorum, quæ apprehenditur non est sine phantasmate, & ita requirat phantasma, & apprehensiones terminorum, tanquam causa, sine qua non: tamen per se ipsum iudicium est separatum, & sine materia vel phantasmate.

5. Ratio. Præterea: quædam aliæ sunt propriæ operationes Intellectus, quas sensus non potest efficere, sed sunt supra sensum, scilicet, ratiocinari; syllogismos conficere, diuidere, definire, demonstrare, ordinare: quod quidem est sapientis, vt ait Aristoteles in Procem. Metaph. Item numerare, Imò & enunciationes, aut propositiones efficere, &c. Quare ex singulis istis singulis videntur proponi posse necessariæ rationes. Nam, si sensus hæc non potest efficere, neque corpus, oportet sit altior potẽtia, quæ ista operetur, scilicet, Intellectus spiritualis, atque adeo essentia spiritualis, cuius illa est spiritualis potentia. siquidem qualis operatio, talis potentia: & qualis potentia, talis essentia.

Cõfirmatur. Et has quidem operationes licet Intellectus efficere sine sensus adminiculo, & phãtasmatibus ablatis non posset: tamen his positis, Intellectus ipse per se has efficit: neque sensus hæc potest: quod probatur, manifeste. Id enim liquet in brutis animalibus, & in dormientibus, & pueris & fatuis. Hæc ergo potentia, quæ has facit, supra sensum est, & supra ipsum corpus separata, non corporea. ergo, &c.

6. Ratio. Præterea Intellectus propriũ est, phantasmate à sensu oblata illuminare, & præterea denudare, (vt dicunt Philosophi) à conditionibus induiduantibus, scilicet, corporeis & materialibus, & elicere species intelligibiles, & producere intellectionem, & eam in se suscipere, & per susceptam cognoscere. Hæc autem omnia non potest sensus neque facit, vt ipsimet Philosophi concedunt: ergo &c.

Cõfirmatur 1. Confirmatur: quia illuminare phantasmata corporea, & illa irradiare, & conuertere se ad illa, est spiritualis potẽtiæ: quia corpus non potest conuerti supra ipsum corpus, aut supra se ipsum, aut sic illuminare: nec sensus potest suamet phãtasmata cognoscere, aut suammet cognitionẽ, aut phantasmata priora aut clariora facere, quam in se sint, potest: ergo &c.

Cõfirmatur 2. Confirmatur secundo: quia quod denudat à conditionibus materialibus & corporeis, non est materiale, neque corporeum, sed spirituale & incorporeum, efficiens scilicet sibi obiectum proportionatum immateriale, & incorporeum. Obiectum enim debet esse potentiæ proportionatum: & si obiectum immateriale, ergo actus & potentia talis obiecti erit immaterialis. Nam potentia per actus, & actus per obiecta cognoscuntur, vt ait Aristoteles: nec naturalis potentia potest habere obiectum immateriale.

Cõfirmatur 3. Item, quia est contra naturam corporis, vt ipsum denudet à conditionibus corporeis, & materialibus: quare non potest esse corpus, quod hoc facit: neque alijs dare, quod ipse non habet: neque efficere effectum sublimiorem, perfectiorem, & puriorem se.

7. Ratio. Præterea: postquam per sensum & per phantasmata primò cognouit Intellectus, postea contemplatur, & speculatur per species intelligibiles ex phantasmatibus elicitas. Nam sensus per illas elicitas species non contemplatur, sed solùm Intellectus, cum sint species intelligibiles productæ quidem ex phantasmatibus per Intellectum, sed tamen postea permanentes. & relictis phantasmatibus ipsas speculatur postea, vt constat in contemplatione rerũ spiritualium, cum iam nõ recordatur sensus, aut eorum, quæ per sensus primò cognouit, sed rei alterius ex ipsis collectæ.

8. Ratio. Præterea: sunt aliæ Intellectus operationes à corpore separatæ, circa obiecta videlicet varia, ac etiam à corpore separata, quæ sensus nequit cognoscere, vt cognitio

vniuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersalium, vt v.g. homo, animal, ens, cognitio indiuisibilium rerum, vt instantis, & puncti. Item cognitio æternorum: imò cognitio ipsius æternitatis. Item cognitio relationum, & proportionis, & ordinis, pulchritudinis, & harmoniæ, &c.

9. Rom. Item cognitio spiritualium rerum, vt Dei, & Angelorum, &c. sicut antea de virtutibus voluntatis erga hæc dicebamus: ad quorum cognitionem sensus non potest peruenire. Cùm ergo obiectum harū cognitionum sit supra sensum, necesse est confiteri, non esse has sensus operationes, neque ab ipso posse fieri: quandoquidem non potest agere, nisi circa proprium obiectum, & proportionatum, & sensibile, & materiale, vt diximus.

Cõfirmatur ex dictis. Iam ergo ex his manifestè sequitur, animam esse immortalem, & incorruptibilem, & immaterialem, & incorpoream, & indiuisibilem, quæ cognoscat immaterialia, indiuisibilia, perpetua, vniuersalia, & spiritualia: alioquin non posset hæc comprehẽdere, cùm (vt diximus) oporteat esse proportionem debitam inter obiectum, actus, & potentiam: & quale obiectum, talis actus, & qualis actus, talis potentia: si quidem potentię per actus, & actus per obiecta, oportet agnoscere, vt vidimus, & ipse etiam confitetur Aristoteles.

10. Rom. Præterea, in Intellectu sunt scientię, quas ipse Intellectus comparat per abstractionem à materia, & à rebus sensibilibus & corporeis. Atq; ita philosophia naturalis abstrahit à materia indiuidua, Mathematica à materia sensibili: Metaphysica, quæ altior est, & perfectior scientia, abstrahit ab omni materia, & corpore, atq; etiã Theologia: & quò perfectior est scientia, & altior, eò magis abstrahit & magis separat à corpore. Atq; ita Intellectus intelligẽdo separatur a materia & corpore, & quò magis separatur, eò altiùs intelligit: ergo ex operatione & operãdi modo manifestè conuincitur, animam à corpore esse separabilem, & supra corpus, &c.

11. Rom. Demum, ex dictis ostenditur immortalitas, quemadmodũ eam ostendit D. Thomas lib. 2. Contra gent. ca. 79. Nulla enim res corrumpitur ab eo, in quo cõsistit sua perfectio. Hæ enim mutationes sunt contrariæ, scilicet ad perfectionẽ, & ad corruptionem. Perfectio autẽ animæ humanæ consistit in abstractione quadam à corpore. Perficitur enim anima scientia, & uirtute. Secundùm scientiam autem tantò magis perficitur, quantò magis immaterialia considerat, & magis abstrahit à corpore, vt vidimus. Virtutis autem perfectio consistit in hoc, quòd homo corporis passiones non sequatur, sed eas secundùm rationem temperet, & refrænet: Non ergo corruptio animæ consistit in hoc, quòd à corpore separetur.

Obiectio Si autem dicatur, quòd perfectio animę consistit in separatione eius à corpore secundùm operationem: corruptio autem in separatione secundùm esse.

Solutio Non conuenienter obuiatur. Operatio enim rei demonstrat subsantiam, & esse ipsius: quia vnumquodque operaſ secundùm quod est ens: & propria operatio rei sequitur propriam ipsius naturam, & entitatem. Non potest igitur perfici operatio alicuius rei, nisi secundùm quod perficitur eius substantia. Si igitur anima secundum operationem suam perficitur in relinquendo corpus, & corporea: igitur substantia sua in esse suo, nõ deficiet per hoc quòd à corpore separetur.

Item vnumquodque, quod recipitur in aliquo, recipitur in eo secundùm modum eius, in quo est: formæ autem rerum recipiuntur in Intellectu possibili, pro vt sunt intelligibiles actu: sunt autem intelligibiles actu, provt sunt immateriales, & vniuersales: & per cõsequẽs incorruptibiles: est igitur anima humana incorruptibilis.

12. Rom. Ex reflexione animæ, & suarum potentiarum & operationum supra se, immortalitas quoq; conuincitur. Est enim Intellectus quædam admiranda operatio, imò omnium potentiarum animæ rationalis, qua se conuertunt supra seipsas. Nam anima intelligit se velle, & vult se intelligere, & memoratur se uoluisse, & intellexisse: & intelligit etiam, & vult se memorari: atq; ita Intellectus conuertitur, ac reflectitur supra voluntatem, & voluntas supra Intellectum, & vterque supra memoriam, & contrà.

Imò verò Intellectus ipse supra seipsum conuertitur ac reflectitur: nam intelligit se intelligere, & voluntas supra seipsam: nam vult se velle. & memoria supra se ipsam: nã memoratur se fuisse memorată,

At

At verò hæc reflexio & conuersio animæ supra seipsam, & potentiarum eius supra se inuicem, manifestè indicare videt animæ immaterialitatem, & ita etiam immortalitatem: cùm corpus supra seipsum totum reflecti nequeat, aut conuerti, aut ipsum sibimet superponi, neque vna pars eius supra se ipsam. quare hoc indicat animam esse spiritualem, & incorpoream, & immaterialem, atque ideò incorruptibilem, & immortalem.

Cõfirmatio. Confirmatur: quia vnaquæq; potentiarum animæ ita reflectitur supra alias, vt omnes eas capiat, & totum earum obiectum, & omnes earum operationes: & ab alijs ipsa vicissim, eius obiectum quoque. & operationes capiantur, & concludantur. Nam Intellectus intelligit voluntatẽ, & memoriam, & bonũ quod est obiectũ voluntatis, & quoduis bonum, & omnes voluntatis operationes. Similiter volũtas amat veritatem, quæ est obiectum Intellectus, & quasuis veritates, atque ipsum Intellectum: & potest etiam velle, & imperare omnes Intellectus operationes: & in memoria similiter reponuntur cognitiones omnium rerum etiam ipsius Intellectus, & voluntatis, & actionum ipsarum. Ergo necesse est, has potentias esse spirituales, quandoquidem nulla corpora ita se possunt habere, vt vnumquodq; ex tribus, simul omnia ex æquo capiat, nec tres vllę vmquam corporeæ mensuræ tales reperientur, vt singulæ capiant alias omnes aut vna tantum capiat quantum tres.

13. Rom. Amplius: prꝛter modum cognoscendi proprium, quem habet anima per sensus, habet alterum per influxum & motum superioris causæ suscipiendo, ex Deo videlicet per reuelationem & infusionem scientiæ. At verò hic intelligendi modus erit haud dubiè à corpore, & à sensu planè separatus, quandoquidem ex alio principio altiori & longè diuerso Intellectus operationes suscipiet, & intellectiones, & intelligẽdi lumẽ, nõ verò à sensibus: ergo &c.

Cõfirmatur. Confirmatur. Cùm igitur anima rationalis, & intelligens duplicem habeat intelligendi modum. Alterum inferiorem à sensibus accipiendo, alterum superiorem suscipiendo ex Deo: necessariò consequitur, separari posse, & permanere post corpus: si quidem nunc secundùm modũ intelligendi separata habere poterit. Eũ videlicet modum, aut similem, quo aliæ Intelligentiæ intelligunt, quæ sunt à corpore prorsus separatæ.

Sexti ea put rõnũ ex generatione animæ. & causis corruptionis. 1. Rom. Ex generatione, rursus animæ, & corruptione rerum aliarum naturalium. ostenditur animæ immortalitas.

Ac primò ex generatione, seu productione animæ palã colligitur esse immortalem, & non posse ab vllo naturali agente corrumpi. Nam cùm sit intellectualis anima, & rationalis, non potuit generari ab vllo corpore: est enim perfectior omni corpore, quod rationale est, & intelligens: nõ ergo potuit à causa imperfectiori perfectior effectus produci. Quidquid enim fit, vel in semine paterno, vel materno vẽtre, materiale est, & corporeum, & longè imperfectius, quam sit anima rationalis, ergo similiter, neque ab vllo corpore, aut naturali agente potuit corrumpi.

2. Rom. Præterea. Quęcunque incipiunt esse, & desinunt, per eandem potentiam habent vtrunque: eadem enim est potẽtia ad esse, & non esse: sed substantiæ intellectuales non potuerunt incipere esse, nisi per potentiam primi agẽtis, tum ob causãm iã dictam, quia non poterant ab aliquo corpore aut naturali causa fieri: tum quia intellectuales substantiæ non sunt ex materia, quæ potuerit præfuisse: sed immateriales. Cuius signum est: quia quod recipitur in Intellectu, non recipitur in materia, sed immaterialiter cognoscitur. Cùm igitur receptio formarum in Intellectu non sit receptio formarum in materia: impossibile est, quòd Intellectus sit forma materialis. Igitur, si non sunt ex materia, (vt ostensum est,) non erit in eis aliqua potentia ad non esse earum, nisi in primo solo agente ex ea parte, qua potest non influere in eis esse.

3. Rom. Præterea. Vnũquodq; perficitur secundùm modum suæ substantiæ: ex modo igitur perfectionis alicuius rei potest accipi modus substãtiæ ipsius. Intellectus autem non perficitur per motum, sed per hoc, quòd est extra motum existens, & quod non subiacet motui naturali corporeo: perficitur enim Intellectus scientia, & prudentia, quæ non subiacent motui corporali, atque etiam perficitur virtute sẽdatis permutationibus, & corporalibus

animæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

animæ passionibus, vt ait etiam Aristoteles 7. Ethicor. Item perficitur maxime inquiete contẽplationis. Modus igitur substantiæ intelligentis est talis, vt esse suum sit supra motum: & in quiete, & ex consequenti supra tempus. Esse autem cuiuslibet rei corruptibilis subiacet motui, & tẽpori. Impossibile est igitur, substantiam intelligentem, qualis est anima, esse corruptibilem.

Cõfirmatur 1. Neque anima potest corrumpi per accidens ad corruptionem sui subiecti, puta corporis. Impossibile est enim, aliquid subsistens per se, generari, aut corrumpi per accidens, id est, aliquo generato, vel corrupto. Eodem enim modo competit alicui generari, & corrumpi, sicut & esse. Vnde, quia accidentia & formæ substantiales materiales non subsistunt in se, neque per se, ideo corrũpuntur per accidens ad corruptionem subiectorum, & compositorũ. At verò anima rationalis est per se subsistens: quod ita probatur. Nam quod per se potest operari, per se potest subsistere: & quod per se operatur, per se subsistit. Non enim est operari, nisi entis in actu. Vnde eo modo aliquid operatur quo est: propter quod non dicimus, quòd calor ipse est, quod calefacit, sed calidum, vt V.g. ignis. calor autem est, quo calidum calefacit. Actiones enim sunt subsistentium. At Intellectus, & anima habet operationes per se, cui non communicat corpus, vt ex supradictis patet: ergo &c. Nullo ergo modo poterit per accidens corrumpi, cum per se subsistat, ad corruptionem, inquam corporis, vel subiecti, vel compositi.

Cõfirmatur 2. Confirmatur secundò. Omnis forma, quæ non habet totum esse dependens à materia, non potest corrumpi separata à materia: sed anima rationalis non habet totum suũm esse pendens à materia: ergo non corrumpitur à materia separata.

Hic discursus est notus: sed maior probatur. Aliqua enim forma corrumpi potest tripliciter. Primò à contrario, vt calor à frigiditate: & sic anima corrumpi non potest: non enim contrarium habet cum sit substantia. Secundo ad absentiam cau sę efficientis, sicut lumen destruitur extincta lucerna: nec sic anima corrumpi potest: non enim ab aliqua causa naturali sic dependet, nisi à solo Deo, qui animam, & omnia põt annihilare pro placito suo, sed non id facit. Tertiò ad subiecti corruptionem: vnde destructo coniuncto, destruuntur ea, quę in ipso habebant esse: & hoc modo non potest corrumpi anima: quia non habet totum suum esse pendens à materia ipsa, in qua est: idcirco materia indisposita, & turbata, ita vt forma in ea non permaneat, non ideo totum suum esse admittit, cum non totum sit ab ipsa pendens.

Minor modo illa probatur, videlicet, quòd non sit totum suum esse pendens à materia: quia esse est propter operari, & operari est secundum esse: sed operari non pendet à corpore, scilicet intelligere: ergo gradus ille ipsius esse, secundum quod est intelligere, non est à corpore pendens, nec separatione corrumpitur. Quòd aũt operari non sit dependens, probatur omnibus illis argumentis quibus superius probaui non esse Intellectum virtutem organicam: & quibus probaui operationes plures habere separatas.

4. Ratio. Quartò. Omne id, quod cum corpore desinit, deficit & declinat magis ac magis declinante pariter & deficiente corpore, sed Intellectus non sic se habet: non ergo perit cum corpore. Maior patet de parte sensitiua, vegetatiua, de robore, de forma, & pulchritudine, & alijs: hæc enim omnia senio, infirmitate corporisq; passionibus marcescunt, ideoque oia hæc morte pereunt. At intelligere viget in senibus, in corpore debilitatis, & in his sæpe, qui prope mortem sunt: solent enim multum pollere tunc iudicio ac ingenio: ergo vere non destruitur, corpore deficiente.

4. Ratio. Septimũ caput ex conuenientia animę rationalis cum angelis. Ex conuenientia animę rationalis cum Deo, & Angelis immortalibus plane conuincitur, eandem quoque esse immortalem. Ipsos etenim inde colligimus, & asserimus, immortales esse, quòd sint intellectiui, & rationales: at anima est rationalis & intellectiua: erit ergo & immortalis ex eadem causa.

5. Ratio. Cõfirmatur. Confirmatur: quia si est anima immaterialis: & incorporea, & simplex & spiritualis: ergo erit incorruptibilis: quia ex his Angelos, & Deum conuincimus incorruptibiles: quia quod spirituale est, non potest corrumpi ab agente corporeo, aut naturali, cum omnia talia habeant actionem

nem corpoream, quã in spiritualem rem non possunt imprimere, nec corporalis effectus in spirituali suscipi.

Octauum caput ex Præmio & pœna post mortem debita, & recta mũdi gubernatione. 1. Ratio. Item, quia spirituale nõ habet in se aut sua compositione partes aduersantes contrarias, aut corruptionis principia: nec substantię spirituali aliquid est contrariũ.

Ex præmio, & pœna post hanc vitam debita, ac iustitia Dei, & recta mundi gubernatione.

Certum est in hac vita aliquos scelerosos esse, & aliquos bonos, & plerunq; ẽt contingere, vt scelerati in hac vita sint prosperi, & rebus huius mundi affluẽtes, vt opibus, potẽtia, salute, lõga vita, honore, voluptatibus, &c. Et cõtra, vt boni sint pauperes, afflicti, miseri, in hac vita, in carceribus conclusi, ignominia habiti occisi, &c. At Deus iustus est, non iniustus: & præterea iustitia ipsa, & ratio, & lex, & æquitas natura ipsa rerum postulabat, vt boni bene haberent, & mali malè. Igitur dum in hac vita hoc non videamus, fatendum est necessario in altera vita remanere', istis quidem præmiũ pro benefactis; quod non susceperunt, cum eo essent digni; & alijs remanere supplicium debitum: & pœna pro malefactis, quam meruerunt, & hic non receperunt.

Cõfirmatur. Profecto hæc sola ratio satis esse deberet vnicuiq; & plane conuincit, ac persuadet quemcunque animum bene institutum bonæq; indolis: & nisi quis sit obstinatus aut plane impius, vel stultus, illi nõ aduersabitur.

Confirmatur ex gubernatione vniuersi. Dispositio vniuersi est gubernatio, & monarchia maxime ordinata omniũ, quę intra ipsum sunt: sed nisi alia post corpus vita homini restaret, esset maxima inordinatio: ergo tenẽdum est certum animam manere. Minor probatur: quia experimur homines bonos secundum rationem viuẽtes multa mala pati, multis iniurijs affici, & infirmos & debiles, quibus etiam natura nocuisse videtur naturalibus malis: malo vero felices, & in honore habitos, & naturæ dotibus ornatos: vtrorumq; tamen idem est decessus & mors: quòd nisi alius esset locus retributionis, nisi esset inordinatius: non ergo animæ pereunt post corpora.

8. Ratio. Præterea, ex spe, vel minore circa mortem hominibus insita, animæ immortalitas colligitur. Circa mortem nãque, qui bene atque optime vixerunt, spem quandam in se sentiunt futuræ vitæ & futuri præmij, & læti discedunt. At contra, mali & facinorosi in morte constituti, timore, & honore concutiuntur, quasi hi præsentiant pœnã sibi imminere ex male factis.

Nonum caput ex fine vltimo et beatitudine. 1. Ratio. Ex fine vltimo & beatitudine nostra, qui non est in hac vita, sed in altera.

Primò. Oẽs ens naturale habet finem, in cuius consecutione quiescat, & delectetur: homo igitur, qui omnium naturalium est res præcipua, habebit hũc finem, quo fruatur. Sed nullus in corpore talis apparet finis, imò vita tota hominis est solicitudine, & laboribus plena: nec vllum animal ita solicitudine & timore, ac dolore concutitur, sicut homo: qui etiam in delectabilium præsentia, futurorum cogitatione vexatur, & continua mentis agitatione propellitur.

Adde etiam vitæ breuitatem, cùm tamen multa infinita animalia lõgissimam sortiantur vitam: quæ omnia argumento sunt veram hominis durationem, & finẽ non esse in hoc corpore: non ergo perit anima ipso pereunte.

2. Ratio. Deinde: Finis vltimus noster, est perfectissima cognitio perfectissimę rei: & perfectissimus amor, est fruitio perfectissimi boni. Perfectissima autem cognitio, est visio rei in præsentia, & essentiam rei videndo. Res autem perfectissima est Deus: ergo finis vltimus & beatitudo erit hęc Dei visio per essentiam: sed hæc in hac vita esse non potest: ergo in altera. Et similiter de amore boni idem sequitur: est enim amor perfectissimus perfectissimæ rei, & rei præsentis, qua fruitur in actu, scilicet amor Dei visi: sed hoc non contingit in hac vita: ergo in altera.

1. Ratio. Præterea, quòd non sit finis noster vltimus, & beatitudo in hac, vita probatur quia alioquin paucissimi, aut nulli consequerentur illum finem: imò verò esset impossibile. Idq; sequitur siue dicas, beatitudinem esse perfectam actionem virtutis, vel perfectam scientiam rerum spiritualium, vel scientiam naturalium, aut substantiarum separatarum in hac vita: quod quidem videtur esse optimum, quod in hac vita potest contingere. Nam neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

pueri, nec fœminę, nec pauperes, nec stulti, neque hi qui citò moriuntur ad illum finem possent peruenire: imò nec rudes: ingenio, aut rustici, aut agricolæ, ad talem scientiam possent peruenire, aut perfectionem uirtutis assequi, & eius actionem perfectam.

Cõfirmatur 1. Imò, & hi, qui ingenio maximè valẽt, & ocio abundant, & opibus & præceptoribus, & omni commoditate ad discendũ ad eam scientiam non possunt peruenire, nisi longo tempore, in senecta, & rarò, & pauci, neque ad uirtutum perfectionem.

Cõfirmatur 2. At verò finis ultimus non solum hominum, sed aliarum rerum, debet esse talis, vt eum finem omnes magna ex parte saltem, consequantur, aut consequi certè possint: alioquin malè à natura cõstitutũ esset, ut eæ res ad eum finem ordinarentur, ratũ, vel impossibilem, imò & inaniter ac superfluè sic ordinarentur. At hoc non est asserendum de natura, aut naturæ Authore: ergo post hanc vitam finis ultimus alius necessariò manet; igitur erit immortalis anima.

3. Ratio. Præterea, beatitudo est ea, in qua nullũ est malum, ut antea diximus: at hoc non contingit in hac vita: ergo &c.

Cõfirmatur. Item, beatitudo, vt ait Boetius de Consolatione, est status bonorum omnium aggregatione perfectus: at hoc non contingit in hac vita, cùm omnes aliquibus bonis careant, ac eis multa deficiant humanę naturæ perfectioni debitæ: ergo &c.

4. Ratio. Præterea, beatitudo debet esse certa, ut de ea habemus certitudinẽ, alioquin animus non esset quietus, sed inquietus, anxius, & ambiguus: At in hac vita nulla põt esse beatudinis certitudo, neque quod eam acquiret quis, neque quò acquisitam conseruabit: ergo &c.

Confirmatur. Beatitudo debet esse firma, & stabilis, alioquin mens esset anxia, & solicita. At in hac uita omnia sunt fluxa, & caduca, ergo &c.

5. Ratio. Præterea, in beatitudine, nulla debet esse tristitia, aut dolor: pugnat enim esse beatum, & dolere. Et confirmatur: quia proprium est beatitudinis esse summè iucundum & delectabile, vt ait Aristoteles lib. Ethic. 1. & 10. vbi etiam ait, summam voluptatem summo bono esse coniunctam: ergo debet excludere omnem dolorem: at hoc in hac vita non contingit: ergo hic non est nostra beatitudo, sed in altera uita.

7. Ratio. Præterea. Beatitudo debet esse per se sufficiens, vt etiam ait Aristotele. 1. Ethicorum, ut nullo indigeat neque pro se, neque pro suis, ex sibi necessaris, uel utilibus. at hoc non contingit in hac vita: igitur hic non est beatitudo nostra, sed in altera uita post mortem: manet ergo post mortem anima.

Decimum caput. ex inutilis virtutibus, & eorũ actionibus, q̃ perirent, & utilis q̃ contra se quæreretur.

Ex varijs virtutibus, & earum actibus, ac officijs, quæ etiam virtutes esse desinerent, ac perirent, si anima esset mortalis: & ex eis vitijs, quę tunc sequerentur, idem probatur.

Si anima non esset immortalis, sed mortalis, multę virtutes perirent, & eis nõ esset locus: & multa sequerentur uitia, imò in vniuersum, virtus esse virtus desineret.

1. Ratio. Primò. Nullus enim vellet mortem pro republica oppetere, vel pro uirtute, pro ueritate, aut pro iustitia, cùm inde sibi nullum bonum, sed contra potius extremum ei adueniret malum: si quidem mortuus capax non est in se ullius boni, sed morte omnibus bonis esset priuatus, atque ipsa met uita, & corpore & anima.

2. Ratio. Item, si anima esset mortalis, haud dubiè eius beatitudo, & finis ultimus esset in hac vita; & is quidem uel ipsa vita, uel uitæ huius conseruatio: & bonorum huius vitę scilicet, incunditatum ac voluptatum eius, ocij, & diuitiarum, & luxus, & pompę cum cęteris &c.

Cõfirmatur. Et esset præterea finis ultimus idem & beatitudo eadem, quę brutorum, plus minus, aut certè parum diuersa; & sanè hoc pacto omnes fierent Epicurei.

Obiectio Nec verò quis cõmodè occurret, si dixerit, virtutẽ potius, & eius actionẽ esse tũc quoq; finem vltimũ, & secundùm rectam rõnem uiuere: aut uirtutẽ tunc solam esse meliorẽ, & magis expetẽdã, q̃ cætera omnia, & per se solam tunc facere beatiorẽ.

Confutatio, quæ & tertia ratio. Nam facile dici potest, tunc hoc ipsum fore uirtutem, puta, vitam conseruare bonis refertam, ocium sequi, uoluptatem cõsequi & incunditatem quam maximam quisque posset in uita longiori: si quidem uirtus, quę illis bonis priuaret huius uitæ, nullum maius bonum ipsa tunc afferret in hac uita præsenti, neque in altera.

Atque

Atque ita non esset uirtus tunc hæc contemnere, sed potius uitium. Aut certè esset planè inutilis ipsa per se uirtus, bonis huius uitę expolians, & nihil melius nobis afferens, neque hic, neque alibi.

Cõfirmatur. Confirmatur. Nam tunc ipsa recta ratio esset, quæ præciperet, illa huius uitæ temporalia bona sequenda, & uitam conseruandam esse: si quidem post hanc uitam, imò nec in hac vita, vlla essent maiora, quæ sequeretur recta ratio, aut recta electio uirtutis: & hoc ipsum esset prudentia & contrarium imprudentia. At hoc absurdum, ergo &c.

6 Ratio. Item, quia uirtus ad suam operationem requirit etiam externorum bonorum saltem sufficiẽtiam, & sanitatem ac uires, & denique ipsammet vitam: nam aliter operari non posset. Quare etiam si uirtutem quis vellet amplecti, ut finem suum ultimum, oporteret necessario pariter expetere alia bona, sine quibus neque ipsa uirtutis actio posset consistere, aut ipsa uirtus.

8 Ratio. Item, quia obiectum virtutis non est ipsa uirtus, sed res aliæ ab ipsa bonę, vel malæ, expetendæ, uel fugiendæ. Hæc enim sunt uirtutis materia, quam si auferas, nõ habebit uirtus ubi pedem ponat, quid expetat vel fugiat. Igitur ex istis uirtus eligit: & ideo ipsa est uirtus, quia ex illis eligit bona & præsertim meliora, & fugit mala. At tunc, obiectum & materia uirtutis solùm essent illa bona, & non essent alia tunc maiora. ergo necessario conuincitur, tunc uirtutem ea maximè sequi debere, & si non sequeretur, non esse uirtutem: Virtutis enim ratio & essentia illinc pendet, ex obiecto, & materia eius. Quare tunc vere sequeretur, illud Sardanapali Epitaphium, ut dicunt, eius sepuchro in scriptum.

Cõfirmatur. Ede, bibe, lude, post mortem nulla uoluptas.

9 Ratio. At, vt quidam alius commodè dixit. cùm hæc legeret,

Quid aliud in sepulchro suo bos iuberet inscribi?

Præterea sequeretur inde, ut facilè quis uellet occupare tyrannidem per fas, & nefas, & sibi bona accumulare etiam cũ aliorum damno & iniuria, & si posset, si quidem in hac solum fruẽdum est uita.

Præterea. Nullus fidem seruare vellet aut veritatem, aut amicitiam, aut fœdus, cum mors inde sequi deberet, idq; ob casum dictam: quia nullum inde videtur ei bonum & tamen summum malum sequi.

Cõfirmatur 1. Confirmatur: Tunc summum malum esset mors, si moritur anima: ergo tunc secundum rectam rationem esset, vt minus malum eligeretur & permitteretur potius ad euitandum summum malum, quam contra.

Cõfirmatur 2. Nam etiam, si inde ignominiam contraheret, & dedecus, etiam hoc esset minus malum, quam mors, si anima esset mortalis, & ita post habendum: nam per mortem nõ solum honore priuatur, cum non sit amplius, sed bonis alijs omnibus, etiam se ipsa & suamet essentia & existentia, quo maius esse nequit.

1. Ratio. Præterea. Nullus esset Dei timor, dum modo quis hic frueretur, & potiri posset rebus optatis: præsertim cum Deus in hac vita nõ soleat statim punire post flagitia, vt videmus: atque ita nulla religio, nulla iustitia, sed occasio omnium flagitiorum & scelerum, dum tamen quis ea impune perpetrare posset, ex tali doctrina, & opinione sequeretur.

9. Ratio. Item, non esset locus omnibus ijs virtutibus, temperantiæ, sobrietati, frugalitati, virginitati, pœnitentiæ, & afflictionibus, ac mortificationibus corporis, humilitati contemplationi Dei & diuinarum rerum, paupertati, vitæ hæremiticæ, religionis statui, & ordini: quandoquidem omnes hæ virtutes habent actus, qui priuant voluptatibus huius vitæ corporalibus, & temporalibus; imò priuant maximis voluptatibus huius vitæ, & maximis commoditatibus, quæ esse possunt; & priuant quoque maximis huius vitæ bonis, puta, honore, diuitijs, pompa, fastu, imperio, potestate, & vt diximus, omni temporali bono.

Confirmatur. Ita esset locus contrarijs vitijs, & eis campus latus aperiretur, superbiæ scilicet, ambitioni vanæ gloriæ, luxurię, immundiciei, gulæ, ebrietati commessationibus, &c. nam dum quisque illis dum viuit, potiretur, nihil curaret post mortem.

10. Ratio. Præterea, hinc sequeretur flagitiosissimorum hominum vitam esse beatiorem in hac vita, & magis expetendam, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonorum, & optimorum vitam & qui virtutem sequũtur. Nam virtus in labore est posita, & labor in virtute, & est ardua & difficilis virtus: at contrà, vitium facile, & molle, & delectabile sensui, ac suaue. Et plana ac lata via est, quæ ducit ad pditionem: ardua verò, & arcta, quæ ducit ad vitam. Si ergo in hac solùm vita esset sperandum, quid, obsecro, vtilitatis esset, tanto labore, sudore, ac difficultate acquisiuisse, & conseruasse virtutem statim perituram?

Cõfirmatur 1. Confirmatur: quia cùm boni in hac vita per virtutem à corporalibus, & temporalibus bonis abstineant, & plerunque mala plurima perpetiantur: contrà verò, mali plerunque corporis & externis bonis huius vitæ abundent, & prosperè omnia succedant (vt ante diximus:) sequeretur haud dubiè, istorum vitã beatiorem esse in hac vita, quàm altera alterius solius nudæ & solitariæ, & inutilis virtutis si post mortem nihil aliud superest: Et illud optimè & verissimè Diui Pauli dicetur sancti & boni viri possent, [Miserabiliores essemus cunctis hoibus, si in hac vita tantùm sperantes essemus.]

Cõfirmatur 2. Tunc enim virtus nihil haberet vtilitatis, aut parũ, sed mali plurimum, vt diximus, vt potè, quæ vitam præsentem laboriosam & dolore plenam, anxietate & tædio redderet, & aliquando etiã morte priuaret, quæ tunc esset summè malum.

Cõfirmatur 3. Confirmatur. Quid rogo, vtilitatis tũc esset in virtute? Fac aliquem virtutem sequutum, & ideo potius voluisse ignominiam pati, & paupertatem, & verba, & mortem (vt fit non rarò:) fac verò alterum virtute relicta voluptatẽ sequutum, & honorem, & diuitias, & potentiam, & vitam iocundam seruasse diuturniorem: quid, rogo, inquam, in illo vtilitatis attulisset virtus? at in isto videmus non vnam modo, sed multas vtilitates attulisse.

2. Ratio. Illa ipsa tunc virtus etiam tunc periret, pereũte anima: nam periret pariter subiecto pereunte, & ita virtus ipsa se vna cum anima interimeret: & tamen nihilo magis animam faceret beatiorẽ, sed omnia potius destrueret simul & se ipsam. At ,,pfecto virtus talis dicenda non esset, quę se ipsam destrueret, & quæ destrueret, & in nihilum redigeret eum, cuius est virtus, & subiectum, in quo est. At potius virtus ea est, quæ perficit eum, in quo est, & bonum reddit, & secundum suam naturam perfectum & aptum ad operationem: non verò quæ destruit & corrumpit.

Cõfirmatur 1. Et confirmatur: quia impossibile est, sit aliqua perfectio alicuius, imo vltima eius perfectio, & sit corruptio eiusdem.

Cõfirmatur 2. Et hæc præterea est propria natura mali, vt & se ipsum, & subiectum, in quo est, corrumpat; tantum abest, vt sit hoc virtutis, & boni proprium. Quare plane consequitur, si anima non esset immortalis, non esse eam virtutem, quę modo est, & quam modo virtutem putamus, & asserimus.

Vadeclium ex pugnãtia sensus cũ ratione, & cõtra 1. Ratio. Ex pugnãtia sensus, & rationis, immortalitas animæ conuincitur. Primo igitur ex rationis pugna cũ sensu, sic ostenditur. Cuiq; operi naturali natura concessit statum aliquem, quo quiesceret, suamq; consequeretur perfectionem: at ratio hominis est opus, & satis nobile naturæ: ergo status est aliquis, quò suam perfectionem obtineat. Sed dum in corpore isto est, semper est in lucta cum sensu, nec partes istæ sibi vnquam concordes sunt: alius ergo status est, quo ratio libera sit, & quieta: anima ergo non perit cum ipso corpore.

2. Ratio. Præterea. Id quod aduersatur corpori, & eius desiderijs, necesse est, non sit corpus, sed spirituale: nam corpus aut corporale haut dubiè corporalia secundum naturam sectaretur. Quod ergo à corporalibus desiderijs abstinet, & corporis appetitui non cõsentit, necesse est, sit spirituale.

Cõfirmatur 1. Confirmatur. In viris bonis, & qui virtutem consectantur, perspicuè satis hæc pugnantia apparet sensus & appetitus cũ ratione, & plusquam vellent, eam quotidie experiuntur, vt etiam in incõtinente, & continente ait Arist. 7. Ethicorum.

Cõfirmatur 2. Item quod imperat sensui, & appetitui & corpori, est supra sensum, & supra appetitum, & supra corpus: at ratio imperat, & spiritus: ergo est supra corpus, & spirituale, & ideo etiam immortale.

12. Caput ex omniũ pene & cõsumpti. & hominum consensu. 1. Ratio. Ex communi Rerum publicarum consensũ, ac penè omnium hominum.

Octauo, ex communi penè omniũ consensu idem ostenditur. Omnes enim respublicæ receperũt animas manere post mortem, sicut esse Deum.

Quòd si hoc negatũ fuit ab aliquibus, id non

id non à cõmunitate aliqua vel tota republica fuit, sed ab hoc, vel ab illo particulari: ergo re vera natura prædicat animæ immortalitatem.

Et ratio est: quia natura dans finem, dat necessaria media. Cum ergo dederit homini finem secundum rationem viuere: vtiq;, nisi anima immortalis esset, nullus in ipsa republica rationi & veritati vacaret, propter summam difficultatẽ, & continuam & diuturnam: anima ergo immortalis est.

1). Caput, ex maiori vtilitate, securitate & decentia huius opin. quã contraria. 1. Ratio. Ex maiori vtilitate, securitate, & decentia huius opinionis, quam contrariæ.

Tandem melius est, & tutius sic opinari pro nobis, quam contra nos ipsos. Nam aut hæc fides & opinio vera est, scilicet animam esse immortalem: & tunc quidẽ, si quis eam nõ crediderit, aut credere noluerit, post mortem luet pœnas, & feret supplicium: id quod non putat, & quod oportuisset in hac vita præcauere. Aut nõ est vera opinio, animam scilicet esse immortalem, & tunc nihil erit periculi post mortem, sic fuisse opinatos in vita: quia cum anima postea non maneat, redargui non poterimus de ea re, neq; puniri ob id.

3. Ratio. Item, sic opinari pro nobis, & pro dignitate animæ nostræ honorabilius est, & honestius, ac decentius: & quanuis gratis sic esset opinandum, decet de nobismet, & de natura nostra humana à Deo accepta, & de anima nostra ample & magnifice sentire, non vero demisse, & abiectè, ac sordide: quod est vilioris animi.

Cõfirmatur. Confirmatur: saltem ne velimus esse similes bestijs, & brutis animantibus, sed potius Angelis, & Deo, vt etiam hoc pacto illos velimus imitari, & vt assurgamus ad diuina opera, & ad diuinarum rerum contemplationem, & imitationem: nõ vero ad brutorum similia opera, & imitationem quorum nos putaremus solùm esse similes.

1. Ratio. Denique hoc est melius, & perfectius nobis, & desiderabilius: ergo ita libet potius opinari, & credere, & id etiam ad rectè, pie, iustè, sanctèque vitã instituendam accommodatius. Putantes nam q; nos esse immortales, maiorem curam virtutis agemus, & Dei cultus, ac religionis, & futuri præmij, ac beatitudinis, & finis vltimi, qui nos expectat in altera vita, vt ante diximus: Amen.

Satis ergo ex dictis aperte constat animæ immortalitas: est autem nobis venia danda, si paulo diutius in ea demonstranda immorati sumus: id enim necesse fuit tum ob rei dignitatem, tum ob comprimendam quorundam temeritatem.

2. Concl. Aię brutorum sunt mortales. 1. Ratio. Secunda conclusio. Animæ brutorum sunt mortales, hæc est de Fide, vt notat S. Thom. 2. Contra gen. c. 82. Et probatur ratione naturali: quia nullam habent operationem propriam, sed cum corpore communem: nam ipsorum operatio præcipua est sensatio, hæc autem cum corpore perit.

3 Concl. Aiæ separata se intelligit & alias Intelligentias. 1. Ratio. Tertia conclusio. Anima separata se intelligit, & alias Intelligentias, sicut vna ex illis, & alia, quæ in corpore cognouit.

Nam species intelligibiles rerum, quas in corpore habebat, non pereunt, quia erant in ipsa anima sola, sicut nec pereunt habitus ipsius. Hæc est S. Tho. 2. Contra gen. c. 81.

2. Ratio. Et deinde, quia, (vt antea diximus) quædam sunt intelligibilia per se, vt sunt res spirituales, quæ non per phantasmata necessario cognoscuntur, sed per se intelligi possunt.

3. Ratio. Rursus tertiò, quia potest à Deo immediate recipere tum cognitiones, tum species, sicut etiam in hac vita quandoque recipit, imò etiam ab Angelis illuminari posset, vt alij Angeli illuminant Angelos, & collocutione eorum spirituali discere.

4. Quarto tandem, non vacat magnã probabilitate, se ipsam per se ipsam tũc posse cognoscere, & ex se ipsa discursu suã causam, & alia.

5. Quintò etiã, per species acquisitas posse posit mortem intelligere mẽdicatas ex rebus, sicut ait Scotus de Angelis, nil verat.

Ad 1. Superest iam ad argumenta posita respondere. Ad primum dico, similẽ ortum esse, & processum hominum, & iumentorum quantũ ad corpus, nõ tamen quo ad animam. Ortus enim hominis dissimilis est secundum animam: nam hominis anima à Deo solo creatur: nec est educta de potentia materiæ: reliquorum animalium animæ à causis etiam particularibus producitur, & de materię potẽtia eliciuntur.

Nota. Vide optimè notat S. Thom. 1. p. q. 75. ar. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ar. 8. ad primum quod ob id dicitur in Genesi. de alijs animalibus, producat terra animam viuentem: at de rationali dicitur, Insufflauit in faciē eius spiraculum vitæ.

Nec etiam est similis processus quo ad animam: nam hominis anima est domina corporis sæpeq; agit ipso renuēte: non autem anima bruti. Cum igitur non sit similis ortus, nec processus quo ad animā, nec erit quo ad animam similis finis.

Ad illud ex Ecclesiaste citatum, esse vocem insipientis & impij, qui ibi à Salomone introducitur, illa secum cogitans, vt exprimitur Sapientiæ 2. & ideo concludit Ecclesiastes, Vltimo reuertatur puluis in terram suam, vnde erat: & spiritus reuertatur ad Deum, qui dedit illum.

Ad 2. Ad secundum respōdeo quòd respectu Dei, qui cuncta fecit ex nihilo, dubium non est cuncta posse ab ipso redigi in nihilum non tamen respectu causarum secundarum, quæ non producuntur ex nihilo, sed ex aliquo: nec harum respectu finis respondebit principio, nisi in his, quæ ab ipsis producuntur. Sed anima rationalis à solo Deo immediate habet esse, & eius quoque potestate est producta: & ita eius quoque potestate ac voluntate conseruatur.

Ad 1. Ad tertium notā esse argumentum quo Pompo. contendebat secnndum philosophiam animam esse mortalem, quia non est alia actio in corpore nisi per phantasma: sed cum hæc non possit esse absque corpore, sequitur animam non posse separari, atque adeo separari animam non esse secundū philosophiam, sed contra ipsam.

Sed ad hoc argumentum respōsum est supra, falsum assumere, cum etiam in corpore existens intelligat per species intelligibiles & immateriales, & habere præterea alias innumeras operationes separatas, vt pote, iudicium Intellectus potī rem apprehensam, & velle, & nolle, & cognitionem abstractam vniuersalium, & prouidentiam futurorum, & discursum ac illationem vnius ex altero: imo & ex Deo immediate in hac vita posset recipere sciē tiam infusam, & ab Angelis, vt constat experientia multorum.

Sed præterea ex abundanti nunc addimus, etiam si in hac vita non posset cognoscere nisi per phantasmata, nil sequi,

Quod vt ostendamus, notandum, quòd Philosophus debet considerare in actione duo præter alia, & ipsius subsistantiam, & ea, quæ intrinseca ipsi sunt: & similiter modum ipsius actionis, secundum quam fit, vt, quòd visio sit in coniuncto, est natura ipsius visionis: quòd sit in tali distātia, modus est. Vnde in intellectione ista duo consideranda sunt, & ipsius subsistantia, & hęc est, quòd sit accidens immateriale soli animæ inhęrens absque corporis coniunctione: & modus, & hic est, quod fiant per phantasmata obiecta. Res igitur iudicanda est secundum actionis subsistantiam potius quam secundum modum: modus enim mutabilis est. Cum igitur subsistantia intellectionis sit absque corporis commercio, anima iudicanda est immortalis, & separabilis.

Et id est, secundum veram philosophiā. Vnde sicut oculus male habens, videt tantum cominus: at bene habens, idem videt eminus, & siue vno, vel alio modo: tunc substantia visionis eadem est, tamen modus mutatur ob diuersam habitudinem oculi. Ita anima, dum in corpore est, per corpus medium intelligit, tamen separata sine ipso intelligit: modus q; variatur, non tamen substantia intellectionis, quia semper est ipsa anima, quæ immediate intelligit. Estque hæc etiam notanda solutio.

Ad quartum dico, quòd debilitatur intellectio propter modum quæ per corpus est, vt paulo ante dicebam, sed non secundum se. Sed neque verum est, omnes cum corpore debilitari: nam iudicium potius augetur in senibus, & voluntatis actio, quia vult, vel non vult, etiā si omnes simul creaturæ & corpus, & externa contra contendent, ipsa voluntate nolente, non facient velle: nec volētem nolle, siue etiam infirmitas fit, siue etiam mors, vt anteà diximus.

Ad vltimum respondeo cum S. Thom. quòd sunt animæ diuersæ numero penes diuersa corpora, quæ habuerunt: quæque enim suo corpori apta est: sed de hoc maior erit postea disputatio, interim hoc sufficiat.

Nota

Ad 4

Ad 5

An anima rationalis producatur à virtute seminali. Quæst. XVII.

Difficul. tas quæ. stionis.

MAec difficultas est circa originē animæ, quæ multum vexauit Philosophos antiquos aliqñ & Theologos, adeo vt August. 1. lib. Retract. ca. 1. fateatur se nescire animę originem, & Hieronym. declarat illud Ecclesiast. Viā spiritus ignoras. id est originem animæ.

Sensus q̄. stionis,

Quæstio igitur est, An rationalis anima sit producta à virtute illa existente in semine, sicut quæuis anima alia: an non, sed à causa aliena extrinseca, quod alij vocant educi, vel non educi de potentia materię. Et quanuis antea hac de re nonnulla diximus in quæstione de immortalitate animę secundum Aristotelem, nunc paulo plenius tractanda est, nec solum secundum Aristotelem, sed secundū veritatem, ac veram philosophiam.

Cōfirmatur solutio.

Argu. ad partē affirma.

Igitur vt ab argumentis incipiamus, probatur pars affirmatiua quæstionis, q̄ à virtute seminali producatur. Primum argumentum est. Homo est vniuoce animal cum omnibus alijs: ergo idem est ipsius & aliorum productionis modus: sed alia producuntur per eductionē animæ à propria virtute seminali. ergo etiam homo.

2. Arg.

Secundum. Homo est causa hominis, sicut vnus ignis alterius, & equus equi est causa. ergo producit virtute sua animam. Nam aliter non esset causa. Materiā enim nō facit, vt notum est, nec ipsam animam vt dicitur: ergo vere nihil facit: quia homo non est aliud, quam anima & corpus, seu forma, & materia.

3. Arg.

Tertium est. Causa attingens vltimam dispositionem alicuius formæ, producit talem formā: vt si ignis producit vltimum calorem, cum quo inducitur forma ignis, dicitur producere talem formam. Sed virtus illa omnem dispositionem & organizationem facit, ad quam inducitur anima rationalis in materia: ergo etiam producit animam.

4. Arg.

Quartum est. Si non producitur à virtute: ergo præcessit iam anima facta: sed hoc esse non potest, quia causa formalis non producitur, nec habet esse nisi in eo, cuius est causa, vt dicitur 12. Met. text. 17. Anima rationalis autem forma est, ergo producitur à virtute ipsa seminali.

Quatuor errores circa animæ originem. 1. Error.

Aduertendum circa animæ originem, quatuor fuisse errores, & in philosophia, & in Fide nostra. Primus fuit eorum, qui dixerunt animas omnes multo tempore simul fuisse creatas à Deo extra corpora, & postea corpora subintrare propter ipsarum peccata, quæ extra corpus commit tebant: hic error fuit Origenis. lib. 1. Periarchon. c. 7. & præsertim fuit Platonis.

Secundus error.

Alter fuit, animas omnes fuisse ab æterno in numero certo finito, subintrareque corpora diuersa, modò vnum, modò alterum: & hic error fuit Pythagoræ, quem sumpsit ab Aegyptijs, vt refert Herodotus. lib. 1.

Tertius error.

Tertius error est aliorum, qui animas non antecessisse corpora dixerunt: sed simul cum illis produci, tamen non à virtute seminali: sed ab Angelis creari: & hic fuit Anice. & id receperunt quidam hæretici, scilicet, Seleucus, & Hermias, quorū fit mentio lib. 7. histor. tripar. cap. 11.

Quartus error.

Quartus fuit aliorum, qui animas à patribus produci dixerūt, vt corpus à corpore, & anima ab anima sit facta: huius erroris fuit Tertuil. vt refert August. lib. de hæresibus cap. 86. Idem dixit Apolinaris hæreticus, vt refert S. Thom. 2. Contra gen. cap. 86.

Nota testimonia Arist. cuius occasione aliqui errāt.

Aduertendum vlterius, Aristotelē li. 2. de gen. animal. cap. 3. proposuisse quæstionem an omnis anima producatur à virtute seminis, & respondit omnem produci, præter intellectiuam, quæ aduenit de foris, ideſt extrinsecus: quem locum superius adduximus, quia eius occasione nonnulli errant in uia Aristotelis.

1. Concl. Non præcessit tempore corpus.

Pro huius ergo resolutione sit prima conclusio. Anima rationalis non præcessit tempore corpus. Hęc est contra duos illos errores primos.

1. Ratio.

Probatur autem primò ex Arist. 9. Metaph. tex. 13. Actus prior potentia est in diuersis, tamen in eodem posterior est, sed anima est actus, corpus verò potentia: ergo in vnoquoque prius est corpus, quam anima.

2. Ratio.

Secundo probatur. Quod est secūdum naturam, prius est quàm quod præter naturam: animam esse in corpore est secundum naturam, esse vero extra, est contra naturam:

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturam ergo prius est esse in corpore, quam extra corpus. Maior probatur: quia vnicuique prius ineſt, quod ſecundum ſe ineſt, quàm q̃ ſecundum accidens. Oppoſitum autem eſſet inordinatio maxima. Quod vero eſt ſecundum naturam, ineſt rei per ſe: quod autem præter naturam, ſecundum accidens: illud ergo prius eſt. Minor probatur: quia cum anima ſit forma corporis eſſentialis, natura ei eſt eſſe in corpore, & conſequenter præter naturale eſſe extra corpus.

3. Ratio. Tertio probatur. Si anima præceſſit corpus, & poſtea fuit detruſa in corpus, peto, vel id fuit, videlicet, in corpus detrudi, violentum animæ, vel naturale, vel ſecundum voluntatem ipſius. Non violentum: quia tunc homo eſſet non naturale ens: quod eſt abſurdum, cum ſit naturaliũ primus. Et probatur: quia anima nõ haberet deſiderium naturale permanendi & conſeruandi in corpore: cuius oppoſitũ experimur. Nec eſt naturale: quia tunc extra corpus maneret contra naturam: quia cũ vnus terminus eſt naturalis, alter eſt contra naturam. Et iam præterea probatum eſt in ſecundo argumẽto, nõ fuiſſe prius, quod eſt contra naturam.

Nec eſt ex volũtate: quia eligere, quod deterius eſt, procedit eo errore, vel ignorantia Intellectus: at eſſe in corpore deterius ei eſſet & præſertim in tali corpore, cũ multa mala in ipſo patiatur: non ergo volũtate eligeret eſſe in corpore, niſi decepta. Nõ videtur autem cauſa huius deceptionis dari poſſe. Probatur: quia non eligeret eſſe in corpore, niſi ipſum cognoſceret prius; & qua ratione ipſum cognoſceret, & omnia alia naturalia cognoſcet: ergo, ſi ſic eſt, anima introducitur cum ſcientijs: cuius oppoſitum alibi probandum eſt, & facilè probari poteſt.

2. Concl. Aſſeratio-nalis non producitur à virtute ſeminali, nec ab aliquo agente naturali.

Secunda concluſio. Anima rationalis non producitur à virtute ſeminali, nec ab aliquo agente naturali. Hæc concluſio eſt multum notanda, deſtruit enim errores aliquos philoſophorum: & probatur rationibus validiſſimis.

1. Ratio. Prima eſt. Nullum agens naturale poteſt producere aliquod eſſe ſupra ipſam materiam: anima rationalis habet eſſe ſupra materiam: ergo non poteſt produci ab aliquo agente naturali.

Diſcurſus eſt notus: maior probatur. Omne agens naturale agit actione circa materiam, & recepta in materia: non ergo poteſt producere, niſi eſſe, quod ſupra ipſam non eleuat: nec eſt alterius generis. Probatur etiam à ſimili. Ex parua certaq; ceræ quantitate poſſunt fieri multæ imagines, quæ tamen quantitatem ceræ non excedunt: tamen turris magna excedens quantitatem ceræ, nullo modo fieri poteſt, quia non eſt ſub poteſtate talis ceræ, & agens artifex nihil agit vltra poteſtatẽ materiæ illius.

Minor probatur: quia anima rationalis habet operationem eleuatam ſupra materiam puta, intelligere, vt dictum eſt: ergo etiam ipſum eſſe, & hoc fuit argumentum, quod merito cõuincit multos. Intellectiuum enim ſupra materiam eſt: non ergo ab agẽte in materia produci potuit.

2. Ratio. Secunda eſt. Omne agẽs naturale agit actione recepta in materia, & materia neceſſario eſt diuiſibilis: ergo & actio neceſſario eſt diuiſibilis. Sed actio eſt idem re cum termino & forma: ergo neceſſario omnis forma producta actione phyſica eſt diuiſibilis. Sed rationalis anima eſt indiuiſibilis, vt pote, quæ ſit immortalis, vt alibi deduximus: ergo impoſſibile eſt animam produci actione phyſica.

1. Ratio. Tertia ratio eſt. Forma, quæ ab agente phyſico producitur, non per ſe, ſed cum compoſito cõproducitur & eadem actione: ſed omne, quod cum cõpoſito eadem actione comproducitur, non habet eſſe per ſe, niſi in compoſito, alias non illa actione, ſed alia produceretur: non igitur haberet anima eſſe extra compoſitũ, nec immortalis eſſet: quod cum falſum ſit, profectò eſſe per ſe habet: quod ſi habet, non actione phyſica, quæ in compoſitum terminatur, ſed alia actione eſſe habet. Suntque notatu digna hæc tria argumenta, quibus hæc veritas confirmatur.

3. Concl. Alia non eſt ab angelis producta. 1. Ratio. Tertia concluſio. Anima non eſt ab Angelis producta. Hæc probatur. Aut. n. creatione, aut ex potentia materiæ producere tur. Non creatione: quia nihil facit ex nihilo, niſi ſolus Deus. Non ex materia: quia tunc fierent argumenta facta in concluſione ſecunda.

Et probatur: quia Angelus produceret ex materia animã, vel vt cauſa vniuerſalis

lis, vel vt particularis. Si vt vniuerſalis, tunc non immediate, ſed concurrente ſeminis virtute. Si vt particularis: tunc ſimiliter in ſpecie oportebat produci.

4. Concl. Alia rationalis à ſolo Deo eſt producta per creationem.

Quarta concluſio. Anima rationalis à ſolo Deo eſt producta per creationem.

Hæc concluſio primo ſic induci poteſt à ſufficienti diuiſione. Si enim anima habet principium ſui eſſe, & illud non eſt agens naturale, vt ſufficienter probatum eſt, nec agens ea materia ſeu ſine materia: ergo agens aliquod erit agens, quòd agit ex materia, ſeu ſine materia.

Nota primum modum quo anima rõalis producitur.

Eſt autem notandum primò, q̃ Deus, non ſic animam rationalẽ producit, ſicut reliquas formas: reliquas enim producit concurrendo cum cauſis ſecundis, ita vt qua actione cauſa particularis producit formã, eadem etiam Deus producat ſimul cum ipſa cauſa particulari. At animam rationalem ſolus ipſe facit, nec vtitur actione cauſæ particularis. Vnde ſicut Deus ſolus Angelum creat, ſic & animam, ita, vt actio hæc in ſolam animam terminetur: & ſicut illam creat in corpore, ita eadem actione poſſet extra corpus creare, & producere.

Dubium, An prius natura ſit alia rationalis quã homo, & quã ſit in materia.

An verò prius natura anima habeat eſſe in ſe, quam ſit homo, & quam ſit in materia: Puto dici poſſe in vtramuis partem probabilitet, vel prius natura eſſe in ſe, vt terminet ſic creationẽ Dei: vel non prius, ſed ſimul natura infundi & eſſe in corpore, quia hæc non eſt omnino ſimplex creatio, qualis eſſet Angeli, ſed increatio, ſeu concreatio: creatur enim non in ſe: ſed in corpore, & intra corpus.

Reſpõſio.

Sed tamen, quicquid ſit de prioritate naturę, tamen de proprietate temporis dicendum eſt, quòd non prius tempore producit illam quàm vniatur corpori, ſed in vno temporis inſtanti vtrunque fit. Scis enim, quòd in primo eſſe introducitur forma agens: ergo diſponit materiam vſque ad illud inſtans, quod eſt primum eſſe introducendæ formæ, & in illo inſtanti Deus creat, & agẽs naturale vnit cum materia.

Nota ſecũdo, duas eſſe actiones Dei: animæ, productione.

Debes autem ſecundo hic aduertere duas actiones Dei. Vna eſt ad producendam animam: & hanc ſolum ipſe facit, & creatio dicitur. Altera eſt etiam tunc ad vniendam eam corpori, & hãc cum agente naturali facit, & ob id anima vere dicitur non educta de potentia materiæ: & hunc modum productionis Ariſt. partum cognouit. ſic enim dixit, animam Intellectiuam extrinſecus venire, & nõ educi ex potẽtia materiæ, vt diximus ſuperius q. 15. Atq; hęc eſt reſolutio huius difficultatis. Supereſt ad argumenta reſpondere.

Ad primum. Ad primum dico, quod id, quod generatur, non eſt niſi compoſitum ipſum, ut alibi ſæpe diximus: & quantum ad generationem compoſiti, non eſt differentia inter hominem, & alia animalia; homo enim hominem, & equus equum producit: & hoc ſufficit ad vnitatẽ genericam. Diſcrimen tamen eſt, quod homo non comproducit animã, ſicut equus, & alia: ſed iſtud diſcrimen non impedit, quin ſit idem genus productionis, quia productio à termino primò & per ſe quod eſt ipſum cõpoſitũ, ſumi debet. Illud tamen facit diſcrimen hoc, q̃ ſicut homo cũcta excedit animalia, ita ipſius productionis modus. Tria autem hic interueniũt, aut quatuor. ũt poſſit dici vera hominis extrinſecè generatio. Primò, quia exhibet alteram partem compoſiti, puta materiam, & corpus unde generetur. Secundò, quòd concurrit, & ſi non ad eſſentiam animæ, ſed ad eius vnionem cum corpore, & ad eius informationẽ. Tertiò, hinc etiam concurrit ad productionem totius compoſiti. Quartò, quia facit omnes diſpoſitiones vſq; ad vltimam, quæ ſunt neceſſariæ ad ipſius animę introductionẽ: & ita concurrit quoq; diſpoſitiuè. Et hęc ſunt ſatis ad vniuocam generationem, licèt in eſſentia animæ ſit diſcrimen ob ipſius perfectionem.

Ad ſcũm. Ad ſecundum patet ex dictis ſolutio. Homo enim cauſa eſt hominis, non quod formam faciat: hoc enim per accidens eſt in generatione: ſed quòd compoſitum, ſicut dicitur etiam aliquid cauſa mortis hominis, non quòd deſtruat animam; ſed quòd compoſitum ipſum: in hoc enim vera ratio corruptionis conſiſtit.

Et quãuis non faciat materiam, tñ dat materiã, & dat corpus organicum, & prę parat, ac diſponit. Et quamuis non faciat corpus, concurrit tamen ad eius vnionem & ad eius informationem.

Ad tertium dico, quòd cauſa inducens diſpoſitionem vltimam, eſt cauſa ẽt formæ, quando forma eſt eiuſdem generis

Universidad de Deusto
Biblioteca

prorsus cum dispositionibus: vt sicut ipsæ non eleuantur à materia, ita nec forma. At nõ sic est anima rationalis: habet enim esse eleuatũ à materia, ob id indiget alio agente præter ipsum disponens. Deinde secundò. Respondeo, quòd causa inducẽs vltimam dispositionem, est causa introductionis formæ: & hoc semper est verum, etiam in anima rationali.

Ad quartum.

Ad quartum nota est solutio ex quarta conclusione. In eodem enim instanti temporis anima producitur à Deo, & vnitur mediante causa naturali.

Dubium.

Hic tamen posset esse dubium. Cum intellectiua anima sit eadẽ cum sensitiua, quare non dicetur educi ex potentia materiæ propter sensitiuam: sicut dicimus, quòd sensitiua, vt eminenter continetur in rationali, creatur, quia idem est cum intellectiua?

Respõsio.

Responsio manifesta est. Nam agens superius potest attingere gradus inferiores; at inferius nõ potest superiores. Vnde dicimus, agens naturale quamuis sensitiuam per se posset producere: non tamen eam, cum idem est cum intellectiua: quia ageret iam vltra naturam. At Deus, creãs intellectiuam, creare etiam potest inferiores gradus ipsi identificatos & in ea eminenter contentos, scilicet sensitiuam, & vegetatiuam: quæ omnia vna anima sunt cum intellectiua in ipso homine.

Secundo respondemus melius, & facilius, vnum solum gradum animæ constituendo: quòd anima rationalis medius quidem est gradus inter Angelos & sensitiuam animam, & quidem spiritualis: atq; ideo creari à Deo potest, produci ab agente naturali corporeo non potest. Et per hæc patet huius difficultatis dissolutio.

An animæ intellectiuæ sint inter se æquales. Quæst. XVIII.

Nõs quæstionis.

NOn hic de æqualitate in quantitate sermo est: nõ enim anima quanta est, cum sit indiuisibilis: sed de æqualitate in perfectione, an vna sit ita perfecta sicut altera. Est autem perfectio duplex. Vna accidentalis, quæ spectatur secundum ea, quæ accidunt rei: & huiusmodi perfectio non inest omnibus animabus æqualiter: nec de his est quæstio. Altera est perfectio substantialis, & intrinseca, secundum quam substantia vel vnum ens altero perfectius est, secundum se ipsum: & de hac est quæstio, an vna anima sit secundum se altera perfectior.

Et videtur ita esse. Primò ex Arist. 2. de gen. anim. c. 3. dicit, quòd prout anima est perfecta magis, vel minus, ita corpus præparat magis, vel minus, perfectam.

Primum arg. quod no anima rationalis sit altera ꝑfectior. 2. Arg.

Secundo. Per operationes iudicandum est de substantia rei: ergo penes diuersitatem qualitatum, & operationum, erit iudicandum de diuersitate, vel qualitate substantiæ. Sed hominum operationes sunt diuersæ multum: quibusdam enim perfectissimæ, quibusdam imperfectissimæ operationes insunt: ergo idem erit in animabus secundum se: quædam enim perfectæ, quædam imperfectæ erunt.

1. Arg.

Tertio. Si omnes animæ sunt æquales in sua substantia, sequeretur, quòd separatæ à corpore non possent distingui inter se, quia non habent per quid distinguantur, cum per omnia sint æquales.

4. Arg.

Quartò, est argumentum Theologum: quia videtur absurdum dicere, quòd anima Christi, & anima rustici sint æqualis perfectionis substantialis. Et in quodam articulo Parisiẽsi definitum videtur, quòd sit error dicere, quòd anima Christi non sit nobilior anima Iudæ: non igitur omnes animæ sunt æquales.

Prima opinio communis. Secũda opi. Caiet.

Aduertẽdum, opinionem communem esse, animas esse æquales in perfectione substantiali. de hac enim est disputatio. Caieta. tamen 1. p. q. 85. art. 7. dissentit ab hoc, putans esse inæquales, ita vt vna sit perfectior substantia, quàm altera. Exemplum esse potest ad huius opinionis intelligentiam. Sit album vt vnum: sit aliud, vt duo, aliud vt tria, & cætera, seu potius illæ ipsæ albedines gradu perfectiores: sic putat esse animarum rationalium substantias, & putat hoc esse S. Thom. Et alieni posset forte videri S. Thomam id dicere in illomet articulo, cum tamen non ita sit, sed ab alijs Thomistis aliter exponatur D. Thomas, nempe de sola perfectione quæ accidit, vèl ex prima naturali corporis dispositione, vel postea ex aliqua eius acci-

accidentali mutatione.

1. Concl. Oẽs aiæ rationales sunt ęquales perfectionis in sua substãtia.

Vt tamen, quid tenẽdum sit, statuamus in hac re, sit prima conclusio. Animæ omnes intellectiuæ sunt in substãtia sua ęquales perfectionis. Hæc conclusio est contra Caiet. cuius sententiam puto periculosam. & nullo modo tenendam. Probo autem id aliquibus rationibus.

1. Ratio. Ab autoritate Arist.

Prima est expressa autoritas Aristot. 3. Metaph. cap. 3. text. 11. dubitat, quare species, cum prædicetur in quid de multis puta, indiuiduis, non dicatur genus. Respondet, quòd in genere est prius, & posterius, id est, vnum est altero perfectius eorum, qui sub ipso continentur: at in specie non est prius & posterius: sunt enim omnia in diuidua æqualis perfectionis substãtialis. Vide manifestam sententiam Aristot. ꝓ conclusione.

Præterea, alibi ait, quòd in genere latẽt equiuocationes, hoc est, diuersæ perfectionis species: at si sub specie essent etiam diuersæ perfectionis indiuidua, etiam sub specie laterent ęquiuocationes.

2. Ratio.

Altera ratio est. Si in substantia animæ huius est aliquis gradus, qualis non est in substantia alterius: ergo istæ duæ animæ differunt specie. Probo consequentiam manifeste: quia ex recta Metaphy. doctrina, non est alia differentia specifica quam hæc, quæ gradum perfectionis substantialis addit. Ex hoc enim probatur, quòd homo differt specie ab equo: quanuis enim vtrunque sit animal, tamen in substantia hominis est aliquid, quod nõ est in equo. Eodem ergo modo erit in animabus, differuntque sicut duo Angeli diuersæ speciei: hoc autem est falsissimũ in philosophia, quòd specie differant, & in Fide error. Nam ita etiam homines essent diuersę speciei, quæ ex diuersæ speciei animabus constarent. Sunt igitur animę ęquales substantialis perfectionis. & hoc est argumentum valde efficax.

3. Ratio.

Tertia ratio est. Si anima esset perfectior pro corporis perfectione, sequeretur, quod eadem anima mutatur, & modo minus, postea magis esset perfecta essentialiter & substantialiter: quod est impossibile. Sed probo sequelam: quia corporis perfectio mutatur: est enim imperfectissimũ, cum anima inducitur: postea magis & magis perficitur, accidit que mutari complexiones, & dispositiones: oportebat ergo animam etiam mutari, quæ iuxta corpus perficitur.

4. Ratio.

Quarta ratio est. Si iuxta corpus magis perfectum anima est perfectior, sequeretur, quòd corpus daret esse animę, & ex ipsius potentia educeretur: non enim aliter posset animam perfectiorem causare: sed hoc falsum est, imò anima in se prius natura habet esse per creationem, quam sit in corpore. Aut etiam, si simul natura infunderetur, tamen à solo Deo efficienter producitur. non ergo sumit substantialem perfectionem à corpore.

Reiectio solutio.

Respondebunt, quòd ita est. tamen Deus est, qui pro corpore perfectiori animam creat perfectiorem. Sed contra hoc est manifesta ratio. nam, vel Deus creat animã perfectiorem propter corpus perfectius, vel facit corpus perfectius propter animam perfectiorem. Non primum: quia illud esset ordinare iam causam ad instrumentum: & perfectius ad imperfectius: quod non decet. Non enim scriba propter calamum, sed calamus propter scribã est. Nec est illud secundum: quia corpus præparat per causas secundas necessarias, concurritque cum ipsis ad modum ipsarum: at animas libere & immediate creat: non ergo ordinat, quod necessarium est, in id quod liberum est: esset enim liberum restringere, si vellet.

5. Ratio.

Quinta ratio est Theologica: quia multæ animæ hominum, qui ignorantes fuerunt in hoc sæculo, & imperfectæ temperiei, ac ob id ipsæ fuerunt minus perfectæ in substantia, excedent in gloria alias animas, quæ habuerunt corpora optime temperata & perfectiora, ideo erunt perfectiores in substantia. Hoc autem dicere, videtur inconueniens: nam hunc potius ordinem habere deberent, vt perfectiores natura essent in gratia & gloria, sicut & Angeli. debuit ergo idem esse in animalibus, si inæquales sunt. Cum igitur non sit: argumento hoc est, esse omnes ęquales in substantia.

6. Ratio.

Præterea sextò. Si hoc in animabus hominum conceditur substantiali differre perfectione, idem deberet concedi in omnibus formis omnium specierum, cùm eadem sit ratio. Vnde fieret, vt vna forma ignis esset substantialiter perfectior alte-

ra, quòd dispositione materiæ, & aquæ, & aeris &c. Et ita etiã in omnibus aliis mixtis animatis & inanimatis: imò etiam in accidentibus numerò sub eadem specie differentibus, sequeretur esse substantialiter, seu essentialiter & intrinsecè perfectiora: vt vna albedo æquè etiam intensa cum altera, v. g. duæ albedines, vt tria: duę nigredines, vt tria: duo colores, vt tria: si quidem ex sola individuali differentia, & numericè, sub eadẽ specie colligitur diuersa substantialis & intrinseca perfectio: aut si hic non, cum sit absurdum: ergo nec in specie animarum rationalium.

7. Ratio. Præterea septimò: quia si ex dispositione corporis licet colligere maiorem, uel minorem perfectionem substantialem in diuiduorum animæ, & ideo aliquis habeat animam ingeniosiorem, & melioris Intellectus altero, sequitur, quòd cùm aliqui à natura nascantur stulti & fatui, illi habeant animam stultam & fatuam: imò cùm nunquam per totam vitam utuntur, nec vti possent ratione, sequitur, quòd habeant animam impotentem ratione vti & planè irrationalem: quod est error. Et præterea, cùm nunquam utuntur ratione, ita etiam nec libertate, quæ ex electione, & deliberatione rationis pẽdet. Vnde sequeretur, animam etiam illam carere libero arbitrio, & uoluntate: quod asserere est etiam impium, & error.

Itẽ sequeretur octauò, q̃ sicut vna anima alteram in substantiæ perfectione superaret, ita etiam in potentiarum perfectione: & ita vnus homo haberet altero perfectiorem potẽtiã intellectus, & perfectius liberũ arbitrium: quod ẽt est error.

8. Ratio. Præterea nonò & vltimò manifesta ratione à posteriori conuincitur, non esse vnam animã substantialiter & intrinsecè perfectiorem altera: quia omnis differentia, quæ reperitur in diuersis hominibus quantumuis maxima cõtingat & reperiatur in eodemmet homine ex sola corporali dispositione. Cõtingit enim, ut idẽmet homo nunc valeat ingenio, & memoria, & Intellectus acumine, uel iudicio, paulò pòst ex morbo uel aliquo accidente amittat ingenium, & memoriam, & iudicium, & fiat hebes omnino & tardissimus. Item, vt nunc sit rationis compos, & prudens, postea fiat amens, rationis expers: nunc bonus, postea malus: nunc aptus, postea ineptus, & contrà. Quare manifestè colligitur ex diuersa hac dispontione corporis & organorum prouenire, nisi velles stultissimè dicere, etiã in eodemmet mutari animæ substantialem perfectionem: quod est impossibile: aut quotidie pro dispositione corporis infundi meliores uel peiores animas in eodem homine: quod est plusquàm ridiculum, & error stultissimus. est ergo temeraria, & periculosa talis assertio animarum rationalium, quòd perfectione differant substantialiter & intrinsecè animæ rationales.

2. Cõcls. Aiæ non differunt numero per diuersas cõmensurationes ad diuersa corpora.

Sit secunda conclusio. Animæ nõ differunt numero per diuersas cõmensurationes ad diuersa corpora. Hæc quamuis uideatur esse dissona sententiæ S. Tho. 1. Contra gen. cap. 81. tamen puto ueram. Cum D. autem Thoma multi sentiunt, dicentes, quòd sicut anima in specie intrinsecè & essentialiter dicit ordinem, & commensurationem ad corpus huius speciei: sic hæc numero anima ad hoc numero corpus, ita ut illa configuratio & proportio ad hoc corpus sit de essentia huius animæ, ipsamq; individuans, manensq; in ea sicut figura recepta a sigillo manet in cera: & per has diuersas commensurationes, dicunt animas etiam separatas distingui: Sed nos conclusione asserimus oppositum, talem cõmensurationẽ non constituere hanc animã, sed consequi potius animam iam singularem, & individuam.

Explicat cõclu.o.

1. Ratio. Hoc probatur primò. Anima non educitur ex potentia materiæ, ut dictum est, nec habet esse à materia pendẽs omnino, sed est etiam subsistens, creataq; à Deo. Ex hoc facio argumentum. Id quod prius natura est in se, quàm in aliquo, non potest individuari ad illius individuationẽ: sed anima prius natura est in se per creationem, quàm in materia: ergo prius natura est individua, quàm sit in materia. non ergo per illam cõmensurationem ad hanc materiam individuatur: tunc enim oporteret, q̃ ex tali materia educeretur.

Confirmatur. Nam etiam si esset simul natura, & informaret, tamen non accipit esse & substãtiam suam à corpore, vel ab informatione, quæ informat, & est effectus eius formalis.

Probatur secundò. Si individuatur per commen-

cõmensurationem ad hanc materiam, maximè ad illam materiam, in qua primò introducitur in embrione: sed accidit aut totam prorsus illius materiam abijci, aut ferè totam, & deperdi succesiu temporis, ut ipse S. Tho. fatetur: ergo impossibile est intrinsecè per aptitudinem ad illam individuari: tunc enim non esset eadem numero anima.

4. Ratio. Probatur tertiò, & est argumentum ex ipsa D. Thomæ & eorum doctrina. Ipsi enim fatentur, quòd anima immediatè unitur materiæ, ita, vt prius ipsa informet materiam, posteriusq; natura consequantur accidentia. Ex hoc fit argumentum. Corpus nunquàm est corpus, nec hoc corpus, nisi per accidentia: sed anima prius natura unitur materiæ, quàm accidentia: ergo prius est in materia, quàm materia sit hoc corpus: non ergo individuatur per hoc corpus: est enim individua dum primum in materia est, cum iã sit producta.

Probatur quartò. Illa commensuratio est idem cum animæ substantia, imò est huius animæ substantia, ut ipsi dicunt: tunc est argumentum. Contra sunt inæqualis perfectionis: ergo & illæ commensurationes: sed hæ sunt substantię animæ: ergo iam animarum substantiæ sunt inæquales: quod est contra ipsos. Hæc argumenta sufficiant ad huius cõclusionis probationem. Scotus enim aliis utitur argumentis non spernendis, quæ prætermitto.

3. Concl. Animę rationales se ipsis differunt numero intrinsecè. Nota.

Tertia conclusio. Animæ rationales se ipsis prorsus differunt numero intrinsecè, non per respectum ad aliud.

Probatur cõclusio.

Hic nota, esse necessarium recurrere in individuitate ad aliquid, quod se ipso individuetur: & hoc etiã in opinione illorũ manifesto. Sumo duos ignes æquales, & peto ab eis, Quomodo horum formæ differunt? Respondebunt, per has materias. Iterum dicam, Quare sunt hæ materiæ individuæ? Respondebunt, Per has quantitates, quibus sunt diuisæ. Iterum dicam, Quare quantitates sunt hæ? Dicet, Se ipsis. Vide ergo sistendum in aliquo se ipso individuo. Cùm hoc ita sit, profectò magis videtur conforme, ut tale primum in diuiduum sit forma & anima præcipuè rationalis: ipsa enim est, quæ dat esse materiæ, & composito, & quantitas potius à substãtia individuatur, quàm individuet, cùm capiat esse ab ea, non autem det. Et hoc est argumentum, animam ipsam se ipsa individuari, ab aliaq; se ipsa numero distingui, non autem per aliud, puta, per corpus: imò corpus per ipsam habet individuationem sicut habet esse.

A posteriori autẽ & extrinsecè colligimus diuersitatem rectè ex corporis diuersitate: & eatenus vera erit aliorum opinio, sed non intrinsecè.

4. Cõcls. Aiæ rõnales nõ habent operationes æqualiter perfectas ob diuersitatẽ organorum.

Quarta conclusio. Animæ rationales non habent operationes æqualiter perfectas propter diuersitatem corporis organorum: est enim organum animæ ipsius instrumentum.

1. Ratio. Et hoc manifestè ꝓbatur. Penes enim ea, quæ accidentaliter eueniunt, iudicamus naturalia, ut Arist. fecit in Prædicã. Qualit. Penes modum, quo ex accidenti simus rubei, colligit modum, quo naturaliter homo rubens fit. Eodem modo in præsenti, idemmet homo, ut antea diximus, sanus, & phreneticus: pacificus, & iratus, iuuenis & senex operationes varias exercet: modò enim promptus ad intelligendum, modò ineptissimus est. Hoc tamen non mutationi, nec diuersitati alicui animæ, tribuitur, sed organorum dispositioni: ergo quod in diuersis hominibus secundùm naturalem dispositionem fit, non inæquali substantiæ animæ perfectioni, sed corporum varietati tribui debet. Et hoc argumentum conclusionem probat, & simul oppositæ sententiæ argumentum soluit. Supereſt igitur ad argumenta respondere.

Ad primum dico, Arist. loqui de diuersis animarum speciebus, & generibus, scilicet, sensitiua, vegetatiua, & intellectiua: non de his, quæ sub vna specie sunt. Ad pri. mum

Ad secũm Ad secundum dico, quòd qualitas operationis non solùm indicat substantiæ diuersitatem, sed aliquando existente eadem substantia, & agente, iudicat diuersitatem instrumenti: & sic fit in præsenti. Idem enim aliquando malè, aliquando bene scribit, cum calamus non uno modo aptus est.

Ad tertiũ Ad tertium diximus, animas se ipsis differre: & quamuis non se ipsis differrẽt, nihil argumentũ cõcluderet: quia possent differre penes diuersa corpora, si q̃b̃ sunt, vel fuerunt: vel melior est prior solutio.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad quantum.

Ad quantum, nihil inconueniens est dicere, quantum ad substantiam, animam Christi esse æqualem aliis, cùm certum sit quantum ad substantiam esse inferiorem angelis: tamẽ gratia omnem excedit creaturam etiam & gloria.

Et ad articulũm illum Parisiensem responderi solet, nõ transire Articulos illos ultra Sequanam, quod est ipsorũ Parisiorum flumen. Cæterum responderi potest non fuisse in illo articulo de anima Christi & Iudæ id definitum, sed in genere, ut ex ipso articulo constat: si quis assereret hoc, quod incõueniens est, ponere aliquos Intellectus nobiliores aliis, sit error: quod verum est de angelis & hominibus, & inter ipsos angelos diuersæ speciei.

Illa verò de Iuda fuit ratio solùm, non definitio articuli, ut ibidem cõstat. Rationes autem, & quæ obiter dicuntur, in illis præsertim articulis eius vniuersitatis, nõ sunt Fidei Catholicæ.

Tertiò respondemus, nobiliorẽ fuisse, non substantialiter, sed in donis naturalibus, accidentalibus, ut pote ingenio, memoria, iudicio, & optima corporis temperie, ex qua hæc pendebant ex parte: & præterea multo plus supernaturalibus donis, quæ etiam perficiunt naturam: & si ita in telligatur, uerus erit articulus, & ea ratio. non aliter.

Caput sextum.

Indiuisibilium igitur intellectio. Tex. XXI.

Quòd duplex sit intellectus actu seu duplex intellectus, simplex & compositus.

INceperat tractare de Intellectu actu, textu præcedenti: nunc prosequitur idem, ac modò duplicem Intellectum in actu distinguit, & simplicem, & compositum. iuxta operationem simplicem & compositam. In textu igitur isto distinguit duas has Intellectus operationes. Alteram simplicem, qua res ipsas apprehendimus tãtum, quæ dicitur intellectio indiuisibilium. Alteram, qua ipsas res conceptas componimus: quod fit, dum mente propositionem facimus.

Differẽ utriusq; 1.

Inter has duplex ponitur discrimen. Alterum est, quòd in prima operatione non inest ulla falsitas: at in secunda verum est, uel falsum: non enim Intellectus falli dicitur, quousq; componat, & copulet vnam rem cõceptam alteri. Altera est, quòd prima operatio præcedit secũdam: non enim componimus, nisi quæ prius simpliciter apprehendimus. Habetque se Intellectus in hoc, sicut natura in generatione animalium, vt dicebat Empedo. qui putauit, quòd natura prius fecit membra per se, ut caput, manus, & reliqua, postea per cõcordiam fuerunt coniuncta. Sic Intellectus prius diametrũ per se cognouit, & incommẽsurabile per se, postea copulauit diametrũ esse incommensurabilem.

Si autem factorum, aut futurorum. Tex. XXII.

Progreditur in eodem discrimine ostendendo in cõpõe & diuisione inesse falsitatẽ posse duplici de causa.

OStenderat falsitatem in cõpositione esse, eaq; erat ratione rerũ cõceptarũ. Cũ enim componimus, quæ nõ cõponenda sunt, vel diuidimus, q̃ nõ diuidenda, falsum dicimus. Vt si hominẽ non esse animal, uel cycnũ esse nigrũ dicamus. Nunc ostendit etiam alia causa posse falsitatem inesse in compositione, puta, cum cõceptus quidem bene coaptati sunt, tamen tempus uerbi non ita: aut si dicas de eo, quod modò incipit esse albũ quod fuit album: uel de eo, quod fuit, dicas, quòd erit. Et hic est sensus horum priorum uerborum. Si, inquit, tempus futurum, vel præteritũ cointelligens, fuerit intellectus tunc, supple etiã, inest falsum.

Statim autem, quod dictũ erat, clarius distinguit, repetitq; in compositione esse falsum, & nõ alibi: & per cõpositionem, affirmationem intelige, per diuisionem verò negationem. Idcirco dicit, quòd omnia per diuisionem cõtingit dicere, id est quæ affirmata sunt, negari possunt. Dicit etiam vlterius, falsum non solùm inesse ratione compositionis, uel diuisionis; sed etiam ratione temporis, ut dictum est: causa autem compositionem hanc faciens, est Intellectus.

Indi-

Indiuisibile autẽ quoniam dupliciter. Tex. XXIII.

De simplici operõne intellectus qua indiuisibilia cognoscit.

Tria esse indiuisibilia.

PArticulariter nũc de priore operatione Intellectus tractat, qua simplicia, quæ indiuisibilia vocat, intelliguntur: distinguitque ista indiuisibilia esse tria. Primum est aliquod totum, quod partes habet, sed per modũ vnius intelligitur, quod vocat continuum, & longitudinem. & dicitur indiuisibile actu, quia actu nõ est diuisum, potest tamen diuidi. Et per hoc indiuisibile debes intelligere quodcunque complexũ, quod per modum vnius apprehenditur, vt animal rationale, homo albus, vir iustus, & alia. Tractat ergo quomodo Intellectus ista apprehendat.

Deprimo indiuisibili. de toto, & qũo intelligatur.

Tripliciter potest intelligi totum.

Et quidem hoc totum tripliciter potest intelligi. Primò, vt totum quoddam tantum non diuidendo in partes, secundo diuisim intelligendo partes: tertio omnes simul partes intelligendo.

1.

Si primo modo confideretur, tunc habet rationem indiuisibilis actu, & sic in tempore indiuisibili intelligitur, id est, nõ intelligitur aliquid illius in parte temporis vna, aliud in altera: sed in quacunque parte totum. & rationem huius dat: quia tempus correspondet diuisibili magnitudinis. Cum igitur magnitudo seu totum aliud non diuidatur Intellectu, nec tempus diuidetur, sed in toto aliquo tempore, & in quacunque parte illud totum simul intelligitur.

Probat iterum: quia si tempus diuideretur in vna parte, aliquid illius totius intelligeretur, in altera aliud: & hoc non ita est. Vt enim diximus, totum, vt quoddam vnum indiuisum consideratur. ergo in tẽpore indiuisibili.

Nota.

Et notandum hic, vocare tempus indiuisibile non solum instans, sed etiam tempus, quod non diuiditur secundum diuisionem rei intellectæ.

2.

Statim declarat quomodo intelligit tale totum: cum scilicet partes intelligit. Dicitque, quòd, cum Intellectus seorsum partes intelligit, tunc diuiditur tempus, vt in quacunque parte temporis pars distincta intelligatur: omnes autem simul, quod erat totum tertio modo, omnibus etiam partibus simul illius temporis intelligantur. Sic ergo percipitur primum simplex, & indiuisibile.

Quod aũt non secundum quantitatem. Tex. XXIIII.

De secundo indiuisibili secũdũ formam, & qũo intelligatur.

MOdo tractat secundum indiuisibile, quod est secundum formam, id est, est aliqua res simplex, vt homo, ignis, animal, & alia: & talia dicit Intellectum intelligere intellectione indiuisibili, & tẽpore indiuisibili: non enim partes habẽt, sicut priora, secundum quas intellectio, & tempus diuidi possint.

Reiicitur obiectio.

At quia posses dicere, ista partes habere: ignis enim, & homo, & alia, diuisibilia sunt: similiter & ipsum tempus diuisibile est. Respondet ad hoc, tam ista, quam ipsum tempus esse diuisibilia, sed secundum accidens, & non in quantum talia sub intellectione sunt, sed in quãtũ indiuisibilia.

Nota.

Est autem notandum verbum, (Quod intelligit.) debes enim per hæc intelligere tem, quam Intellectus intelligit: hæc. n. dicitur diuisibilis per accidens, & non vt talis est, cognoscit modo, sed vt indiuisibilis.

Dubiũ 1. & eius responsio.

Dices, Quare vocat tempus diuisibile per accidens? Respondeo, quia ad intelligenda illa singula vnum sufficit instans, quòd si durat intellectio per tempus, id est per accidens.

Dubiũ 2. & eius responsio.

Posses etiam dubitare, an sit in tempore aliquod indiuisibile. Respondet esse quidem, sed non separatum, sicut in ipso continuo, & linea, vt dictum est alibi. Est ergo notanda expositio: locus enim hic obscurissimus habetur.

Punctum aũt, & omnis diuisio. Tex. XXV.

De tertio indiuisibili non solum actu sed potentia, & quo intelligatur.

TRactat nunc de tertio indiuisibili, scilicet, quod est indiuisibile nõ solum actu, sed potentia, quale est punctum, quod dicitur diuisio, quia per id continuantur, & diuiduntur partes: similiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter de nunc in tempore dicendum est. Hoc ergo indiuisibile non per se apprehenditur, sed per contrarium. Per negationem enim continui percipitur indiuisibile, sicut priuatio per positiuum, vt malum per bonum, nigrum per album: id est, tenebræ, quæ priuatio est, per lucem. & sic intellige exemplum: nigrum enim positiuum est.

Statim declarat hunc cognoscendi modum esse Intellectus, qui est in potentia. & cui res intellecta inest potentia. At si quis Intellectus est, cui non est contrariū: id est, cui nihil inest potentia, talis per se ipsum omnia intelligit, & actus est, a cęseparatus: & iste Intellectus est diuinus, vt omnes exponunt.

Caput septimum.

Idem autem est, quæ secundū actum. Tex. XXVII.

Compara tio intellectus actu & intellectus potentia. 1. 2.

QVm de Intellectu actu tractauerit, nunc ipsum ad Intellectum potentia comparat: ponitque differentias duas. Altera est, quòd Intellectus actu, est idem cum re. Altera quòd Intellectus actu posterior est Intellectu potentia in vno, & eodem: tamen vniuersaliter non est: quia ante quemcunque Intellectum potentia datur alius in actu, vt notum est. Ante quemcunq; Intellectum potentia discipuli, præcessit alius in actu magistri docentis. Hoc autem partim declaratum est superius, & magis inferius examinabitur, atque hæc de Intellectu in actu.

An compositio Intellectus sit vnicus ipsius actus. Quæst. XIX.

Sēsus quę stionis.

SEnsus huius difficultatis iste est, an cū Intellectus percipit aliquam propositionem puta, Homo est animal, id faciat vnico actu, & operatione simplici, an multis singulis correspondentibus singulis vocibus, & rebus compositis.

Nota duplicē esse operationem mentalem.

Est autem notandum, aliquos distinguere duplicem propositionē mentalem. Vna dicitur iudiciaria, quæ non est aliud, quàm iudicium, quo assentimus compositioni vel propositioni alicui, vt cum iudicamus mente hominem esse animal: & hanc dicunt esse vnum actum simplicem, nec de ea est dubium. Altera dicitur apprehensiua, vt cum Intellectus apprehendit ante iudicandū propositionem: & de hac dubium est, putantq; non esse vnum actū Intellectus, sed multos simul, sicut sunt multæ voces. Hæc autem difficultas est eadem cum illa, an propositio mentalis apprehensiua sit vnica simplex qualitas, scilicet vnicus Intellectus actu, an potius multi simul.

De cōposita operatione intellectus. quo in ea sit veritas & falsitas.

Nota.

Est autem dictio quidē aliquid. Tex. XXVI.

POstquam de simplici operatione dixit, regreditur ad compositam, quam Dictionem vocat, quę est affirmatio, vel etiam negatio alicuius de aliquo: & hanc dicit omnem esse veram, vel falsam: non tamē Intellectus omnem simplicem operationem. Intellectus enim, qui est circa quid est, id est, circa rē ipsam, vt post declarabitur, non errat, sed semper est verus: sicut visus circa propriū obiectum semper est verus. In applicatione vero obiecti, vt quòd hoc, vel illud sit coloratum, errat, vt diximus superius. Sic intellectus circa, quid est, non errat, nisi tantum in compositione.

Et nota, Intellectum hic sumi, vt comprehendit tam eum, qui est in prima operatione quam in secūda. ob id dixit, quòd nō omni Intellectui semper ineſt, verum.

Statim addit hęc verba, (Sic se habent, quę sunt sine materia:) quorum sensus est, vt notat S. Thom. quòd sic se habent Intelligentiæ separatæ in sua cognitione, sicut nos in prima: numquam enim errāt. Alij aliter exponunt.

1 Argu. Quo non sit vnus actus.

Videtur autem, quòd non sit vnus. Primo autoritate, text. 21. dicitur secunda operatio Intellectus compositio multorum conceptuum: at conceptus actum ipsius Intellectus significat: sunt ergo multi actus.

2. Arg.

Probatur secundò. Cōceptus seu actus Intellectus respōdet vocibus, vt dicitur 1. Periher. sed vocalis propositio nō est vna vox, sed multæ: nec ergo mētalis erit vnus actus, sed multi.

3. Arg.

Probatur tertio. Propositio in mente successiue producitur: non enim in vno instanti tota profertur, nec percipitur: ergo sunt plures actus. Vnus enim in vno instanti producitur.

Probatur quartò. Videtur hic diminutus Arist. non enim meminit alterius operationis Intellectus præter cōpositionem scilicet rationalis.

1. Funda. Multis nominib' vocari actum intellectus, quo rē apprehēdimus.

Circa huius dubij dissolutionem, notādum primo actum Intellectus, quo rem apprehendimus, multa sortiri nomina: dicitur enim simplex, & prima operatio; dicitur notitia, quasi ea noscamus: dicitur etiam intentio formalis, quasi sit forma qua mediante intellectus formaliter est intendens, & cognoscens: sicut per operationem res formaliter dicitur operans: dicitur & conceptus formalis, quasi forma, qua res concipimus: est enim actio in ipso existens Intellectu.

2. Funda. Cur dicatur conceptus formalis, & obiectiu'.

Notandum & secundo, quòd addimus illud verbum, Formaliter nam res ipsa per talem actum cognita, dicitur etiam conceptus obiectiuus, quasi obiectum conceptum, & cognitum: dicitur etiam intentio obiectiua ob eandem causam: & hac vocabulorum diuersitate Logici frequenter vtuntur.

3. Funda. Quo dica tur act' intellectus, simplex.

Notandum & tertio. Actum primum Intellectus non dici simplicem, eo, quòd res apprehensa sit tantùm vna: contingit enim esse multas, vt dicemus: sed quia per modum vnius apprehēduntur: vnde cum hominem album per modum vnius apprehendo, dicitur talis apprehensio simplex operatio: hoc tamen melius in conclusionibus explicabitur.

3. Concl. Propō apprehensiua est vnus actus simplex intellectus.

Sit igitur prima conclusio probabilis. Propositio apprehensiua est vnicus actus simplex Intellectus, id est, cum Intellectus hanc propositionem apprehendit, vnico actu totam apprehendit.

Explicatur cōclusio.

Aduerte verò, quòd non nego, prius singulos actus habuisse singulorum terminorum & rerum significatarum: prius enim Intellectus hominē, & Animal, & Ens, singulis conceptibus percipit: tamen nullo illorū nec omnibus simul rem totam seu propositionem, vt propositionem apprehendit, nisi vnico alio actu superueniente.

Primo ab autoritate Arist.

Hoc manifestè probatur. Primo autoritate, text. 23. docet Arist. quòd cum totum aliquod habēs partes, vt totū, & vt vnum quoddam considerat: tunc vno eodemque tempore totum percipitur: talis est propositio.

2. Ratio.

Probatur secundo. Propositio non est tantum illa tria, sed simul dicit vnionem quandam ipsorum: sed nullus conceptus illorum, quæ sunt circa partes, nec omnes simul apprehendunt illum vnionis modum: ergo vnus est alius conceptus, quo propositio, vt vnum quid apprehenditur.

1. Ratio.

Probatur tertio. Quia cum prius natura sit propositio mentalis, quàm vocalis, erit magis vna: principium enim minus est multiplex, quàm quæ a principio procedunt: erit ergo vnus actus Intellectus apprehendens totum id, quod tribus vocibus explicat, vel pluribus.

Probatur quartò. Quia experimur aliquos terminos omnes alicuius propositionis apprehendisse, adhuc tamen nondum propositionem percepisse: quia defuit actus, quo omnia, vt vnum, apprehenderentur: vnus est ergo actus, quo tota propositio, vt talis est, apprehenditur ab Intellectu.

2. Concl. Propositō talis non solum est apprehēsio, sed etiam iudicium.

Secunda conclusio. Propositio mentalis non solum est apprehensio, sed etiam iudicium. Hæc est iuxta communem modum loquendi multorum: putant enim esse propositionem apprehensiuā in mente, vt assensum quoque seu iudicium, quo ipsa apprehensio iudicatur. Et id merito, quia componere, vel diuidere non solum ad apprehēsionem, sed etiam ad iudicium pertinet.

Nota. Explicatur & probatur conclusio.

Vbi notandum, quòd propositio potest ad Intellectum dupliciter comparari. Vno modo tanquam obiectum purum, quod ab Intellectu percipitur, sicut alia simplicia: & sic dicitur esse in apprehensione. & ita talis apprehensio dicenda est propositio

tio mentis: nam in compositione & propositione semper verum, vel falsum inesse docet Arist. & talis apprehensio in se ipsa, antequam ab aliquo iudicetur, vt V.g. quòd astra sint paria, vera vel falsa est.

Altero modo cõparatur ad intellectum velut effectus, quasi ipse Intellectus sit, qui componat vel diuidat iudicando sic esse, vt illa prima dicitur propositio apprehensiue, vel non sic esse, vt cum assentit vel dissentit: nam sic videtur ex se propositionem quandam facere, & talis actus est etiam vera mentis propositio, in qua exibit quoq; verum, vel falsum. Nam si assentit veræ apprehensioni, verus est assensus: & si dissentit ei, erit falsus: & contra, si apprehensio est falsa in se propositio, & tamen ei dissentit, erit verus assensus: si tunc assentit erit falsus. Vnde apprehensione propositionis existente vera, contingit iudicium esse falsum, vel verum: & similiter existente falsa apprehensione, contingit verum, & falsum esse iudicium. Quamobrem vtraque est propositio, si quidem vtraque est vera, vel falsa, & vtraque, licet diuerso modo componit, & diuidit. & vtraque dicitur compositio, quamuis simplex actus sit, ab effectu & significatione: nam illa apprehendendo, ista iudicãdo faciunt compositionem, vel diuisionem.

3. Corel. Ratiocinatio ad compositionem reduci potest: non enim est aliud quam vna hypothetica propositio, & totum iudicium, quòd hoc inferatur ex alio: totum autem iudicare, etiam componere potest.

Nec audiendus est Philopo. in hac parte, qui putat esse duas distinctas animæ potentias, quibus apprehendimus, & componimus. Non enim ita est, sed ad vnam eandemque pertinent. Non enim componeret potentia, nisi composita apprehenderet, & cognosceret: aliter incognita copularet. quod esse non potest. Superest ad argumenta respondere.

Ad 1. Ad primum dico, conceptum in textu significare rem ipsam conceptam, & cognitam. & sic vnico actu Intellectus multa cognoscuntur per modum vnius.

Ad 2. Ad secundum, potius est contra ipsos. Nam sicut vocalis propositio non est tres voces tantum, sed totum compositum ex ipsis: ita in mente præter tres conceptus erit vnus alius, quo propositio, vt vnum quid percipitur.

Ad 3. Ad tertium dico, illam successionem prouenire, quia antequam Intellectus apprehendat prolatam propositionem totam, præcedũt conceptus singularum partium, vt dictum est.

Ad quartum, iam dixi reduci ad compositionem.

An quid est, sit obiectum primum Intellectus. Quæst. XX.

Occasio quæstionis.

Difficultas ista est, supra text. 26. vbi Aristot. docet Intellectum non decipi circa quid est, tanquam circa propriũ obiectum sicut nec visus circa colorem.

Nota primo intentionẽ, & secundo quæstionis.

Aduerte autem, q̃ non hic petimus de primitia generationis, scilicet quòd ens sit prius cognitum ab Intellectu, an vniuersale magis, an minus vniuersale, vel singulare: hoc enim 1. Physic. disputatum est: sed petimus de primo obiecto adæquationis, quòd comprehendit adæquate intelligibilia, & sub cuius ratione ab Intellectu percipiuntur, quòd se habeant ad Intellectum sicut color ad visum.

Nota secundo Interpretationẽ textus Arist. & difficultatẽ excit.

Aduerte etiam, multos per quid est, in illo text. intelligere definitionem, & naturam rei, quasi hoc sit obiectum Intellectus: & iuxta eã interpretationẽ difficilis est quæstio, quomodo id veritatẽ habeat.

Est igitur primum argumẽtum ex 2. de anima text. 66. Visibile est obiectum visus. ergo intelligibile erit obiectum Intellectus: nam inter sensum, & Intellectum est proportio.

1. Arg.

2. Arg. Probatur secundo. Obiectum Intellectus debet comprehendere omnia, quę ab Intellectu percipiuntur: sed Quid est, non comprehendit omnia, sed potius ens: non enim Intellectus tantum rei naturam: sed etiam passiones & accidentia percipit: ergo ens potius, quã Quid est, erit obiectũ.

3. Arg. Probatur tertio. Id est obiectum Intellectus, in quo distinguitur à voluntate, quæ sibi est proxima, scilicet in eodem subiecto proxime: sed in hoc est distinctio, q̃ cum vtraque sint circa ens, Intellectus est circa verum, voluntas circa bonum: ergo verum erit obiectum Intellectus.

Probatur

4. Arg. Probatur quarto. Id videtur obiectum Intellectus, quod opponitur obiecto sensus: sed sensus obiectum est singulare: ergo intellectus obiectum erit vniuersale.

1. Funda. De apprehensione & iudicio intellect⁹ & vtriusque obiecti.

In hac quæstione si qua est discordia, potius est in verbis, quàm in re: est enim perplexa multum propter varios loquendi modos: qui tamen re non discrepant: ideo explicanda est in præsenti, & sic dirimenda.

In cuius declarationẽ aduerte primò, intellectum duplicem operationem exercere circa suum obiectum. Altera est simplex apprehensio, & simplex cognitio ipsius, in qua nihil veri, vel falsi inest. Altera est composita apprehẽsio, & iudicium, & assensus, vel dissensus, qui etiam compositio, & diuisio dicitur: in quibus iam verum, vel falsum inest.

Hæc autem, quæ à nobis apprehenduntur, sunt in triplici differentia. Quædam sunt simplices naturæ, vel res: vt homo, animal, album. Quædam sunt composita, vt animal rationale, homo iustus; quędam sic composita, vt habeant verbum, sintque propositio, vt homo est animal, Deus est iustus: & circa ista tria versãt apprehẽsio.

Iudicium tamen, quod apprehẽsionem præsupponit, versatur tantum circa hanc tertiam apprehensionem, non circa alias: nam iudicium est compositorum, & propositionum.

Vnde colligitur, adæquatum obiectum iudicij esse minus quàm obiectum apprehensionis, quantum ad modum obiecti: quamuis enim de ente iudicemus, non tamen, nisi de composito: at omnia apprehendimus.

Aduerte secundo. Alicuius potentię triplex potest esse obiectum. Vnũ motiuum, & terminatiuũ: Alterum terminatiuum, sed non motiuum: potest etiam esse aliud motiuum, sed non terminatiuum. Id dicitur motiuum & terminatiuum, quod mouet potentiam cognoscitiuam imprimendo sui speciem, & cognoscitur etiam ab illa potentia. Vt lapis visus à me, mouet, visum meum, & visio in ipsum terminatur. Terminatiuum, sed non motiuum est, quod a potentia percipitur, sed non mouet ipsam per speciem. Verbi gratia, Aestimatiua bruti recipit speciem alicuius animalis, & per illam percipit sibi inimicum: tunc inimicitia est terminatiuum obiectum: sed non motiuum, quia non impressit ipsam speciem: sed cognita est à potentia. Motiuum & non terminatiuum est, quod mouet, sed non cognoscitur à potentia: & huius exemplum ponetur post in conclusione. Hæc omnia intellectui adaptanda sunt.

3. Panda. Triplex potentiæ obiectum motiuum & terminatiuum, & motiuũ ac terminatiuũ simul. 1. 2.

3. Funda. Aliud esse obiectũ, aliud circumstantiam seu conditionem obiecti.

Aduerte tertiò, aliud esse obiectũ, aliud conditionem seu circumstantiam obiecti. Obiectum est, quod mouet potentiam ad agendum: conditio vero est id, sine quo non esset actio. Exemplum est in naturalibus. obiectum calefactionis est aqua, vel quod calefit: conditio est, quod sit approximatum. Vlterius, obiectum visus est color: conditio est, quòd sit in singulari, vt inferius declarabitur. similiter, quòd sit visibilis, vnde visus non percipit singularitatem nec visibilitatem, sed colorem: quia potentia non circa conditionem, sed circa obiectum operatur.

1. Corel. Obiectũ motiuum intellectus in corpore existẽtis, est ens sensibile. 1. Ratio.

His suppositis, sit prima cõclusio. Obiectum motiuum intellectus, dum est in corpore, est ens, non quodcunque, sed sensibile, siue singulare, siue vniuersale. Probatur. Illud est motiuum obiectum, quod speciem imprimit: sed nullũ ens, nisi sensibile sui imprimit speciem in intellectu nisi sensibile: ergo solum illud est motiuum. Minor probatur: quia non mouetur intellectus nisi à phantasmate: at phantasma tantum est rei sensibilis.

Nota.

Nota hic, quòd res sensibilis potest dici obiectum motiuũ, & terminatiuum, quia ipsius est species, & ab Intellectu percipitur: at ipsum phantasma, quod est in sensu, posset dici motiuum tantum, quia immediate primit speciem non ad cognoscendum ipsummet phantasma, sed rem ipsam, cuius est phantasma.

2. Concl. Obiectũ intellectus comprehendens primum ens vniuersaliter sumptum est ipsa quidditas materialis & immaterialis.

Secunda conclusio. Obiectum intellectus comprehendens motiuum & terminatiuum, est ens vniuersaliter sumptum complectens materialia, & immaterialia. Nolo dicere, quòd intellectus dum est in corpore, intelligat distinctè intelligẽtias. hoc non ita est, sed quòd intelligit illas saltem confuse, & conceptu connotatiuo. Sat tamen est, quòd cognoscat intellectus omne ens, quocunque modo id eueniat: non enim de modo hic disputamus, sed de re cognita: at experientia constat, q̃ &

Deum, & Intelligentias, & alia omnia intelligimus ob id obiectum uniuersale Intellectus dicimus esse ens absolute.

Nota

Verum quidem est, differentiam esse. Nam sensibilia percipiuntur à uobis specie propria, ideoq; ipsa sunt obiecta motiua & terminatiua: at immaterialia, & insensibilia non propria specie, sed aliena cognoscuntur: ob id terminatiua tantùm obiecta dici debent.

3. Circa. Conditio obiecti Intellectus multiplex est. Prima.

Tertia conclusio. Conditio obiecti Intellectus multiplex est.

Pro declaratione repete, quod diximus in tertio notabili, aliud esse cõditionem, aliud obiectum, & inuenies triplicem cõditionem i obiecto Intellectus. Prima est vniuersalitas. Vt enim ens ab Intellectu percipiatur, debet esse abstractũ à singularibus: ac ob id uniuersalitas dicitur esse conditio: sicut in sensu conditio obiecti est, quòd sit in singulari. Hoc autem est apud eos, qui tenent Intellectum non percipere nisi uniuersalia: nos verò, qui dicimus etiam percipere singularia dicemus quòd non tantùm conditio est vniuersalitas, sed etiam singularitas. Vnde, cùm dicitur Intellectus cognoscere uniuersale, non intelligas, quòd semper cognoscat vniuersalitatem, sed quòd cognoscit ens cum hac conditione, quòd sit in uniuersali, vel singulari.

Nota.

Alia conditio est intelligibilitas. Non enim cognoscitur, nisi quod est intelligibile: sicut nõ uidetur nisi uisibile, scilicet ens percipitur cum hac conditione, quod sit intelligibile: sicut etiã dicimus, Ignis comburit sibi proxima.

Tertia est ueritas tam simplex, quàm cõplexa, quę est in ꝓpositione. Eo enim, quòd Intellectus intelligit ens simplici cognitione, efficitur et similis per speciẽ quæ simil tudo dicit ueritas: & eo ipso, quòd iudicat, resultat veritas, vel falsitas. Vnde omnia ista, vniuersale, intelligibile, verũ, nõ sunt obiecta Intellectus adęquata tamen enim est aliud, nisi ens: sed dicunt ista, seu explicant obiectum cum conditione, & circumstantia, quæ cõcurrit, quã do Intellectus percipit suum obiectum.

Comparatur circa diuinam essentiã obiectum ipsum.

Aduerte etiam, quòd inter has circumstantias seu conditiones, quædam sunt antecedentes actũ Intellectus circa obiectum, vt intelligibile: antè enim quàm ens intelligatur, est ista conditio, quod sit intelligibile. Apud eos verò, qui putant vniuersale tantùm cognosci ab Intellectu & fieri per intellectum agentem, vniuersalitas est conditio antecedẽs: quia prius abstrahitur per agentem, quàm intelligatur à possibili. Tamen secundum nos, qui putamus Intellectum cognoscere singularia, non ita est, sed singularitas est conditio antecedens: quia verò uniuersale fit à possibili, dicimus esse inter alias conditiones, quæ dicuntur consequentes actum Intellectus: ex eo enim, quòd Intellectus percipit naturam, consequitur, quòd dicatur vniuersalis, quia percipitur nõ perceptus singularibus: & ista est conditio cõsequens ex parte obiecti.

Est etiam cõditio consequens ueritas: eo enim quòd intelligit rem, siue apprehendendo, siue iudicando, dicitur uerum si fuerit in apprehensione, est verum transcendentale; si in iudicio, est verum logicum: similiter etiam, & falsum.

differimẽ Intellectus à sensu in cognitione bonum conditionem obiecti.

Nota etiam, quòd non sic se habet Intellectus circa suas conditiones, sicut sensus. Sensus enim non percipit suam cõditionem. Visus enim uidet colorem, at nõ visibilitatem, nec singularitatem: at Intellectus est tã amplæ cognitionis, ut se conuertat, & reflectat ad conditiones intelligendas, & percipit uniuersalitatem, singularitatem, intelligibilitatem, ac ueritatem, & omnia alia, ac ex conditione facit sibi obiectũ per actus reflexos, & secũdo.

4. Circa. Obiectum Intellectus quatum ad iudicium est ens complexe sumptum.

Quarta conclusio. Obiectum Intellectus quãtũ ad operationem iudicatiuam, est ens complexe, & in propositione sumptũ. Hæc manifesta est ex dictis. Supereſt argumenta soluere, quorum solutio ex dictis est manifesta.

Ad 1.

Ad primum respondeo, quòd tam visibile in uisu, quam intelligibile in Intellectu non solum dicunt ipsum obiectũ formale, sed simul important conditionem antecedentem: at nos de obiecto formali petimus.

Ad 2.

Ad secundũ simili modo dicimus, etiã verum dicere obiectũ, scilicet ipsum ens, cum conditione tamen consequente, & fortasse non sic se habet verum ad Intellectum, sicut bonum ad uoluntatem. Nam bonum mouet uolũtatem sicut ens Intellectum: verum autem dicit obiectum cũ

conditione: non enim est veritas ratio, quæ mouet Intellectum semper, sicut bonitas est ratio mouendi voluntatem.

Ad 3.

Ad tertium nos quidem fatemur ens esse obiectum adæquatum: nec Arist per Quid est, intelligit definitionem, sed ipsam rem, vt simplici apprehensione cognoscitur. Si enim diceret ens, comprehenderetur obiectum operationis iudicatiuæ, & non semper esset verus. Vt autem Aristote. manifestaret se loqui de obiecto Intellectus quod subſtat simplici operationi, dixit Quid est: nam ista operatio non errat, sicut nec sensus: est igitur Quid est, ens cognitum prima operatione intellectus.

Ad quartum patet solutio ex dictis. Vniuersale enim dicit obiectum cum conditione.

Videtur autem sensibile ex sensitiuo. Tex. XXVIII.

De intellectu practico, & speculatiuo.

DE Intellectu in actu suum hucusque instituit sermonem Aristote. a textu 20. nunc de Intellectu practico, & speculatiuo, q̃ sunt spẽs Intellectus in actu, tractaturus utrique à practico.

De quib⁹ & quo agat Arist.

Et cum sensus, ac Intellectus proportionem quandam habeant, per sensum explicare aggreditur quod intendit.

Quædam quæ in sẽ sua reperiũtur, in quibus assimilatur Intellectui.

In primis ergo aliqua, quę in sensu sunt enarrat. In primis hoc inest sensui, vt ad actum ex potentia reducatur ab ipso obiecto sensibili. Nec ob id intelligendum est, ipsum sensum alterari proprie, aut pati, seu moueri: non enim ista operatio est motus qualiter definitus est 3. Phy. illic enim est cum aliqua corruptione motus: at hic non est, nisi operatio perfectiua absq; vlla destructione: idcirco alio nomine vocari debet. Quidquid igitur sit, saltem sensibile educit ad hunc actum ipsum sensum: atque hæc est prima cognitio partis sensitiuæ, quæ est apprehensio & cognitio simplex obiecti sui, assimilaturque apprehensioni Intellectus, quam vocat dicere, seu intelligere.

§.

Inest secundo alia operatio sensui, scilicet percipere sensibile sub ratione conuenientis, vel disconuenientis, iracundi, vel molesti: quod fit per Aestimatiuam: & in hac operatione assimilatur Intellectui affirmanti, vel neganti: non quòd sensus affirmet, vel neget, sed quia operatur ad modum Intellectus componentis. Intellectus enim affirmans, vnum alteri componit: sensus autem per hanc operationem sensibile sub ratione iucundi, vel molesti percipit: videturq; iucũdum componere cum obiecto: post hoc statim sequitur appetitus, scilicet prosecutio, vel fuga. Sensatio enim iucundi, vel molesti, appetitum sensitiuum mouet, siue ad prosequendum, siue ad fugiendum, quod iudicat.

Et est delectari, aut dolere. Tex. XXIX.

PRosequitur explicare tertium, quod inest sensui, id est, mouere, & causare appetitũ in actu, dicitque non esse aliud dolere, aut delectari fuga, vel appetitus, id est, prosecutio & desiderium in actu, nil aliud, inquam, ista esse, quam motum sensus agentis, & cognoscentis bonum, vel malum, vt talia sunt.

Addit etiam vnum, quòd potentiæ istæ appetitiuæ, scilicet appetitiuum, quod est circa bonum: fugitiuũ, quod est circa malum, non differre subiecto inter se, nec à sensitiuo, vt putabat Plato, qui sensitiuum in corde appetitiuum in iecore posuit: nõ autem sic subiecto differre putandum est, sed ratione & definitione, cum tamen in vno subiecto proximo sint. Hæc sunt, quæ sensui insunt.

Cogitatiuæ autem animæ phantasmata. Tex. XXX.

Applicatio illa q̃ conuenit ei sui ipsi in tellectu.

APplicat Intellectui, quæ dixerat de sensu: in primis phantasmata sunt Intellectui, quę vocat animam discursiuam, quia Intellectus practicus discursiuus est: sunt igitur phantasmata Intellectui, sicut sensibilia sensui: vt enim sensibilia aguntur in sensum, ita phantasmata in Intellectum.

Inest

Universidad de Deusto
Biblioteca

De practico intellectu Quis sit.

Inest etiam aliud Intellectui, iudicare obiectum apprehensum esse bonum, vel malum, sed per propositionem & non sicut sensus facit: & ad talem Intellectum mouetur appetitus, & ille Intellectus dicitur practicus, puta, qui motiuus est ipsius appetitus. Ex hoc vnum sequitur, quòd sicut in sensu nunquam est iudicium boni, vel mali, nisi precedente sensibili: ita nec est talis Intellectus practicus sine phantasmate precedente. Vide, quod non generaliter loquitur Aristo. sed de practico Intellectu, qui est ad operandum.

Sicut.n. aer pupillam huiusmodi. Tex. XXXI.

Quomodo se habeat practicus intellectus, proportione ad sensum.

NVnc qualiter se habeat iste Intellectus practic⁹, explicat adhuc per similitudinem ad sensum. Vultque docere, sicut est vnus communis sensus, qui patitur ab omnibus sensibus exterioribus: ita Intellectus qui patitur ab omnibus phantasmatibus.

Dicit ergo, quod obiectum agit in pupillam, & quodque aliud in suum exteriorem sensum: tamen singuli exteriores sensus agunt in vnum communem, & vltimum, qui est velut ipsorum medietas, qualis est sensus communis, vel imaginatio. ac ob id superius tex. 29. vocauit sensitiuã medietatem. Hũc sensum dicit esse vnum re, tamen ratione plures, quia sic est vnus, vt sit etiam multorum terminus, & principium, vt diximus superius, atque hoc sensu calidum à dulci distinguimus, differentiamque diuersorũ sensibiliũ percipimus.

Et hoc vnũ proportione. Tex. XXXII.

Applicat, quæ dixerat. Nota.

APplicat quę dixerat, dicens, quòd hæc, scilicet Intellectus & sensus communis, sunt vnum proportione, seu numero. Per proportionem intelligit, similitudinem in communi: per numerum intelligit similitudinem, quam nos dicimus proportionalem.

Et sensus est, Intellectum, & sensum esse similes in proportione, quam habet vterq; ad suum obiectum, scilicet Intellectus ad phantasma, & sensus ad sensibilia omnia externa, vel quam habent sensibilia inter se. Vt enim se habent sensibilia ad sua phantasmata: sic sensus communis ad Intellectum seu imaginatiua. Modo enim non distinguit communem ab imaginatiua.

Ratio, q̃ sit vnus, intellect⁹ practicus re, & multiplex ratione.

Ad hoc autem ostendendum vtitur ratione sumpta ex sensibilibus, parumq; referre dicit, siue sensibilia sint vnius sensus, siue diuersorum exteriorum. Est igitur argumentum. Sicut se habet album ad nigrum: ita se habet phantasma albi ad phantasma nigri: ergo permutando, sicut se habet album ad suum phantasma, ita nigrum ad suum. Si igitur phantasma albi, & nigri vni insunt, & circa vnam potentiam versantur, sicut albũ, & nigrum, illa potentia erit, sic & ista: sed ista, quę est sensus communis, vna est re, plures ratione: ergo Intellectus respectu phantasmatũ etiam erit vnus re, & plures ratione, id est, percipiet omnia, quæ ab alijs sensibus proueniunt: vnde nunquam percipiet, nisi in phantasmate: sicut nec communis sensus, nisi per exteriores.

Nota 1.

Quia autem exemplum posuit de albo, & nigro, quæ ad vnum videbantur pertinere sensum, dicit idem posse dici de albo & dulci, & de sensibilibus diuersis.

Nota 2.

Nota præterea per A, album, per B, nigrum, per C, phantasma albi, per D, phantasma nigri, intelligit.

Cõcluditur qd sit intellect⁹ practicus.

Est igitur Intellectus practicus vna potentia, quæ tamen non immediate circa res, sed circa ipsarum phantasmata operatur, ab ipsis; proxime mouetur: hoc enim est quod intendit.

Et sicut in illis determinatum est. Tex. XXXIII.

A quibus mouet. intellectus practicus.

POstquam ostendit, quid sit practicus Intellectus, & qualiter se habeat per analogiam ad sensus: nunc, à quibus moueatur, ostendit: docetque aliquando à præsentis sensibilis phantasmate, aliquando ab absentis, aliquando ab ipsa specie intelligibili manente in Intellectu, quam speciem vocat intelligentiam. Sæpe enim rebus absentibus intra nos cogitantes deliberamus futura, conferimusque præsentibus.

Exemplũ Arist.

Et ponit exemplum, cum à præsentis sensibilis phantasmate fit Intellectus practicus: & exemplum sic est intelligẽdum, imo legendum: nam litera hæc non est correcta. Aliquis igitur videt facem ignitam, & sensu communi illam moueri cognoscens versus se: tunc Intellectu practico percipit esse sibi hostẽ. Solebant enim olim facibus pugnare ardentibus. Ecce quomodo à phantasmate rei presentis mouetur Intellectus.

Nota 1.

Nota 2.

Aduerte & verba in principio tex. Sensus enim est, Sicut in illis, scilicet sensibilibus præsentibus, Intellectus percipit fugiendum, vel sequendum: ita extra sensum, scilicet absentibus sensibilibus.

Statim sequitur exemplum, quo modo præsente sensibili operetur Intellectus practicus, vt diximus.

Et cum dixerit, quòd ibi iocundũ. Tex. XXXIIII.

Intellectus practicus apprehẽdit, res etiam absentes sub ratione boni, vel mali, & ita mouet appetitum.

CVm dixisset, Intellectũ operari, & intelligere in absentia sensibilis: quia id commune erat intellectui etiam speculatiuo: addit, quòd cũ sic intellexerit in absentia, quòd sub ratione boni, vel mali apprehenderit, & iudicauerit rem: tunc mouetur appetitus, & in actione est, id est, dicitur practicus, seu actiuus Intellectus.

Differentia ĩter intellectum practicũ, & speculatiuum. 1.

Statim ponit differentiam inter practicum Intellectum & speculatiuum: in quo manifestat, quid speculatio sit Intellectus: dicit, quod verum, & falsum sine actione, id est, speculatiuum, est in eodem genere cum bono, & malo, id est, practico, solum differunt penes vniuersale, & particulare. Sensus iste est: Speculatiuus, & practicus sunt circa cognitionem veri, vel falsi: tamen verum, quod speculatiuus tractat, est commune, non ordinatũ ad opus. Cognoscit enim speculatiuus solum verum secundum se: at verum practicum est verum contractum ad opus: nam practicus considerat verum, vt operetur: ac idcirco in ordine ad conueniens, vel disconueniens seu bonum, vel malum considerat.

Quæ verò abstractione dicuntur. Tex. XXXV.

Quo intellectus speculatiuus considerat mathematica.

CVm dixisset, Intellectum speculatiuum verũ vniuersaliter, & abstractum considerare: nunc ostendit, quomodo consideret abstracta, scilicet mathematica. & determinat quòd considerat ea, quæ in materia quidem sunt, non tamen, vt in materia sensibili sunt.

Et ponit exemplum de curuitate nasi, quæ simitas dicitur. Si enim talis curuitas consideretur, vtique cum materia considerabitur, vt simitas est: tamen si illa absolute, vt curuitas consideretur, vtique sine materia considerabitur. In quo significat, quòd res abstracta est eadem, quæ in materia est: sed non vt in materia tali est considerata.

Nota.

Est notandum, quòd in hoc exemplo dat intelligere duos Intellectus speculatiuos, vnum physicum, qui formas in materia considerat: alterum mathematicum, qui formas in materia existẽtes sine materia considerat, de quo alibi satis diximus.

Omnino autẽ Intellectus. Tex. XXXVI.

Ratio est intellect⁹ quædã intelligit abstrahẽdo animam, quædã sine materia.

REddit rationem precedentis doctrinæ quare quædam intelligat abstrahendo à materia, quædam vero cum materia. Ratio est, quia Intellectus actu conformatur rebus. Vnde quæ ex natura sua materiam habent, cum materia intelliguntur, quæ vero non habent quamuis in ea sint, sine ea intelliguntur: at sicut vtraque re in materia sunt, ita Intellectus in materia realiter est.

Dubium.

Vnde ex hoc posset dubium suboriri, An dum est Intellectus in materia, & quãto, id est, corpore, possit abstracta realiter intelligere, scilicet Intelligẽtias, quia non eis conformatur. Hoc tamen alibi speculandum, dicit.

Notandum etiam hic, Intellectum, & Nota.

ani-

animam nō esse realiter abstractam à materiâ, sed esse formam: dubium enim procedit ex hoc supposito.

An sint species intelligibiles necessariæ. Quæst. XXI.

Primū argu ad partem nego

SIcut species, quibus cognitio sensitiua fit, sensibiles vocātur: ita quibus Intellectus intelligit, intelligibiles dicuntur. Est igitur difficultas, an tales spēs sint, an sine his Intellectus intelligat. Et quamuis de his antea obiter dicta quædam fuerint, nunc diligentius de ipsis disputandum.

Videtur autem, eas nō esse necessarias; & est primum argumentum. Si tales species sunt, vel producuntur ab ipso Intellectu, vel à phantasmate: sed neutrum esse potest. Non ab ipso Intellectu: quia ipse recipit, nihilq; agit, nec producit aliquid in se. Non à phantasmate: quia hoc est diuisibile: at species est indiuisibilis & spiritualis: nil ergo est, quod faciat species: ac consequenter non sunt ponendæ.

2. Arg.

Probatur secūdo. Si istæ species essent, vtique in Intellectu ipso conseruatæ manerent, sicut fit in sensu interiore: sed id non potest esse: ergo non sunt. Maior est nota: sed minor probatur: quia si species productæ semel manent in Intellectu. ergo intelligeremus continuo, dum sunt illæ species: quod tamen falsum apparet.

Reiicitur solutio.

Nec valet dicere, quòd in sensu interiore sunt, & nō semper sentit: quia dum non sentimus species non sunt in potentia, sed in spiritibus organi: at Intellectus non habet organum: nec species illæ indiuisibiles alibi esse possunt, quam in Intellectu.

3. Arg.

Probatur tertio. Si essent species in Intellectu saltem postquam semel rem percepimus, non indigeremus phantasmate, sicut sensus interior nec indiget exteriore postquam rem percipit: tamen illud esse falsum experientia ostendit. Nihil enim intelligimus etiam eorum, quæ alias intelleximus, nisi phantasmate ipso præsente: signum ergo est, non per species, sed per phantasmata solam animam intelligere.

In hac difficultate fuerūt quatuor Philosophorum sententiæ. Prima fuit eorum, qui negauerunt species intelligibiles esse necessarias ad intelligendum præter phantasmata: hi fuerunt Themist. & Theophr. vt supra meminimus. Similiter Auempa. Epist. de luce: & inter Theologos Ioannes Bachor. 1. Sent. q. 2. prologi, & Enri. lib. 5. q. 14. omnes hi dicunt sufficere phantasmata, intellectumq; in ipsis cognoscere naturas repsentatas vniuersales absque vlla specie, sicut visus colores videt in subiectis absque specie vlla.

1. Opinio Themist. & Theophr. &c.

Suppono enim gratia exempli, quòd non reciperet visus species, sed ad præsentiam luminis videret obiectos colores: ita se habet Intellectus, ad præsentiam enim Intellectus agentis in phantasmatibus cognoscit res repsentatas, vt in speculo.

Nota

Quamuis autem omnes hi in hoc conuenerint, tamen in ponenda Intellectus naturam discordes fuerūt. Nam Themist. posuit separatum agentem, & possibilem. Auempa. solum agentem separatum, & Theologi posuerunt vtrunque animæ virtutem, & potentiam sicut nos.

2. Opinio Auicen.

Sententia secunda est eorum, qui' posuerunt esse quidem species intelligibiles in Intellectu, non tamen manere in Intellectu nisi dum intelligit, sicut in visu nō manent species, nisi præsente sensibili, & visione. Hoc habuit Auicen. li. de anima cuius meminit S. Tho. 1. p. q. 79. ar. 6.

3. Opinio

Alij dixerūt tertio, manere species, ita, vt postquam semel alicuius recipit Intellectus speciem intelligibilem, non amplius indigeat phantasmate illo, sed possit sine phantasmate speculari.

4. Opinio

Vltima sententia est, quòd quamuis maneant species, semper tamen est necessarium ipsum phantasma. hoc tenet S. Th. 1. p. q. 84. art. 7. & Aegid. in præsenti, & est communior sententia, quam postea explicabimus.

1. Concl. Spēs intelligibiles sunt necessariæ ad intelligendum, primo ab auctoritate Arist. 3. de anima. 4. 3.

Circa huius resolutionem sit prima cōclusio. Species intelligibiles sunt in Intellectu necessario ad intelligendum.

1. Ratio.

Hæc probatur primo autoritate Arist. 3. de anima. dicit, Intellectum esse impassibilem, susceptiuum tamen formarum, & specierum. & eodem lib. 3. tex 30. cum dixisset sensibile agere in sensum, ipsumque ad actum reducere: dixit, quòd phantasma se habet ad Intellectum sicut sensibile

bile ad sensum: ergo imprimit speciem, Probatur, tex. 38. manifestè dicit, q̄ lapis non est in Intellectu, sed species lapidis: & Intellectus fit intelligibilia, sicut sensus sensibilia.

2. Ratio.

Probatur secundo conclusio ratione. Ita se habet Intellectus respectu sui obiecti, sicut sensus respectu sui: sed sensus recipit speciē sui obiecti: ergo & Intellectus.

1. Ratio.

Probatur tertiò, & hoc est optimū argumentum. Nulla potētia indeterminata ad operandum, in se potest aliquid operari, nisi in se determinetur: sed Intellectus est indeterminata potentia ad hoc, vel illud Intelligendum: ergo prius debet in se determinari ad intelligendum hoc vel illud: talis autem determinatio non est nisi per speciem, ergo necessaria est species.

2. Concl. Spēs intellig. manēt in intellectu. Harum respectu dicit intellectus memoria.

Secunda conclusio. Species manent in Intellectu etiam cessante actuali intellectione: & respectu harum dicitur Intellectus memoria. Hæc est cōtra Auicen. Probatur autem primò autoritate 3. de anima text. 6. animam intellectiuam dicit locum esse formarū: ergo manēt species. Si enim non manerent, non diceretur locus earum, sicut nec sensus exterior dicitur locus, sed subiectum tantum.

Primo ab autoritate Arist. 1. a. 3.

Probatur, tex. 8. dicit, Intellectum in habitu esse similē rebus per species, & quòd tunc manet in potentia adhuc ad intelligendum: si ergo species simul esset cum intellectione tantum, non esset in potentia vnquam Intellectus cum specie.

3. Ratio.

Probatur, text. 33. dicit Intellectum in absentia rei intelligere per phantasmata conseruata vel per intelligentias, scilicet species: manent ergo species ipsæ.

Cōfirmatur ratio.

Probatur secundo. Intellectus recordatur intelligibilium intellectorum semel, sicut sensus sensibilium: ergo manent species intelligibiles. Eodem enim argumento vtimur ad probandū in memoria sensitiua manere species. erit igitur memoria intellectiua respectu suorū intelligibilium memoratorum, vt docet August. libr. 10. Confess. c. 8. quamuis non puto esse distinctam re ab Intellectu, sed ratione tantum.

4. Ratio.

Probatur Tertiò. Quia eodem modo se haberet Intellectus docti, & sapientis, ac illius, qui primo incipit discere: qa vtriusque Intellectus est in pura potentia dum actu non contemplatur: quod tamen absurdum videtur.

Probatur quarto, & est argumentum S. Thom. Ita se habet Intellectus in ordine intelligibilium, sicut materia in ordine generabilium, & sensibilium: sed materia retinet formam etiam cessante actione agentis: ergo Intellectus etiā retinebit species, cum maioris sit virtutis Intellectus, cum sit immaterialis. 4. Ratio.

Primo nota discrimē inter spēs sensibiles, & intelligibiles. 1.

Hic notandum est, species intelligibiles aliter se habere, quā sensibiles. Primo ratione subiecti: sensibiles enim in communi insunt, ob id diuisibiles sunt per accidens ad ipsius subiecti diuisionem, sicut accidentia alia, quæ in corpore sunt. At intelligibiles sunt in sola anima: quæ cum indiuisibilis sit, non recipit nisi species indiuisibiles: quare huiusmodi species sunt accidentia spiritualia, & indiuisibilia.

2.

Præterea: Species sensibiles, quæ in corpore sunt, expositæ sunt multis variationibus: motu enim, alteratione destructione corporis subiecti, ipsæ mutantur, variantur, alterantur corrumpuntur: at quæ in anima sunt, quia non per se anima patitur nec alteratur, minus sunt species variabiles, magisq; durant, quamuis etiam destruantur aliquando: quia non sunt accidentia naturalia animæ: sed ab extrinseco veniant, scilicet ab obiecto producantur. 3.

Aduerte etiam, quòd fieri potest, vt non omnium, quæ intelligimus, species proprias Intellectus habeat: sed quod determinatur specie alicuius naturæ, per illam naturæ partes speculatur, & alia multa ad ipsam pertinentia indagat: quæ omnia obiecta terminativa dicuntur, vt superius diximus. Et in sensu simile quid contingit per speciem visibilem, quæ pariter ostendit intētionem, distantiam rei, figurā, &c.

Tertia cōclusio probabilis. Intellectus in hoc corpore corruptibili existens, pro hoc statu secundum communem naturalem intelligendi modū non intelligit, nisi imaginatione aliquo modo cooperante. Tertia cōclusio probabilis Intellect⁹ in hoc statu non intelligit sine phantasmate secundum intelligēdi modū.

Hæc conclusio est declaranda. Aduerte igitur, quòd intellectio dupliciter pro hoc statu corruptibilis corporis pendet à phantasmate. Vno modo antequam addiscat aliquid: & tunc ab ipso immutatur, & speciem recipit, taleque phantasma antecedit operationem ipsius Intellectus. Exponitur conclusio.

Altero modo postquam iam Intellectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

recepit speciem rei: & tunc non indiget phantasmate aliquo ut ab eo recipiat speciem, tamen indiget quodammodo phantasmate ad hunc sensum, quòd intellectus non intelligeret secundum naturalem & communem modum intelligendi, nisi simul imaginatiua illius aliquod idolū pariet sibi fingar, non vt ab eo sumat Intellectus speciem: sed vt actus ipsius quodammodo in eo vel ad eum terminetur.

Et in hoc sensu S. Tho. 2. Contra gen. cap. 73. docet intellectum, etiā postquàm habet species, indigere phātasmate, id est opus est, vt simul cum intellectu imaginatiua operetur, fingatq; idolum terminans aliquo modo id, quod intelligitur.

1. Rō. Et hoc prima experientia constare videtur. Quicquid enim mente communiter cogitamus, semper imaginationis aliquo idolo coniungimus, nullusq; se aliter intelligere communiter experitur.

2. Rō. Patet etiam alia experientia, quia læsa imaginatione hominis docti etiam impeditur cognitio recta intellectus.

3. Rō. Patet etiam hoc idem ex eo, quòd exēpla materialia ad intelligendas res nobis ipsis ꝓponimus, & aliis etiam damus: & de utroque modo cognoscendi per dependentia à phantasmate est intelligenda conclusio.

4. Ratio ex D. Thoma. S. Thom. 1. p. q. 84. ar. 7. reddit etiam rationem huius: dicitque hunc modum cognoscendi esse animæ naturalem in hoc statu vitæ huius in corpore. Cum enim non sit omnino naturæ separatæ, non potest intelligere res omnino separādę, quin limitet ad aliquod idolum corporeū: quāuis possemus dicere, quòd prouenit ob niniam coniunctionem cum corpore, ita vt non possit anima operari, quin simul corpus, & imaginatiua operetur.

Nota. An sit naturale anime sic intelligere, an ex peccato originali. Opinio Diui Tho. Opinio Scoti. Scot. 1. Sent. d. 3. q. 3 non admittit talē modum cognoscendi esse animę naturalem, quia post resurrectionem non ita intelliget; sed omnino per se: quod si esse id naturale, non auferretur: quia Deus non destruet naturam, sed eleuabit. Credit autem Scot. esse pœnam originalis peccati ut cōgnitio intellectus subdatur imaginationi corporeæ: & forsan Theologo conformius est hoc, quamuis posset negari.

Soluitur rō Scoti. Non enim valet Argumentū Scot. qa anima post resurrectionem non intelliget ꝑ species sumptas à corpore, sed infusas: per species autem sumptas à phantasmate eodem modo cognosceret.

Quidquid tamen sit, saltem dum est in corpore hoc corruptibili talem habet intelligendi modum.

Nota esse posse aliquas intellectiones sine imaginatione 1. Diximus tamen in conclusione, secundum communem modum, & naturalem intelligendi in corpore corruptibili. Non enim negādum est, quòd etiam in hac vita per reuelationem ex Deo acceptam, aliquando cōtingat, intellectum intelligere sine imaginatione, imò etiam in scientia & contemplatione sapientis rerum abstractarum, non caret idem maxima probabilitate, ita ut cōclusio posita sit uera & certa in cōmuni tantum modo intelligendi, in quo moueri simul cōtingit phantasiā, & intellectum. At cum supra omne corporeum se mens eleuet sapientis, sine imaginatione est (vt uidetur) illa ultima, & altissima intellectio, & contemplatio omni relicto corpore.

2. Et tale quid etiam accidere uiderur in extasi, & quandoque in infirmitate, aut ꝑpe mortem abfortis omino sensibus, & imaginatione.

3. Et maximum certè est argumentum, quòd cum post mortem anima, & post resurrectionem reassumpto corpore, & ēt in hac vita per infusionem ex Deo sic posset intelligere: quòd etiam naturaliter aliquid possit tale: nam habet potentiam, quæ sic potest sine sensu omni cognoscere: oportet ergo illam conclusionem intelligere de communi tantum modo naturali intelligendi, in hoc corruptibili corpore: & eatenus uera erit sententia Aristotelis, oportere intelligentem phantasmata speculari, alias satis erit, species intelligibiles aut scientiam & cognitiones abstractas ab omni sensu, uel infusas à Deo, speculari, ut ostendimus.

Ad 2. Superest ad ꝓposita argumenta respondere. Ad primum solutio patet ex his, quę supra diximus. Non enim solum phantasma imprimit speciem, sed concurrente uirtute intellectus non possibilis, sed agēntis, ut antea alibi diximus.

Ad 3. Ad secundum negatur, intellectum semper intelligere, cum species habet. Non enim est necessarium, quòd posita specie in potentia, ponatur actio: nam aliquando

dō species est in oculo, & non uidetur, quia deest aduertentia: ita posset dici de Intellectu.

Secundò, quia species in Intellectu, uel memoria reseruatæ non mouent nisi illuminentur ab Intellectu. Non autem semper illuminantur, nisi cùm se ad eas conuertit Intellectus: conuertit autem se, uel alicunde excitatus à sensu, uel imaginatione, aut verò ab ipsius uoluntatis imperio, uolentis hoc aut illud cogitare.

Sed alia etiam est prćter hanc causam, siquidem vera est tertia conclusio, qa nō operatur communiter nisi imaginatione etiam operante, ut diximus superius, propter necessariam connexionem: hæc autem non semper operatur, ob id nec Intellectus.

Ad 1. Ad tertium solutio ex dictis patet: aliter enim phantasma est necessarium habenti speciem, aliter non habenti.

An intelligere sit pati formaliter. Quæst. XXII.

Explicatur sensus quinis, & suus sc opus. 1. Opinio. 2. Opinio.

Vm superius determinauerimus, species intelligibiles esse necessarias ad intelligendum, dubium consequens est, an intelligere sit sola receptio speciei: sic enim erit passio quædam ipsa intellectio, & apprehensio: an sit prćter receptionem actio quædam ipsius potentiæ. Et quia hoc superius lib. 2. abundè disputauimus de sensu, nihil modò aut parum dicam.

Est enim prorsus eadem ratio de Intellectu, & Doctores allegati, quam sententiā sequuntur de sensu, eandem de Intellectu tenent. Referam tamen breuiter sententias aliquot.

Quidam dicunt, intelligere non esse aliud quàm recipere speciē, & purū pati.

Alij secundò dicunt intelligere esse pati: sed hoc modo, quòd possibilis Intellectus recipit speciē à phantasmate, & agēs producit in possibili intellectionē ipsam, postquàm est dispositus per speciem: & dum possibilis recipit intellectionem ab agente Intellectu, intelligit, tale enim recipere, patiq; est intelligere: & hoc dixit Iandu. q. 24.

3. Opinio Alij tertio, crediderunt, quòd intelligere est etiam agere, sed hoc modo, quòd Intellectus cum specie tāquam duo agentia partialia, & immediata producunt actum intelligendi.

4. Opinio Alij, quòd est quidem agere, sed non immediate ab Intellectu, sed Intellectus recipit speciem, & per hāc producit intellectionē, sicut ignis calefacit per calorē. Hæc omnia supra citauimus de sensu.

1. Cōclu. Quid sit tenendū. Nos tamen diximus speciem non esse principium effectiuum cognitionis, sed solum Intellectum possibilem, vel sensibus sensum: species autem est dispositio modificans & excitans Intellectū ad operādum, & ut motiuū obiectum concurrens obiectiuè ac terminatiuè immediatè.

Vnde intelligere est actio immediatè proueniens à potentia ut a principio effectiuo, quamuis præsupponat speciem: & hoc eisdē rationibus supra inductis ꝓbati potest, quas non repeto, quia illic facile est uidere.

Nota. Est autem aduertendum, quòd sermo est de apprehensione: nam de compositione ac iudicio non est dubiū apud omnes.

Interim tamen, ne nil dicamus circa hanc q̄stionen, aliquas differentias inter sensum & intellectum colligamus.

Intellect differt a sensu i cognoscendi modo i quatuor Aduerte igitur Intellectum differre à sensu quadruplici ex parte: puta, ex parte obiecti, ex parte operationis, ex parte ipsiusmet potentiæ, ex parte subiecti, & in singulis multipliciter differt.

1. Primò ex obiectio quadruplex differentia. Primò ratione obiecti quadrupliciter. Intellectus enim uniuersale cognoscit ꝑ singulare, sensus verò singulare: Et notandum quoque, quòd sensus, uti diximus, non cognoscit ipsam conditionem subiecti, scilicet singularitatem: at Intellectus ꝑcipit. Secūdo Intellectus percipit. Quid est, & definitionem rei: sensus autem solū ipsam rem. Tertiò Intellectus percipit substantiam, & accidentia, sensus verò tantum accidentia, & concreta. Quarto Intellectus non læditur à magno intelligibiliat sensus leditur. 2. 3. 4.

Secunda ex operatione multiplex differentia. Nota. Ex parte autem operationis etiam multipliciter differt. Primò Intellectus utitur abstractione obiecti a loco, & tēpore, & prćsentia obiecti: non autem sensus. Vbi nota, quòd sensus exterior percipit rem sine materia quidem: tamen non sine con-

ditionibus materiæ, id est, sine loco, sine figura, sine præsentia: non enim rem nisi præsentē, & in loco percipit, & cum quantitate. At sensus interior maiore vnitur abstractione quatenus sine præsentia percipit, non tamen sine loco, nec sine quantitate percipit, cum his enim rem imaginamur: at Intellectus ab vtroque abstrahit, remque intelligit in vniuersali, separando à loco, quantitate, præsentia, & alijs.

2. Secundo differt operatio Intellectus: nam est abstractiua non solum vniuersaliter, vt diximus, sed etiam formaliter'. Abstractio autem formalis est: cum rem intellectam resoluit in partes ac vnam ab altera discernit, omnesq; cognoscit: vt cū resoluuntur in partes substantiæ, in genera, & differentias: ab accidente subiectum secernit. Et hæc operatio Intellectus est in qua omnes scientię fundantur: nam per ipsam rerum cognitio distincta habetur. At sensus non alia abstractione vtitur, nisi dum cognoscit rem, non cognitis ijs, quæ ab ipso cognosci non possunt, vt visus videt colorem alijs relictis, quæ videri non possunt.

3. Differt etiam tertio. Operatio Intellectus est reflexiua. Nam Intellectus intelligit suammet actionem & seipsum, & animam ipsam, in qua est: quod nulli sensui conceditur.

4. Quarto. Intellectus operatio multiplicior est: compositio enim, & discursus nō competunt sensibus.

5. Probatur etiam quinto. Intellectus corrigit sensus omnes, etiam interiores, scilicet imaginationem cum deficiunt, vt notum est in multis apparentibus fallacijs: differt ergo Intellectus à sensu ex parte operationis.

Tertio ex parte potentiæ duplex differentia. 1. 2.

Differt etiam Intellectus ex parte ipsiusmet potentiæ dupliciter. Primo, potentiæ ipsi intellectus ex se non repugnat distincte percipere substantias immateriales: at sensui corporeo est impossibile, sicut calori frigefacere. Secūdo, Intellectus est potentia, quæ perficitur per habitus, & scientias propter varias, & alias suas operationes: at sensus non perficitur habitu: imo tanquam quid imperfectum ipso tempore perficitur, dum corpus à vi nutritiua perficitur.

Quarto ex subiecto triplex differentia. 1. 2. 3.

Differt etiam Intellectus ex parte subiecti tripliciter. Primo Intellectus est in sola anima immediate, ideoq; habet hoc secundum, quòd sit indiuisibilis, & spiritualis: & tertium, quòd sit incorruptibilis sicut etiam anima. At sensus in coniuncto ob id diuiditur cum ipso, & corrumpitur cum ipso. Non enim potentiæ sensitiuæ manent in anima. His igitur modis differt Intellectus à sensu. Accedat etiā quòd sensus ministrant Intellectui, eique subordinati sunt: non tamen econtra. 4.

Intellect' & sensus conueniūt in duob'. 1.

Conueniunt tamen sensus, & Intellectus in duobus. Primum est, quòd sicut sensus patitur à sensibili, dum ipsius formam recipit: ita Intellectus ab ipso phantasmate, quamuis non eodem modo in omnibus: quia phāntasma agit in Intellectum possibilem medio agente Intellectu. Secū dum est, sicut sensus agit, dum sentit, nec solum recipit: ita Intellectus, vt dictum est superius. 2.

Intellect' multiplex diuisio ac subdiuisio. Prima diuisio. 1.

Circa ipsum rursus Intellectū aduerte, multipliciter ipsum diuidi. Primo enim Intellectus est duplex. Alter est agēs, cuius est vna cum phantasmate species producere. Alter est possibilis, cuius est intellecta esse possibilis est duplex: alter in potentia, alter in actu. Possibilis in potentia est ipsa animæ facultas, qua intelligere possumus secundum se considerata: Intellectus in actu, est ipsamet cū operatione & actu intelligendi.

Nota. Nec est ista diuisio, sicut diuisio superior. Nam Intellectus agens, & possibilis sunt duæ animæ virtutes: at Intellectus potentia & Intellectus in actu vna & eadem prout varie consideratur: secundū se enim sola dicitur potentia, simul vero cum actu, dicitur Intellectus in actu. Vnde Intellectus in actu habet se per additionem ad Intellectum potentia, sicut Petrus albus, ad Petrum. 3.

Secundum igitur quòd iste actus Intellectus multiplex est, ipse Intellectus in actu multiplex dici solet. Nam Intellectus actu diuiditur in theoricum, & practicum. Theoricus est, quo cognoscimus, non vt operemur: practicus vero est quo cognoscimus, vt operemur: & hic duplex est, actiuus, & factiuus. Actiuus est, qui dirigitur ad actiones immanentes, qualis est, qui fit secundum prudentiam: factiuus est, qui dirigitur ad faciendum opera externa, 4.

terna, qualis est secūdum artes. Theoricus aūt in opinatiuum, & necessarium distinguitur: & necessarius in physicum, mathematicum, & metaphysicum. Iuxta n. ea, quæ intelligimus, actusque intelligendi distinguitur Intellectus actu.

Nota. Et perpende, quòd diuisiones hæ non ponunt diuersam animæ virtutem, sed vnam, vt diximus, simul tamen cum actu ipso, & operatione Cumq; ista multiplex sit, multiplex denominatur Intellectus apud Philosophos. & hęc sint satis ad quę stionem propositam.

An Intellectus in corpore distincte percipiat Intelligentias. Quæst. XXIII.

Occasio q stionis. ARisto. tex. 36. hoc idē dubium proposuit, & insolutum reliquit, nos tamen in præsenti ipsum discutere intendimus.

Tituli q stionis explicatio. Et aduertendum, quòd loquimur de cognitione distincta rei, quæ habetur per propriam rei speciem, vel per ipsammet rem, quæ dicitur notitia visionis: de hac enim dubitamus, an Intellectus dum est in corpore, possit talem notitiam habere separatarum substantiarum.

Primū argu ad partem affir. Videtur autem, quòd sic. Primo: Intelligibile per se magis percipitur ab intellectu quam quod est per accidens: sed substantiæ separatæ, cum sint actus, & immateriales, sunt per se intelligibiles, sensibilia vero per accidens: ergo tales substantiæ melius ab Intellectu nostro percipientur. Hoc est argumentum Themist.

2. Arg. Probatur secundo. Intellectus potest abstrahere quiditatem ab eo, cuius est quiditas: & iterum hanc quiditatem resoluere donec ad quiditatem simplicē, & iam irresolubilem veniat: ergo poterit per hęc sensibilia peruenire ad intellectionem separatorum, quæ sunt simplices quiditates.

Cōfirmatur ratio. Et est exemplum. Sicut Aestimatiua ex re sensata elicit cognitionem rei non sensatæ: ita Intellectus ex sensibilibus poterit elicere cognitionem intelligibilium. Hoc argumentum est Auempace.

3. Arg. Probatur tertiò. Appetitus naturalis non est frustra: sed naturaliter appetimus percipere ista immaterialia, & indiuisibilia: ergo reducetur ad actum, poterit; Interellectus ista aliquando percipere.

4. Arg. Probatur quarto. Forma perficitur in materia: ergo non impedietur ab omni ea actione, quam secundum se habere potest. At anima secundum se potest percipere substantias immateriales: ergo etiam dum est in corpore, poterit percipere.

5. Arg. Probatur quinto. Est scientia de istis separatis, puta, Metaphysica: ergo distincte cognosci à nobis possunt. Scientia enim est cognitio distincta rei.

Varię Ethnicorum, philosop. opinio nes. In hac re variæ fuerunt opiniones Philosophorum Ethnicorum, quarum memini Auerro. Coment 36. sunt tamen à nobis declarandæ. Prima fuit Auempace: hic, vt supra meminimus, posuit agentem Intellectum solum separatum, possibilem autem in nobis existētem, & organicum. Dixit igitur, q̄ per abstractionem à phantasmate continuo resoluēdo rem in suam quiditatem peruenit ad intelligendas substantias separatas.

1. Opinio Auempa. & errō nea. Nec multum differt ab hac sententia Caiet. Thie. qui dicit, quòd sicut imaginatiua ex specie rei sensatę elicit speciem rei non sensatæ: ita Intellectus ex specie sensibilis rei elicere poterit speciem puram rei immaterialis.

2. Opinio Alexandri errō nea. Altera sententia fuit Alexand. qui intellectum agentem dixit esse Deum, possibilem vero dixit esse aptitudinem in nobis ad recipiendas species. Huius sententia fuit, quòd intellectus possibilis per species, quas recipit ab agente, magis ac magis disponitur. Vocat autem species intellectus in habitu: dicit igitur, q̄ cum receperit omnes species possibiles, tunc erit optime dispositus, & tunc coniungetur nobis Intellectus agens, fieriq; nostra forma, & per ipsum intelliget tunc homo, & ipsummet Intellectum & alias intelligentias: hancque dicit esse beatitudinem nostram in hac vita consequendam.

3. Opinio Themistii errō nea. Tertia sententia fuit Themist. Hic, n. tam agentem Intellectum, quàm possibilem dixit separatum, & incorruptibilem, posuitque possibilem nobis coniungi per phantasmatum cognitionem. Non enim posuit species intelligibiles, vt dictum est superius. Dicit autem, quòd cum fuerit nobis summè coniunctus per omnia possibilia phantasmata, tunc Intellectum agēntem percipiet, & alias Intelligentias, & hanc

Universidad de Deusto Biblioteca

hanc ponit beatitudinem huius vitę.

3. Opinio Auer. erronea.

Quarta sentẽtia est Auerro. collecta ex sententia Alex. & Themist. Noluit enim cum Alex. ponere Intellectum possibilem corruptibilem: quia non posset ei vniri Intellectus agẽs, qui est sempiternus, nec voluit dicere cum Themist. possibilem intelligere Intelligentias, quia ipse est, per quem agens vnitur nobis. Sententia ergo ipsius fuit, quòd postquam possibilis fuerit nobis unitus per omnium possibilium species, tũc unietur agens, & per agentẽ intelligemus & ipsum, & alia separata. Hunc que vocat Intellectum adeptum, & vitæ huius beatitudinem. Hæ sunt sententiæ horum.

Qui sensus Aristot & varia eius testimonia de hac re. 1. 2. 3.

At Arist. quid senserit, non est mul manifestum. In hoc enim tex. 36 d hoc, ꝓposuit, sed nõ soluit, at 9. Metaph. tex. vlt. dixit Intellectum nostrum esse & potentia ad intelligenda immaterialia, & nõ in potẽtia cæcitatis, ubi indicat posse nos aliquomodò intelligere illa separata distinctè: & 2. Metap. cõparat Intellectũ nostrum respectu horum oculo noctuæ respectu Solis: at noctua noa omnino privatur visione distincta Solis & luminis.

6.

Et 2. de Gen. animali. cap. 3. dicit Intellectum habere quandam actionem, in qua nullo modo communicat corpus, nec ut subiectum, nec ut organum deseruiens: nec uidetur alia actio ita, nisi qua separata intelligunt. Propter quæ loca diximus superius 1. de anima, cum multis aliis, ꝙ secundum Arist. Intellectus attingere potest separata, quãuis 1. de partibus cap. 5. dicat nos leuiter attingere ista separata: quod uidetur indicare cognitionem confusam. Quidquid sit, hoc certum est secũdum Arist. extra corpus Intellectũ nostrũ distinctè illa percipere, ut alibi diximus,

1. Cõclu. Opiniones Auer. Themist. & Alex. figmenta quædam.

Vt igitur ueritatem in hac parte resoluamus, sit prima conclusio. Opiniones Alex. Themist. Auerro. non sunt opiniones dicendæ, sed figmẽta, & meri errores contra philosophiam, & rationem naturalem: & in hoc apparet talium opinionum vanitas: nec illa monstra Intellectus separati & subsistentis alium exitum habere potuerunt.

Primò cõsideatur radix, &

Aduerte igitur radicẽ huius esse, quod hi Philosuphi duas veritates de anima cõfessi sunt. Altera est, naturale desiderium habere, & capacitatem percipiendi substantias separatas. Altera, hoc desiderium non esse frustra, sed quòd explebitur, aliter homo suo fine priuaretur. Et hac duplici ueritate debuerũt sic colligere: quòd cum in corpore nõ contingat talis cognitio, ꝙ anima erit post corpus: habebitq; statum alium. At ipsi oppositio modo errantes colligerunt, scilicet, anima cùm mortalis sit, consequetur in corpore talẽ cognitionem.

fundamẽtum erroris istorũ philosorum.

Et nota quàm peruersè colligerint: certior enim est illa minor, quòd nõ cognoscat distinctè tales substantias in hoc corpore, quàm quòd sit mortalis. Vnde ex minore incertiore colligebant conclusionem certiorem.

Quã male colligerint illam falsam suã cõclusionem.

Omissis autem rationibus metaphysicis, quibus hæ opiniones à S. Thom. impugnantur 3. Cõtra gen. cap. 41. & sequẽtibus, hoc maximè impugnari possunt: quia beatitudo debet esse possibilis obtineri, & cõmunis, quam plures consequãtur, & durabilis: At horum beatitudo impossibilis est: quia nemo potest scire omnia scibilia, quę tamen scire debet, vt fiat illa vnio Intellectus.

2.Rõ.

Et dicat Auerroes, qui coluit Aristotelem tanquàm exemplar hominũ a natura datum, an sciuerit omnia Arist. profecto plura ignorauit, & sæpe ipsi se ignorare, & probabiliter loqui fatetur: quomodo ergo volebat esse beatum?

Confirmatur secunda ratio.

Et rursus Themist. dicit maximam partem eorum, quæ scimus, esse minimam eorum, quæ ignoramus: si ergo tam minimam partem homo tanto tempore consequitur, quanto indiget tempore ad totum consequendum? at breuitatem vitæ quis ignorat?

3.Rõ.

Præterea: dato, quòd esset possibilis, paucissimis cõtingeret, vix vni inter mul lia millium.

4.Rõ.

Et præterea pauciſſimo tempore, & in fine uitæ, cũ potius homines infœlices dicendi essent, cùm tot corporis laborib. onorentur: qualis ergo esset natura, quæ tot laboribus tanto tempore continuis vnius horæ beatitudinẽ venderet? Profecto etiam rustici possent capere hoc esse monstrum, & figmentum, ac tale ab omnibus reputari debet: sunt enim isti potius naturæ destructores, & scientiæ ac animæ

animæ ipsius inimici, quàm amici, seu Philosphi.

2. Cõclu. Per phantasmata nõ possumus venire in cognitionem distinctã substantię materialis.

Secunda conclusio. Per Phantasmata nullo modo possumus peruenire in cognitionem distinctam substantiæ immaterialis. Hæc est contra Auempa.

Et probatur primo. Magis distat immaterialis substãtia à sensibili, quàm vnũ sensibile ab altero, ut notum est, cum illa sint generis diuersi: at per speciẽ, uel phãtasma vnius sensibilis impossibile est distinctè alterum cognoscere. Cæcus enim à natiuitate per quamcunque cognitionis aliorum sensiblium numquàm peruenire poterit in vllam cognitionem distinctam colorum: ergo nec phantasma, res sensibilis poterit distinctam cognitionẽ habere substantiæ immaterialis.

2.Rõ.

Probatur secũdo Intellectus resoluens quiditatem & abstrahens, non peruenit nisi ad conceptum aliquem componentẽ talem quiditatem, ut patet, quia resolutio stat vsq; ad genus supremum, uel ens. At quiditas substantiæ immaterialis non cõponit substantiam sensibilem: ergo per talem abstractionem peruenire non potest vsque ad abstractionem uel intellectionem distinctam Intelligentiarum.

3.Rõ.

Probatur tertiò: quia nullus unquàm quantumuis doctus confessus est se talem cognitionem habuisse: signum ergo est id fieri non posse.

3. Cõclu. Intellectus in corpore non potest habere naturaliter cognitionẽ destinctã & veram substantię immaterialis.

Tertia conclusio. Intellectus in corpore non potest habere naturaliter claram & distinctam cognitionem substantiæ immaterialis. Addidimus illam particulam, Naturaliter: quia supernaturaliter infusa cognitione ab ipso Deo, nil uetat etiam in corpore existentem distinctè cognoscit Hæc patet ex eo, quòd per phantasma intelligimus, ut probatum est superius: at ex phantasmate non potest talis cognitio haberi, ut probatum est in conclusione præcedenti.

1.Rõ.

Patet etiam conclusio ex eo, quòd nec substantias materiales destinctè cognoscimus, nisi per ordinem ad effectus, & accidentia sensibilia, ut experientia ostendit: ergo multominus substantias spirituales.

2.Rõ.

Præterea etiam principaliter: si Intellectus eas percipere posset, utique à principio intelligeret illas.

3.Rõ.

Reiicitur solutio.

Quod si dicas, non ita esse, quia Intellectus debet prius disponi per cognitionẽ sensibilium: sequeretur, quòd nec postea cognosceret: quia rerum omnium sensibilium cognitio non est sufficiens dispositio cognitionis Dei, & substantiarum aliarũ: sicut nec res omnes sensibiles adęquant perfectionem illarum substantiarum.

4. Cõclu. Substãtiæ immateriales à nobis cõfuse I hoc statu cognoscuntur.

Quarta conclusio. Substantiæ immateriales à nobis confuse in hoc statu cognoscuntur. Notandum pro declaratione, tripliciter nos cognoscere substãtias hasce. Vno modo conceptu communi cõtracto per negationem sensibilis. vt, quòd sunt ens sine materia, sine quantite, substantia absque corruptione. Secundo modo, contractione factа per effectus: ut ens gubernans, & mouens inferiora. Tertio modo p[illegible]ceptus communes coniunctos, ut [illegible] cum primo coniungimus, dicimusque causas primam, actum purum, & alia: tamen omnes hi cõceptus non sunt distincti, sed confusi collecti, ex rebus sensibilibus, nec aliter intelligimus ista, dũ in corpore sumus,

Nota tripliciter nos cognoscere substãtias immateriales.

Notandũ autem hos conceptus, quãuis non sint clari, & distincti, esse tñ certos & ueros, ac necessariæ ueritatis: nec solũ esse opinabiles, ẽt si nõ sint distincti, & clari, sed esse posse certos & necessarios.

Ad argumẽta autem respondere oportet. Ad primum dico, quod quamuis illæ Intelligentiæ sint per se intelligibiles, & ex natura sua, non tamen in hac uita uobis, qui dum in corpore sumus, non ita forte habemus mentis intuitum: sicut Sol ex se quidem maximè est uisibilis, non tamen maximè à debili percipitur oculo: & hac cõparatione usus est Arist. 2. Metaph. ad hoc idem declarandum.

Ad 1.

Ad secundum, diximus iam, numquàm Intellectum abstractum aliquid naturaliter percipere ex phantasmate sensibili, quod re non fit contractum in ipso sensibili.

Ad 2.

Ad tertium, fateor desiderium naturale non frustrandum, tamen non ob id sequitur, quòd dum est in corpore Intellectus implebitur: est enim alius status extra corpus, cum illud impleri debet.

Ad 3.

Ad quartum dico, id ueritatem habere in formis, quæ totaliter à materia pendent, & in ipsa esse totum habent.

Ad 4.

At anima non sic est: ob id totum per-

Ad 4m posset & responderi q nulla fit lectio impedita perpetua à sua nobili operatione scilicet animus de materia? Sed pro aliquod tempus fit impedita: ut sic dicatur in proposito. Ma'ia humana protempore quo unitur corpori impedit ab intellectione quidditatis subsistentis immaterialis: Sed nõ impedit perpetuo: quia quando erit separata poterit eas intelligere

sectionem non habet in corpore.

Et hoc debuit esse illis argumentū immortalitatis ipsius, imò etiam glorioſi postea corporis, cum quo optime intelliget.

Nota tria vestigia Dei possia per quæ ipsū Deum & aliam vitā, posset inuestigare.

Nota tamen hic vnum dignum considerat ione: quòd cum Deus hominem fecerit ad se ipsum, reliquit illi quædam vestigia, quæ hoc indicarent, & per quæ ipse homo eleuaretur ad inuestigandum suum principium supra omnia inferiora.

1. 2. 3.

Fuerunt autem tria vestigia. Primò in Intellectu, reliquit capacitatem quandam interminabilem, qua plura, & plura cognoscere posset, nec unquàm dicere posset, non amplius valeo. secundò in voluntate reliquit insatiabilitatē, vt nihil possit appetitum satiare, cunctaq; fastidium faciant. Tertiò in coporeis omnibus delectationibus apposuit laborem, vt patebit per omnes discurrenti: vt homo per hæc cognosceret vltra ista omnia, aliud esse maius, quod hoc perficere posset. Non.n. frustra Intellectui talis capacitas data esset, nec voluntati insatiabilitas, & fames, nec delectatio cū amaritudine mixta est.

Nota secūdo, quomodo Deꝰ & altera vita, cum corpore animā non impedien te colligatur.

Aduerte etiam, quòd Deus voluit totū hominem ad se perducere, & animam, & corpus, & ideo ea inter se fecit contraria, quæ hoc indicarent. Animam enim cum sensu coniunxit, & Intellectum in corpore imaginatione obscurauit: vt hinc colligeret, si Intellectus, dum in corpore est, obscuratus manet, ergo alius erit status, in quo perfectus sit, & distincte intelligat. Viterius, si Intellectus extra corpus est, imperfectus erit: manebit enim sine sensu: quid ergo erit, nisi, quòd Intellectus erit in corpore non mortaliter, & talis quale modo est, vt & sit anima cum sensu, & intellectio sit perpetua, & optima, ac perfecta? At Philosophi solutionem non attingentes in dubijs confusi sunt, ac quisq; in via sua errauit.

Ad 1. Ad quintum respondeo, esse scientiam simplicem, quæ definitione habetur: & discursiuam, seu complexam per propositionem. De separatis habetur cognitio confusa, simplex quantum ad ipsorum quidditatem: at distincta complexa habentur, id est, propositiones aliquæ, de ipsis demonstrantur: nec ista scientia est tam distincta, quantum est scientia rerum sensibilium, quæ ex vtraque parte distincta est.

Caput octauum.

Nunc autē, quæ de anima. Tex. XXXXII.

Quod aīa sit quodā modo omnia.

QVæ de sensu, ac Intellectu dicta sunt, ad vnum quoddā reducit, puta, animam rationalem quodam modo esse omnia: quod probat. Nam omne ens, vel est sensibile, vel intelligibile: at anima ratione sensus, est omnia sensibilia; ratione Intellectus, & scientiæ, est omnia intelligibilia: ergo anima omnia est.

Quomodo autem hoc sit oportet. Tex. XXXVIII.

Explicatur ab Arist. quomodo anima sit omnia

ADhuc propositionem dictam explicat, & modum, quo omnia sit, exponit. Sensibile enim aut intelligibile dupliciter dicitur, actu, scilicet, dum actu sentitur, vel intelligitur; & potentia dum sentiri, vel intelligi potest. Vt igitur secantur, & diuiduntur ista, sic sensus, & Intellectus seu anima. Nam ratione ipsius potentiæ, est omnia potētia: ratione vero actus, est omnia actu, simul sumptis sensu, & Intellectu.

Modus autem, quo omnia est, non est, quòd ipsa anima in se sit, lapis, vel homo, vel ignis, vel aliud intellectorum: sed quia ipsorum formas recipit, & species. Vnde anima dici potest, sicut manus, organum organorum, & instrumentum instrumentorum. Manus enim, quamuis non sit vtlum in se instrumentum eorum, quæ ab externo sint, tamen omnia instrumenta facit, & omnium rationem inducit. Sic est anima in genere intelligibilium: non enim vlla est res ex intelligibilibus, tamen omnium formas recipit: ob id forma formarum, seu species specierum dici potest: Intellectus quidem forma formarum intelligibilium, & sensus formarum sensibilium: Et Sect. 30. Proble. q. 4. idem dicit: mētem enim dicit esse animæ, sicut manum corpori.

Quo-

Quoniā autē neq; res vlla est. Tex. XXXIX.

Explicat, cur anima absq; sensu nō intelligat, sed indigeat phantasmate.

QVaLiter Intellectus se habeat ad sensum, explicat, docens, non intelligere aīam absque sensu. Cuius rationē dat: quia nulla est res separata magnitudinibus sensibilibus, vt apparet: etiam ipsæ res mathematicæ, quæ sunt in abstractione, re tamen in corpore sensibili sunt. Hinc fit, vt nihil intelligamus, nisi in phantasmate sensibili, & per ipsum.

Nota 1. Vbi notandum illa duo, quæ supra dixi mus: Dicit enim, quòd dum de nouo discimus indigemus phantasmate, puta, vt ab eo speciem Intellectus sumat, etiam postquam didicimus, cum ipso speculamur: quia simul est operatio Intellectus cum imaginatione ipsa, vt declaratū fuit.

Nota 2. Et nota hic Aristote. loqui quantum ad intellectionem rerum physicarum, & mathematicarū: talis enim Intellectus Physicus est: nam de separatis non meminit, quia reiecerat in alium locū, vt patet tex. 36. Sed iam superius determinauimus ēt in intellectione naturali rerum separatarum indigere phantasmate, quamuis in Arist. id non sit admodum certum, vt mō straui in locis ipsius citatis.

Phantasmata autem velut sensibilia sunt.

Quomodo se habeat phātasma ad Intellectū.

QVomodo se habeat phātasma ad Intellectum, ostendit, dicens, esse sicut sensibilia ad sensum, vno excepto: q phāntasmata non habent materiam, id est, nō sunt res ipsæ materiales, sed species interioris sensus ipsarum.

Actus autem & operatio ipsius imaginationis, non est actus ipsius Intellectus, qui dicitur affirmatio, vel negatio: in hoc enim est compositio quędam vera, vel falsa conceptarum rerum, non in imaginatione. Simplex quidem Intellectus operatio videtur assimilari imaginationi: sed non est, quamuis ab ipsa pendeat. Atque hęc sunt, quæ de parte intellectiua Aristoteles docuit.

Caput nonum.

Quoniam aūt animalium anima. Tex. XL.

Posita de Intellectuo disputaturat. nūc de loco motiuo incipit agere.

ANimæ definitio quatuor erat partibus cōpositæ, puta, vegetatiuo, sensitiuo, intellectiuo, & loco motiuo: quarum tres hucusq; discussę sunt, nunc quarta discutienda proponitur, scilicet loco motiuum.

cur vltimo de loco motiuo agat.

Posset aūt quis merito dubitare, quare hæc vltimum locum teneat: videtur enim post vegetatiuum aut saltem sensitiuum tractāda, cum cōmunior sit intellectiuo. Respondeo id esse factum, quia motiuum non exit in actum nisi præcedente intellectione, vel sensatione, ideo ordine doctrinæ debuit vtrique postponi.

Intentio Arist.

In hoc igitur textu Aristoteles suā proponit intentionem, quæ talis est. Vt enim in primo de anima dictū est, Antiqui animalium animam duobus definiebant, scilicet iudicatiua facultate, quæ sensum & Intellectum comprehendit: & motiua secundum locum. Cum igitur iam de sensu, & Intellectu tractatum sit, pars hæc tractanda supererat.

Quæstiones tres de motiuo secundum locum. Prima quæst.

De motiuo igitur principio tria speculanda proponit. Primum est, an sit tota anima, an pars animę. Per partem intelligere possumus duo, & facultatem, seu potentiam, & partem animę substantialem; sicut ponebat Plato diuersas partes aīæ substantiales in vno homine, quæ erant singulæ animæ.

Secunda quæstio.

Ex quo secunda quæstio est: si est animæ pars, quomodo sit pars, an distincta ab alijs magnitudine & subiecto, sicut distinguebat Plato rationalem, & irascibilem. Quòd si ita est, erit pars substātialis. Vel nō ita sit, sed solùm distincta ratione, & definitione. sic enim erit facultas.

Tertia quæst.

Tertia quæstio est: Si sit pars, an sit distincta ab his, quæ communiter poni solent, scilicet rationali, irascibili, concupiscibili: vel ab his, quas Aristot. posuit lib. 2. scilicet Intellectu, sensu, & vegetatiuo distincta, an sit vna pars ex his.

Habet autē dubitationem mox. Tex. XLI.

Dubiū de mō quo anima partes distinguendæ sint, & de earum numero,

AD predicta determinanda vnū dubiū necessarium ponit, scilicet, quis sit modus distinguēdi animæ partes, & qualis sit ipsarum numerus. Videntur enim esse infinitæ, scilicet indeterminatæ, nec ad certum numerum reductæ. In cuius probationem citat duas sententias diuidentium animæ partes. Prior est Platonis, qui in tres partes animam diuisit, in rationalem, in cerebo positam, in irascibilem in corde, & concupiscibilem in iecore. Posterior est aliorum, qua etiā ipse in moralibus sæpe usus est: puta in partem rationalem, & irrationalem. Contra hāc utramque diuisionem argumentatur, insufficientesq; esse probat.

Opinio Platonis esse tres.

¶ Opinio aliorū esse duas.

Secundùm enim differentias per quas.

Primū argum. contra Platonis opinionem.

PRimum argumentum est: quia spectata ratione & causa propter quam isti tales potentias multiplicant, alias etiam ponere oportet potentias. Ipsi enim ob illorum varias operationes inter ipsas ponunt differentiam: sed sunt aliæ potentiæ multò magis differentes à rationali, quā irascibilis, & cōcupiscibilis: ergo oportebat has diuidere, & assignare. Potētia aūt hæc, est vegetatiua: magis enim differt à rationali, quam illæ duæ: quia ista inest plantis, quibus nec sensus nec ratio inest: illæ uerò duæ insunt habentibus sensum, qui propinquior est rationi. Hæc argumēti pars est contra Platonem.

Secūda argumenti pars contra secundam aliorum opinionem. Dubium. Rēspōsio.

Alia argumenti pars, quæ posset nouū esse argumentum, est contra secundā opinionem. Sensitiua enim potentia nec est rationalis, nec irrationalis: non ergo est sufficiens diuisio.

Quòd si dicat, Quomodo sensitiua nō est irrationalis; Respondeo, quòd potest sic probari, ut notat S. Tho. Nam irrationale, vel sumitur negatiue pro eo, quod non habet rationem. & sic non diuiditur potentia, quia etiam lapidi competit. Vel sumitur priuatiuè, ut ponit potentiam ad rationem & sic sensitiua brutorum non est irrationalis: nullius enim rationis est capax. Hoc tamen inferius in quæstione magis declarabitur.

Secundum argumentum est de imaginatione, quæ uerba meliùs cum sequēti textu copulantur, o b id ibi exponimus.

Adhuc autē & imaginatio Tex. XLII.

2. Arg.

SEcundum argumentum est commune contra utramque diuisionem: de imaginatione, quæ in primis non uidetur esse ab assignatis à Platone, sed esse & in natura differre ab omnibus illis. Et argumentum fortius est contra Platonem, qui has tres partes distinguebat subiecto, singulasq; in singulis partibus subiecti ponebat.

Tunc enim difficile est assignare, cum qua illarum coniungetur imaginatio. Ratio difficultatis est ista: quia imaginatio omnibus utitur illis partibus, seu omnes ipsa: rationi enim ministrat, similiter appetitui: non ergo uidetur magis ab vna quam ab altera separanda: quòd si ab omnibus separetur, iam insufficiens erit diuisio Ita est locus intelligendus.

Nota.

Potest etiam hoc argumentum esse cōtra secundam opinionem, sicut probatū est de sensitiua, quod non est irrationalis: quòd enim non sit utraque rationalis, tam sensitiua, quam imaginatiua, per se notum est.

Ad hæc aūt appetitiua quę & rationc.

Tertiū arg. posit contra Platonē. Nota.

HOc est argumentum tertiū magis contra Platonē, & est obscurus sensus. Vt autem intelligas, scito, Platonem irascribilem, & cōcupiscibilē, ac rationalē nō potentias animæ, sed animas distinctas existimasse.

Intendit ergo Arist. argumentum hoc facere, in rationali anima esse appetitum quen-

quendam distinctum scilicet volūtatem: & tamen non ponitur esse anima per se: non ergo illos duos appetitus oportebat animas distinctas facere. Quod si tres animas voluit facere, sicut in rationali præter ipsam, est suus appetitus scilicet voluntas, ratione distincta. Ita etiam in singulis aliis erunt appetitus proprii: erūtq; tres appetitꝰ, & sic multiplicant potētię.

Hoc est igitur, quod dicit, Est appetitiua ratione distincta ab aliis, quam diuellere & animam per se facere est inconueniens: quia tunc erunt plures tribus: hæc autem est voluntas in rationali parte, sicut in sensu illæ duæ: Si ergo anima est triplex, multiplicabitur etiam appetitus.

Et ēt de quo nunc sermo. Tex. XLIII.

4. Arg.

QVarum facit argumentū, occasione cuius dubium est motum. argumētū aūt de motu localis principio. Probat aūt, qđ non sit vlla assignata potentia. Primum tamē excludit ea, q̄ non faciunt difficultatem. Animal enim mouetur augumentatiuè, & diminutiuè: sed huius motus, qui omnibus viuentibus inest, facile est inuenire principium. Cum enim omnibus insit, erit ipsius principiū id quod omnibus inest viuētibus, scilicet anima nutritiua. Alii motus nō sunt communes, vt somnus, vigilia, respiratio, & alia: ob id maiorem habēt difficultatem. Sed de his post est dicendum.

Sed de motu secundū locum. Tex. XLIIII.

Progreditur in eodem argumēto de principio motus localis s. p gressiui. Quod nō sit eius principiū anima nutritiua. 1. Ratio.

IXclusit quod facile erat, & reiecit difficile, quod non attinebat ad considerationem præsentē: nunc quod est præsentis negotij, discutit, scilicet de motu localis principio, qui dicitur motus progressiuus. Et probatur primò, quod non sit ipsius principiū nutritiua potentia seu anima idq; duobus argumentis.

Primum est: quia istæ motus progressiuus sit cum imaginatione & appetitu: at nutritiuæ animæ illa non insunt.

2. Ratio.

Secundum est: quia nutritiua inest plāntis: non autem talis motus: quòd si hoc esset principium essentiale, vtiq; moueretur Et nota, quod dicit, qui non mouetur appetitu, & imaginatione violenter mouetur, vt cùm vi trahitur animal.

Smiliter autem neque sensitiuum. TeX. XLV.

Qđ nec ipsa sensitiua sit illius motus progressiui principium.

RObatur secundò, quòd nec anima sensitiua sit huius motus principium. Et argumentum est: quia non omnia habentia sensum, mouentur. Sūt enim animalia aliqua fixa, quæ nullum locum ex se mutant.

1. Ratio. Excludit obiectiō.

Excludit autem obiectum quodam. Posset enim quis dicere, huiusmodi non mouentur, non quia defit principium: sed quia deest instrumētum. Contra hoc argumentatur, dicens, quòd natura nihil facit frustra, nunquam deficit in necessarijs, sed quibus dedit principium, dedit quæ necessaria erant ad vsum illius, dum modo non sint orbata, & monstruosa animalia: sed illa immobilia sunt in sua specie perfecta & non monstra, cùm generent sibi similia, & augeant. Si ergo principium haberent motus à natura, vtique haberent instrumenta necessaria sicut habent ad alta opera. Cum autem nullum tale sit: non ergo habent tale principium, & consequenter sensitiuum non est principium huius, motus.

At verò, neq; ratiocinatiuum. Tex. XLVI.

Qđ principiū intelligendi nō sit principiū progressiui, n; motus ac primo, q̄ non speculatiuus intellectus 1. Ratio.

PRobat tertio, quod nec principium intelligendi, siue discurrēdi, quod idem est, sit huius principium. Ac primo probat de Intellectu speculatiuo, quod non sit principium motus.

Non fit motus, nisi cognitio sit circa aliquid conueniens, vel disconueniens agibile: sed speculatiuus Intellectus nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

agendum consideratur: non ergo est motus principium.

Æstimatur ratio.

At quia aliquãdo agibilia contemplatur speculatiuus, dum ipsorum naturam cognoscit, quamuis non ordinet ad actionem: probat quòd nec talis Intellectus speculatiuus moueat: quia sæpe mouemur Intellectu non imperãte talem motum. consideramus enim terribilis alicuius naturam, nec indicamus timendum esse modò: & tamen vna pars mouetur timore, scilicet cor, in quo est irascibilis secundum Platonem: similiter si sit delectabile, non mouetur alia pars, scilicet iecur, in quo est concupiscibilis iuxta Platonem. vtitur modò opinione Platonis.

Vis Arist. rationis.

Ac si dicat, Intellectus speculatiuus rerum pure speculabilium, quæ à nobis fieri non possunt, non mouet: nec similiter Intellectus speculatiuus rerũ agibilium, q̃ non dirigit ad opus, nec percipit actionem: neuter enim Intellectus est motus huius principium.

Amplius & præcipiẽte Intellectu. Tex. XLVII.

Quòd nec intellect' practicus, sit principium progressiui motus.

PRobat modò de Intellectu practico, qui percipit fieri, quod cognoscit. Argumentum est: quia sæpe percipit Intellectus aliquid esse faciendum, & tamen homo sequitur appetitum, & facit oppositum motum: vt sit in hominibus incontinentibus, qui contra rationem & dictamen Intellectus mouentur. Similiter idem videtur in medico: non enim semper secundùm artem quam habet, medetur: quod manifestat aliud esse principiũ motus in ipso.

3. Ratio.

Nec appetitus sensitiuus principium motus ei' motus principium

Tandem probat, quòd non sit appetitus sensitiuus principium. Sæpe enim appetitu inclinante ad aliquem motum non sequitur motus talis, sed alius secundum rationem, vt apparet in hominibus continentibus, & studiosis, qui appetitus inclinationes relinquentes, quod ratio dictat, exequuntur. Videtur ergo ambiguum, q̃ sit motus huius principium.

1. Ratio.

An sit bona diuisio potentiarum in rationalem, & irrationalem. Quæst. XXIIII.

Occasio prioris q̃nis ex locis Arist.

IN hac re id difficultatem facit, quòd Aristot. reprehendere visus est hanc distinctionem, qua ipse vtitur sæpe in moralibus, præsertim S. Tho. cap. 13. Et probatur: quia sicut animal bene per rationale, & irrationale, vtiq; etiam diuidetur potentia animæ pari ratione.

Alterum, dubiũ, cur finitas dixerit potẽtias videri.

Huic consequens est aliud dubium: Quare tex. 41. potentias quodammodo videri infinitas dixerit, cùm nulla sit apparentia qua infinitæ videantur.

Primũ fundamẽtum ad 1. & quotuplex.

Circa prioris dubij resolutionem, aduerte aliqua. Primũ est, quòd Intellectus & ratio non sunt distinctæ potentiæ animæ: sed vna & eadem, secundum varias operationes. Vt enim percipit tantum res ipsas, & ipsarum naturas, siue proprietates, dicitur Intellectus: vt tamen tali modo intelligit, scilicet discurrendo, & ex vna cognitione aliam inferendo, dicitur ratio.

Tripliciter diuiditur ratio. Prima diuisio.

Notandum autem, quòd tripliciter diuidi potest ista ratio secũdũ varias operationes. Primò est ratio practica: & est ratio speculatiua. Ratio practica dicitur cũ discurrit in agibilibus, seu factibilibus: quod fit per artes, & prudentiam. Ratio speculatiua dicitur, cùm discurrit in contemplabilibus; quod fit per habitus scientiarum.

Secunda diuisi.

Secundò vtraque à Theologis diuiditur in rationem inferiorem, & rationem superiorem: quas aliqui vocant duas portiones rationis. Ratio inferior, est ratio discurrẽs in rebus creatis tã practica, quam speculatiua: superior verò, quæ discurrit, & attendit altissima & quæ Dei sunt, tam speculatiua, quam ipsius attributa, & naturam speculatur: quam etiam practica, quæ regulas excogitat ad operandum iuxta Dei voluntatem.

Tertia diuisio.

Diuiditur etiam tertiò ratio præsertim practica in rectam, & non rectam. Ratio recta dicitur, si fuerit inferior, quæ operãdum p̃cipit iuxta regulam naturę, & eã quæ ipsi cõformia sunt: si fuerit superior, quæ

quæ operandum præcipit iuxta diuinum mandatum, & regulam, hæc est rectitudo in ratione practica, correspondetq; veritati in speculatiua. Vera enim ratio est, qua sicut res est, cognoscit, & iudicat: oppositũ est falsa ratio, & in practicis nõ recta.

Nota, nomẽ rationis pro actu & pro potentia accipi.

Notandum etiam, quòd nomen rationis aliquando sumitur nõ pro Intellectu discurrente, sed pro ipso discursu, & opere Intellectus, quomodo syllogismus ratio dici solet.

Secundũ fundamẽtum, de appetitu sensitiuo & rationali.

Aduerte secundò, quòd appetitus sensitiuus, qui sequitur sensum, non semper conformatur rationi, nec voluntati, quæ dicitur appetitus Intellectiuus, tamen est subiectus & seruus rationis, subditurque voluntati, & rationi vt ratio dicatur dña.

De dominio, & voluntate rationis in appetitũ sensitiuũ.

Hoc autem dominium in duobus maximè cernitur. Alterum est, quantum ad actus ipsius appetitus, & partis sensitiuæ. Ratio enim impedit actus sæpe appetit', qui, nisi ratio esset, insurgerent: inducit etiam alios actus, qui non essent, nisi ratio imperaret: Verbi gratia, aliquando apparet aliquod terribile, vt leo; quem nisi ratio diceret esse ligatum non posseq; no cere, vtiq; timeremus. Similiter aliquando apparet aliquod periculũ, vel malum superãdum, quo irascimur: quia ratio ita

2. Ratio.

iudicat. Vnde dicebat Aristo quòd fortis mouet irascibilem: subditur ergo quantũ ad actus.

Alterum dominium est, quantum ad executionẽ, & corporis motum. Impossibile enim est, quòd appetitus sensitiuus in homine quandiu est rationis compos, moueret corpus, nisi accedat etiã voluntatis consensus saltem in virtute: nam voluntate dissentiẽte nõ mouebit vnquam. ssiue enim ludere, siue comedere, siue progredi, vel aliud simile sit, non fiunt à solo appetitu, nisi accedente volũtate, & Intellectu. Hoc tamen verum est, quòd appetitus secum fert voluntatem sæpe non necessario mouendo, sed inducendo, & obsequendo obiectũ secundum q̃ obiectum aliter & aliter apparet, prout est appetitus.

Alig motiua q̃ nõ obediunt volũtati, & tionali. Potentia tionalis

Alij quidẽ motus sunt, qui nõ subduntur voluntati, vt passiones aliquæ corporis, & alterationes consequentes ipsas: in his igitur duobus appetitus subditus parti rationali.

Hinc nota fit illa distinctio Aristotę, 1. Ethic. ca. 13. q̃ potentia rationalis duplex

duplex, una p̃ se tutã alia per participationem.

est: vna per naturam suam, altera per participationem. Intellectus ipse dicitur rationalis secundum naturam & essentiam quia ipse est ratio, sicut visus est visus: At appetitus, & pars sensitiua est rationalis per participationem: quia quamuis ipse non sit ratio, tamen subditur rationi, & operatur aliquando secundum rationem.

Tertium fundamẽ. de diuisione potẽtiarũ in rationalis & irrationalis.

Aduerte tertiò, quòd cùm aliqua plura aliquo modo habent ordinem ad vnum, aliquo modo possunt diuidi per illud: secus tamen non. Verbi gratia. omnes hominis potentiæ habent ordinem ad rationem Intellectus, quia est ratio pars sensitiua, quia eam participat: pars vegetatiua quia est potentia aiæ habentis rationem.

Quo respondetur ad primũ dubiũ q̃nis propositæ.

Hinc elt, quòd hominis potentiæ possunt vtique diuidi in rationales, & irrationales. Rationales erunt, & quæ sunt per se, & quæ per participationem: irrationales verò, quę cùm in eadem sint anima, rationem non habent.

Defenditur hoc Arist. & sibimet conciliat.

Absolutè verò & in genere sic diuidere potentias nõ est bonum: quia aliquã brutorum potentiæ non debent dici irrationales, sicut nec lapis, quia nullum ordinem intrinsecum ad rationem habent.

Hinc colliges Aristotę in morali bene vsum fuisse hac diuisione: quia de homine tantum ibi est sermo, cuius potentias diuidebat: tamen isti Philosophi absolutè diuidebant animalium potentias: ob id reprehenduntur.

Ad Arg. cõtra primum q̃nis dubiũ 1. Ratio.

Nec argumentum cõcludit: nam cùm diuiditur animal, tunc, Irrationale, nec sumitur negatiuè nec priuatiuè: sed ponitur loco vnius differentię positiuæ innominatæ, quæ est cõmunis omnibus brutis. Hoc autem non potest fieri in præsenti: quia tunc non comprehenderet eas potentias, quæ sunt in homine.

2. Ratio.

Et probatur: quia non esset apta diuisio potentiarum. Nam oportebat subdiuidere ad cognoscendum numerum potentiarum distinctum: quod ipsi non fecerit: & sic probatur primum dubium.

Rẽspõsio ad dubiũ tionis q̃nis cur infinitas potentias videri dixit prima opinio ratio pri-

Circa secundum exitit duplex opinio. Altera est Iandun. q. 38. qui tenet tot esse potentias animæ distinctas, quot obiecta specifica. Vnde putat visum, & potentiam qua videmus album, distingui specie a visu, quo videmus nigrum. Hoc sibi persuadet

1ª opinionis.

Secunda opinio.

suadet propter vnicum tex. 3. Phys. tex. 11. vbi dicitur non esse idem posse sanari, & posse infirmari: vbi videntur distingui potentiæ per obiecta specifica, scilicet infirmitatem, & sanitatem.

Altera opinio timens textum Arist. dicit, in potentijs materiæ & corporũ id habere locum, qualis est potentia ad sanitatem, & ad ægritudinẽ, ad calorem, & frigiditatem: at in potẽtijs animæ, quia sunt abstractiores, id locum nõ habet, sed vna est potentia specie pro contrarijs.

Confutatur vtraq; opinio.

1. Ratio.

Vtraque hæc opinio, (pace ipsorum dicam) est vana, & indigna philosopho. Quid enim clamat aliud Arist. quam vnã & eandem esse potentiam contrariorũ: & Capite de tactu, distinguit tactus non pro singulis contrarijs, sed pro singulis contrarietatibus.

2. Ratio.

Præterea: quis patietur esse innumeros visus, auditus, olfactus, pro specierũ obiectorum diuersitate? Consequeter id oportet dicere de Intellectu & voluntate, quæ multiplicare esset somnium, non philosophia.

3. Ratio.

Præterea, vt antea ostendimus, ex illa regula distinctionis potentiarum à posteriori colligimus vnam esse potentiam etiã multorum actuum, & multorum obiectorum. Quoties videmus, quòd qui vnũ actum illorum habet, etiam habet omnes alios: & contra: & qui potest in vnũ obiectum, potest in omnia alia: & contra, si priuatur vno, priuatur etiam alijs. Vt v.g. in visu: qui videt albedinem, potest etiam videre nigredinem, & alios colores: & qui non potest videre nigredinem, seu albedinẽ, nec potest videre alios colores. Et ita colligimus vnam esse omnium istorum videndorum colorum potentiam, atque ita in alijs.

Responsio vera ad dubiũ de infinitate potentiarum.

Ad Arist. testimonium.

Propterea dicamus nos, vt diximus lib. 2. de anima, non multiplicari potentias nisi secũdùm rationes primas formales, & genericas obiectorũ, & à posteriori. modo dicto: quod ibi late ostendimus.

Quòd si Aristot. dixit hic videri infinitas, voluit per infinitum indicare esse indeterminati numeri: ex vna enim parte tres, ex altera duæ, ex altera quatuor, vel plures videntur: sed non sunt præter eas, quas postea posuit.

Ad ratio-

Nec argumentum quicquam valet: in cuius solutionem nota, potentiam ad recipiendam formam dupliciter posse considerari. Vno modo secundùm se tantùm: altero modo secundùm id, quod simul cũ ipsa ponitur. Nunquam enim aliquid est in potentia ad vnum contrarium, quin sit cum opposito extremo: quod enim est in potentia ad album, si non est album, est cum nigro, vel medio: quod est infirmũ, est in potentia ad sanum: & sic in alijs. Respondeo igitur, quòd Arist. si solam potentiam considerasset, vtique vnam & eandem posuisset: at quia potentiã cum adiũcto sumpsit, ideo distincta protulit.

nem primæ opinionis.

Nota primum.

Solutio.

Et nota, quòd non dixit non esse eandẽ potentiam ad sanitatem, & ægritudinem: sed non esse idem posse sanari, & posse infirmari. Illa enim potentia mutatur ab infirmitate in sanitatem, hæc à sanitate in infirmitatem. Solet etiam dici potentia oppositorum, vel differentium specie, diuersa ratione variarum dispositionum, quas quæq; forma in subiecto requirit.

Nota. 2.

Est ergo notanda ista solutio, cætera lege in quæst. allegata.

Caput decimum.

Videntur autem duo hęc. Tex. XLVIII.

Aristotelis sententia de principio motiuo animalium.

CVm superiùs dubitasset de principio motiuo localiter animalium, nunc veritatem determinare aggreditur, duoque principia esse dicit, scilicet appetitum, & intellectionẽ: his enim duobus animalia mouentur.

Notat tamen per intellectionem non solùm esse intelligendam cognitionem Intellectus, sed etiam sensus, qui dicitur imaginatio: hæc enim etiam cum appetitu mouet, quamuis non sit cognitio Intellectus, vt in homine, qui aliquando ducitur imaginatione & non Intellectu, & etiam in brutis, quæ carent intellectione.

Possumus ergo dicere, appetitum, & cognitionem esse duo principia, quæ simul mouẽt animal: & per cognitionem, tam

tam iudicium imaginationis, quàm Intellectus complectimur.

Intellectus aũt, qui ꝓpter aliquid. Tex. XLIX.

Quis intellectus sit motus illius principium.

QVia Intellectus dixerat esse principiũ motus, declarat nõ quemcunq;, sed speculatiuũ, sed practicum, & qui actiuus dicitur. Differt autẽ à speculatiuo in fine: nam speculatiuus cognoscit solùm propter cognitionem: at practicus cognoscit propter opus.

Nota ex Philop.

Notat Philop. quo pacto hic ab Arist. idem dicatur Intellectus speculatiuus, & practicus, soloq; fine differant: quòd si speculatiuus immortalis dictus est, etiam erit practicus immortalis quantum ad esse ipsum, & naturam.

Et appetitus propter aliq̃d omnis est.

Qꝛ simul practicus intellectus, & appetitus sint principiũ motus.

Prima suppositio.

Secũda suppositio.

PRobat, quod dictum est, scilicet tam practicũ Intellectũ, quam appetitũ simul esse principia motus. Assumit autem duas ꝓpositiones. Altera est: quòd omnis appetitus est propter aliquid, id est, aliquem intendit consequi finem. Altera est: id quod appetitus intendit, est principium Intellectus practici, ideò est enim primum, quod Intellectus practicus cognoscit. Finis enim in intentione primus est.

Explicat exemplo.

Verbi gratia, appetit infirmus sanitatem. hæc est, quam primò sibi in mente consequendam proponit: quamuis quantum ad executionem operis, non sit ipsa prima: priùs enim exequitur media: ipsa, incipitq; ab hoc ultimo in intentione. Verbi gratia, apprehendit sanitatem, & postea remedia, & post cognoscit opus esse Medico: ab hoc ultimo statim incipit.

1. Ratio.

His suppositis, tale conficit argumentum. Appetitus non mouet, nisi intendat aliquid: sed istud non potest mouere appetitum, nisi prius Intellectu, & cognitione comprehendatur: ergo est necessarius Intellectus seu imaginatio ad motum. Vlterius: imaginatio seu intellectio non mouet sine appetitu, cùm moueat, quia proponit appetibile: ergo utrunq; est motus principium. Cognoscitiua enim potentia finem apprehendit, & iudicat, qui appetitum ad motum incitat: tam ergo cognitio, quam appetitus simul sunt motus principium.

Vnũ quid igitur mouens sum. Tex. L.

Quòd illa non sint duo motus principia, sed ad unum principale reducunt ſ appetitum.

VIt modò reducere ad unum principium principale illa duo, scilicet ad appetitum, & probat, quòd non sunt duo illa principia ex æquo tanquam duæ causę non ordinatę

Et argumentum est hoc. Si essent duo principia, puta, non ordinata, appetitus & Intellectus, utique cõmunem haberent aliquam rationem, qua mouerentur, sed hoc esse non potest. ergo non sunt duo per se mouentia non subordinata.

1. Ratio.

Minoris probationem ponit: quia tunc vnum absque altero moueret, at id esse nõ potest: nam Intellectus absque uoluntate, quę appetitus est, mouere non potest, at appetitus absque Intellectu mouere potest: ideo primum locum obtinet appetitiuum in motu.

Maioris probationẽ ponunt Themist. & Philop. Bipes & quadrupes ambulant non subordinata: ergo quia rationẽ communẽ habet, scilicet, quia pedes habent. Ex hoc vlterius sequitur, ꝙ unumquoque per se ambulare possit. Concludit ergo appetitum magis esse principium, & Intellectus per appetitum mouetur.

Intellectus igitur omnis rectus est. Tex. LI.

2. Ratio.

QVod magis moueat appetitium, probat alio argumento, quod tale est, Intellectu recto existente: imaginatione autem recta, & non recta existente semper ad omnem motum concurrit appetibile: ergo uidetur, quòd maiorem rationẽ mouendi habeat appetitus.

Nota

Nota. Nota, quòd ratio', seu Intellectus dicitur semper rectus quantum ad principia prima practica: non enim est deceptio in his, quòd malum est fugiendum, bonum est prosequendum, & in alijs: deceptio est in particularibus subsumptis, quòd hoc vel illud sit bonum, aut malum, conueniens, vel disconueniens: & ob id imaginatio, quæ circa particularia est, sæpe est non recte iudicans bonum, quod non est, & econtra: ob id appetitus non semper à bono vero mouetur, sed aliquando ab apparenti.

Concluditur ratio. Cùm igitur Intellectus rectus sit, non tamen motus semper rectus sit: similiter cùm imaginatio varietur, tamẽ hoc semper inuariatum sit, quòd debet esse aliquod bonum, & appetibile: signum ergo est appetitum esse causam motus præcipuam. Nota tamen, non quodcunque bonum mouere appetitũ, sed agibile, id est, quod sub actione cadit, vt possit obtineri, & non obtineri.

Quòd igitur huiusmodi potentia. Tex. LII.

Concluditur appetitũ esse primum, & præcipuũ mouens. Colligitur potentiarũ numerus cõtra duas illas antiquorũ opiniones. VErba priora textus, conclusio sunt precedentium, scilicet, ꝙ appetitus sit primum ac precipuũ principium mouens animal. In sequentibus verbis potentiarum numerum colligit contra prædictas sententias: dicens, quòd si partes animæ sumantur non pro speciebus, & partibus inferioribus: (sic enim tria sunt genera animarum, vt dictum est:) sed si partes pro potentijs sumantur, tunc istæ debent esse nutritiuum, sensitiuũ, intellectiuum, & deliberatiuum, ac appetitiuum: dicitq; has partes magis differre, quàm concupiscitiuum, & irascitiuũ. Hæ enim ad idem pertinent genus, scilicet appetitiuum: at illæ genere differunt.

Nota Platonis reprehensionẽ. Hic notat Platonem, quòd animæ potentias fecerit animas; & adhuc, ꝙ non sufficienter diuiserit. De hoc numero potentiarum in quæstione aliquid dicemus.

Quoniam autẽ appetitus fiunt cõtrarij. Tex. LIII.

Quale ap petitiuũ hoiem moueat vnum scilicet genere, sed diuersum numero. EXplicat, quale appetitiuũ moueat hominẽ: dicens, non esse vnum appetitum numero, qui ipsum mouet, sed specie, id est genere vnum. Hoc autẽ probat: quia homo appetitibus contrarijs mouetur, modò vno, modò altero: non ergo vno numero semper mouetur.

Contrarij in homine appetitus. Ostendit autem, quando id fiat, & quare id fiat. Tunc fit, cùm ratio est cõtraria appetitui sensitiuo: quia vnum ipsa percipit, & aliud appetitus appetit: tũc necessarium est, hunc appetitum esse contrarium appetitui, qui sequitur rationem.

Causa autem est: quia homo habet cognitionem diuersorum temporum, præsentis, & futuri. Vnde, quia aliquod bonũ videtur de præsenti, appetitus, qui sequitur sensum de præsenti, appetit: at quia ratio futurum esse malum præuidit, renuit. V.g. appetitus febricitantis, aquam bonũ iudicat, quia per sensum delectationem præsentem iudicat: at Intellectus dãnum futurum prꝙuidet, ob id disconueniens iudicat, fiuntque inde contrarij appetitus.

Cõtra etiã circa delectabile futurum, quod secundum præsens nocet, quale ieiuniũ, vel potio amara: appetitus renuit, voluntas amplectitur.

Hæc est igitur causa, quare non vnum tantum numero sit appetitiuum mouens hominem, sed numero plura, vnum genere. Nam appetitiuum, vt tale est, siue sit hoc, siue illud, mouetur.

De appetibile quod sit etiam vnum genere. Similiter est etiam vnum appetibile, primũ obiectum commune: quod etiam mouet immotum, vt dicemus. Hoc autem appetibile mouet, prout apprehẽditur Intellectu, vel imaginatione: ob id non est vnius rationis semper quod mouet, sicut nec appetitus, sed vnũ genere.

Nota hanc literam, propter parenthesim longã, legendam esse suspensiuo sensu vsque ad initium tex. sequentis, in quo continetur conclusio illata, scilicet vnum genere esse appetitũ & appetibile, quod mouet, non vnum numero: vnde male diuisit Auer. hos duos tex. sicut semper fere solet: Nota hanc literam

Nota 2. cõta Auer.

Quo-

Qm̃ autẽ tria sunt, vnum quidem. Tex. LIIII.

Quòd in motu interueniãt quod mouet, quod mouetur, & quo mouetur. NVnc distinctè, q̃ in motu animalium conueniant, describit, enarratis, quæ in motu vniuersali accidũt. Hęc enim in motu solent intercedere, quod mouet, quod mouetur, & quo mouetur, scilicet instrumentum motus.

Præterea: quod mouet duplex est. Vnũ, quod mouet, & non mouetur, vt Intelligẽtia: & quod mouet, & mouetur, vt orbis, vel mouentia particularia.

Quomodo hęc in ueniantur i motu animalium. Hæc omnia congregata sunt in motu animalium: est mouens immobile, scilicet appetibile. Hoc enim mouet appetitum in genere causæ finalis, atq; ideo mouendo non mouetur. Est etiam mouẽs motum, scilicet ipsemet appetitus: mouetur enim ab appetibili, non, inquit, motu vero, sed motu qui actu quidam est, sicut sensatio, vel intellectio: ita appetitio, mouet etiam corpus. Est etiam quod tantum mouetur, scilicet corpus ipsum: & quo mouetur, & hoc est pars corporis, quæ instrumẽ tum est motus: de qua non est modò tractandum, quia in præsenti agitur de anima secundum se, & talis pars est composita substantia, debetq; tractari in ijs libris, in quibus de toto animali ipsiusque partibus integrantibus agitur. Hæc igitur sunt principia motus animalium in communi.

Nota de instrumẽto motus animalium.

Nunc autem, vt in summa dicam. Tex. LV.

Describũtur conditiones instrumenti motus animalium. NE videretur in totum se excusare ab isto instrumento declarando, conditiones saltem illius describit, quæ sunt tres: Prima, quòd sit principium motus: secunda, quòd sit finis: tertia, quòd sit immobilis: debet esse principium, vt ab eo motus incipiat; & finis tanquam extremum, vt in eo terminetur à quo incipitur; & immobile, vt possit esse principium, & finis.

Exemplo declarat. Ponit similitudinem de cardine. In cardine portæ est quædam concauitas, in qua pars portæ extrema innititur: & ibi duæ superficies simul sunt, quamuis ratione distinctæ. Vna est ipsius extremitatis portæ, quæ dicitur concaua, & finis motus, incipiendo motus diuisionem à tota porta versus cardinem. Altera est ipsius cardinis, quę connexa dicitur respectu portę, & hęc est, velut principium motus, & hæc est immobilis.

Ita in instrumento motus animalis, qđ pulsu, & tractu, extensione scilicet & constrictione membrorũ mouetur, erit pars, quæ sit principium extensionis, & finis constrictionis vna & eadem, licet ratione diuersa: respectu enim vnius motus, est principium; respectu alterius, est finis: erit etiam immobilis, vt centrum, quod quiescens est principium motus omnium partium circuli.

Nota. Quomodo ista sint intelligenda, declaratur in quæst. seq. Interim nota, Boëtium non vertisse cardinem, sed ostium commissuram, quamuis verbum Græcum, scilicet gigliſmos, significet cardinem. Nec est multum dissimilitudinis: nam sicut se habet cardo ad portam, ita os ad os: habet enim excauitatem quandam, cui dorsum alterius aptatur: & forsan Boet. ita traduxit, quia Arist. id significabat metaphorico vocabulo: & tunc non erit similitudo, sed vera res, vt dicam in quæst. latius.

Quod sit instrumentum motus animalium. Vbi etiã tria alia dubia de potentijs motiuis tractantur. Quæst. XXV.

IN hac re non solum, quod propositum est de quibus explicare intendimus: sed alia etiã tria dubia, quæ in isto capite occurrunt, vt tota quæstio sit ex resolutione quatuor dubiorum.

Primũ dubium, an deliberatiuum, & intellectiuum sint potentia distincta. Primum est circa tex. 52. vbi enumerãs potentias, ponit deliberatiuum, & intellectiuum: dicitque ista differre magis inter se, quam concupiscitiuum, & irascitiuum: quod videtur falsum: quia eadem est potentia, quæ deliberat, & intelligit, scilicet Intellectus: at illæ sunt potentiæ realiter distinctæ.

Respõsio quorũdã. Ad hoc aliqui facile se expediunt, dicentes, quòd non propter illas duas id dictum

est, sed propter alias enumeratas scilicet nutritiuum, sensitiuum, appetitiuum, & intellectiuum, ac deliberatiuum.

Relicitur resp. sio hæc. 3.

Sed hæc responsio non videtur valere: quia illic intendit ex æquo distinguere numerum potentiarum. Accedat etiam notandus text. libr. magno. mora. cap. 35. vbi id probat Arist. dicens, quòd sicut sensus & Intellectus differunt inter se, quia vnum est circa sensibile, alterum circa intelligibile: ita hæ duæ partes, quibus scimus, & deliberamus: quę vna est circa necessariũ, altera circa contingens.

3.

Accedat etiam Philop. qui Intellectũ non vnam potentiam facit, sed multas.

Respõsio cõmunis & vera.

In hoc dubium mihi videtur cum communi sententia dicendum vnam, & eandem esse potentiam qua intelligimus, & qua deliberamus.

Nota. Quòd actus antecedat deliberationem. Prima. Secunda. Tertia Quarta Quinta. Sexta.

Vt autem quid deliberare sit, intelligas, multos actus ipsum præcedere scito. Primò enim omnium Intellectus finem apprehendit sub ratione conuenientis. Secundò, voluntas appetit, & inclinat in ipsum. Tertiò, voluntas delectatur in ipso, qui actus dicitur fruitio. Quartò intendit ipsum, id est, inclinatur ordinando ad opus, & executionem. Quintò, applicat Intellectum ad media quærenda. Sextò, Intellectus varia sibi media proponit, & reiectis aliis, vnum, vel quę conuenientiora sunt sumit; & hoc est deliberare.

Vnde potest eiusdẽ potentiæ esse deliberare, cuius fuit cognoscere finem, circa quem media proponit, & quærit.

Cõcludit eiusdẽ potẽtiæ esse deliberare & cognoscere finem.

Ad text. Aristo. solutio.

Ad tex. igitur Arist. ita est respondendum, quòd Arist. non sumit ipsum solum principium operationes, id est, potentiam nudã, sed perfectam iam habitu, vt possit operari: & sic Intellectiuum, id est, principium sciendi, & deliberatiuum, id est, principium deliberandi, differunt: quia illud ponit habitum speculatiuum, & hoc practicum: quæ genere, & re differunt, reliquæ potentiæ non habent habitus, sed per se sunt principia operandi perfecta: ob id non eodem modo distinctio earum sumitur. Et nota hoc: quia est optima declaratio Aristotelis: & sic resolutum est dubium primum.

Secundũ dubium, cur intellectus & imaginatio, nõ numerantur inter mouentia.

Alterum dubium est circa tex. 54. quare inter mouentia non numeratur Intellectus vel imaginatio, sed appetitus, cùm sine cognitione non moueatur appetitus.

Respondeo, quòd Intellectus vel imaginatio non mouent per se, sed sunt conditiones mouentium: sicut approximatio ignis non est, quæ comburit, sed conditio ignis comburentis: ob id inter mouentia non computatur. Ita appetibile est, quod mouet appetitum, Intellectus vel imaginatio est applicans, & proponens hoc appetibile: habet ergo se, vt conditio, & applicans ipsum mouens, sed non est quod mouet.

Rõsio.

Vnde Arist. in eodem tex. dicit eleganter, appetibile vt intellectum vel imaginatum mouet. vbi illa dicto, Vt, non causam mouentem, sed conditionem notat: sicut dicimus, Ignis, vt approximatus est, comburit.

Differenter ergo se habet Intellectus, & appetitus: appetitus enim est mouens corpus, ad Intellectus vel imaginatio conditio obiecti mouentis appetitum. Quãuis autem necessaria sint imaginatio & intellectio, non ob id sequitur esse principiũ: nam etiam approximatio ignis est necessaria ad comburendum, non tamen ob id est principium: & sic patet resolutio huius dubij.

Tertiũ dubiũ an potẽtia motiua & appetitiua distinguãtur.

Tertium dubium est: quia videtur Aristot. non distinguere potentiam motiuam ab appetitiua: non enim inter mouentia computat, nisi obiectum, & appetitum: & superius text. 52. inter quinque potentias non numerat motiua.

Respõsio prima.

Forsan dici posset esse eandem potentiam motiuã, & appetitiuam, quæ, vt mouetur ab appetibili dicitur appetitiua, vt mouet, dicitur motiua: & hoc magis forsan alicui videtur conforme Arist.

Respõsio secunda verior.

At ne discedãmus à communi sententia, dicamus tres esse potentias motiuas. Vna est, quæ mouet dirigendo, & ostẽdendo finem & viam motus. & hæc est Intellectus & imaginatio; quamuis non sit hęc propriè potentia motiua. Altera est, quæ mouet corpus imperando, & applicando ad motum partes: & hæc est appetitiua. Tertia est, quæ mouet exequendo motum ipsum partium: & hæc est proprie, quam motiuam dicimus.

Arist. ergo meminit appetitiuæ: quia ipsa est principalis, & propria, Intellectus verò non propriè mouet. Executiua autem non est principalis, sed ministra, & cum instrumento ipso computatur. Et hęc est dubij resolutio.

Quartum dubiũ pri mũ & pcipuũ in q̃stio ẽ positũ de in strumẽto motus, animaliũ, quod sit. Prima opinio S. Th. & Auer.

Vltimum dubium est principale propositum in quæst. circa text. 55. quale sit illud instrumẽtum quo motus animalis fit. Circa quod variæ sunt sententiæ Philosophorum in illo tex.

S. Thom. & Aegid. & Auer. dicunt esse cor quod est principium, & finis motus, & immobile: est quidem principium motus extensionis, & dilatationis & finis motus contractionis: vtroque enim motu mouetur cor, vt apparet in pulsu. Est etiam immobile: quia in vno loco manens secundùm totum dilatatur & constringitur secundum partes.

Verã hãc eẽ tuam, sed non euacuare difficultatẽ Arist.

Hæc sententia veram doctrinam continet, sed non consonat Aristotelis intentioni: non enim de motu naturali, qualis est ille cordis, & pulsuum sermo hic est, sed de motu voluntario, & progressiuo. Huic autem non consonant illa tria in corde, id est, principium, finis, & immobile, vt notum est.

Secunda opin. Philoponi.

Alia est expositio Philop. qui putat hoc instrumentum esse spiritus ipsos motiuos, qui per totum corpus sparsi mouentur partes dilatando, & contrahendo eas: & his ipse applicat illa tria.

Reiicitur secunda opinio. 1. 2. 3.

Sed mihi expositio non placet: quia putat Philopon. spiritus esse animatos, & ita mouere animali motu, quod non videtur.

Et præterea, quia non continuant cum reliquis partibus corporis, sed sunt in corpore, sicut in vase: non ergo possunt sic mouere: & quia sunt tenuissima substantia, quæ non possunt solidiores, & grauiores trahere, aut pellere.

3. Opin.

Tertia sententia est aliorum, qui dicunt hoc instrumentum esse chordam coniunctam neruo: vtrunque enim mouet. Est enim chorda sub neruo, & neruus sui extensione causat motum dilatationes partium: chorda verò contractionem facit.

Reiicitur 3. Opin. 1. 2.

Hæc sententia mihi non placet. Primò, quia chorda, quæ ligamentum dicitur, est substantiæ osseæ, & expers sensus, sicut os: non ergo habebit motum. Hoc etiam docet Galen. lib. 12. de vsu part. cap. 3. qui dicit non mouere quia caret sensu. Secundò quia non est talis dispositio partis, vt ista sententia fingit.

4. Opin.

Quarta sententia est aliorum, qui neruo hoc tribuit. Sed mihi hoc non placet: quia sicut pupilla non sola dicitur organum visus sed oculus: ita non est neruus organus motus, sed aliqua pars dissimilaris, vt docet Arist. 2. de partibus cap. 1. Quare mihi videtur dicendum cum Alb. tract. 4. cap. 8.

Reiicitur 4 opinio.

5 Opin. Alber. Primum fundam. ex Galeno, q̃ sint necessaria, vt sint in ẽ animalibus.

In cuius declarationem nota ex Gal. 12. de vsu partium capit. 3. & Vesalilio lib. 2. cap. 2. Instrumentum motus debuit habere duas conditiones. Altera est, vt sentiat: altera, vt moueat: neutra sine altera perfici potest. Hæc tamen non potuerunt commode coniungi in vna substantia. Nam ad sensum necessaria est humiditas partis, quæ ipsam tenerã facit: ad motum necessaria est durities, vt sit fortis, parteque graues possit substinere. Si ergo dura est, ficca est, & motus ac sensus erit expers: Vnde neruo inerat quidem sensus propter humiditatem, sed non durities: ligamento inerat durities ob siccitatem, sed non sensus.

Inst ẽ mot' esse mascũ ex multis corpib.

Natura ergo sapiens inuenit viam hãc, quòd ligamentum in minutas fimbrias diuisit, similiter & neruum, ipsaque inter se miscuit, carne, venis, & arterijs inserta inter ipsas posita, ne ligamenta sua duritiæ neruum læderẽt, atque hoc totum dicitur: musculus, instrumentumque est motus. Nam partes neruorum motum dant, ligamenta verò fortitudinẽ, & consistentiam: & vtrunque concurrit in vno instrumento sicut filium debile coniunctum forti non facile rumpitur. Hæc est doctrina Galeni & notanda.

Secundũ fundam. ex Alber. q̃ sit pars quiescẽs motu ata ad mouẽs immota.

Aduerte vlterius ex Alber. loco allegato, quòd Arist. non loquitur de vno instrumento tantùm totius motus animalis, sed de multis. Scito enim, non fieri motum voluntarium in animali, nisi aliquo quiescente, & illud dicitur esse instrumentum motus, quod mouet, aliud per musculum ipsum. Verbi gratia, digitus non mouetur, nisi manu quiescente, & si manus mouetur, quiescit brachium: si brachium, humerus: si autem totum animal mouetur, non fit motus, nisi quiescente, aliqua parte. Vno enim pede quiescente, mouetur secundum alterum: vermes autem quiescunt ẽ vnam partem, dum alteram contrahunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tales ergo partes quiescentes, super quas reliquę mouentur, optimè assimilantur cardini, & propriæ sunt commissuræ ossium, quas natura ad motum fecit: istæ partes quiescentes per musculum mouent alias: & de his est sermo Arist.

Nota principiũ motus istrumentũ est cor, vel cerebrũ.

Non tamen negamus, cor esse præcipuum instrumentum secundum Aristot. quia nerui ab ipso fluũt, & spiritus: secundum Galenum cerebrum est potius: sed de his nihil tractamus in præsenti. ex his dubio proposito est abunde satisfactum.

Caput vndecimum.

Omnino igitur, sicut dictum est. Tex. LVI.

De principio motus animalium imperfectorum.

POstquã in vniuersali de principio motus animalium diffinitiuum, nunc in particulari differit de quibusdam, quæ difficultatem habẽt, scilicet de animalium imperfectorũ motus principio, atque de hominis etiam motu.

Appetitiuũ inquã tum tale est principium motus.

Primo autem infert ex his, quæ priùs dicta sunt, appetitiuum, vt appetitiuum, esse principium motus animalium: at ne de quocunque appetitu videatur loqui, limitat de illo loqui, qui cum imaginatione est, siue ista imaginatio sit rationalis, id est intellectio, siue sit sensitiua, qualis in est brutis.

Et nota hoc loco nomen imaginationis communiter sumi pro cognitione, vt cognitionem sensus, & Intellectus complectitur sicut superiùs sumebatur intellectio.

Nota. Primum dubiũ an animalia imperfecta habeant imaginationem, & appetitum.

Proponit igitur dubium de istis animalibus imperfectis, quibus non inest, nisi tactus, vt vermes, & animalia ista immota sunt, an habeãt imaginationem, & appetitum.

Respõdet appetitum habere: quia inest eis dolor, & voluptas, vt manifestum est: quia si pũgantur, se contrahunt: at ista nõ sunt sine appetitu. Respondet etiam habere imaginationem, sed imperfectam, & indeterminatam, qualis est ipsorum motus.

Resp. Arist.

Nota cur dicat imaginatio horum dicitur indeterminata, & ratione subiecti, quia nõ habet certum organum, sed per totum corpus est, sicut tactus: & ratione obiecti, quia quicquid percipiunt vel sub ratione cõuenientis, vel disconuenientis percipiunt, non distinguentia an sit hoc, vel illud conueniens, vel disconueniens. Est etiam imperfecta: quia tantùm à præsentibus mouetur, & non ad vllum locum certum distantem, sed secundum præsentia iudicant, ac mouentia se creant.

imaginatio illorũ animalium imperfecta. 1. 2. 3.

Sẽsitiua igitur imaginatio sicut dictũ est. Tex. LVII.

Oĩbus animalib' esse imaginationem. Sed hominis, & villorum animalium differre.

COncludit, animalibus omnibus ab homine ineſſe imaginationem sensitiuam: si enim inest imperfectis, inerit etiam perfectis. Homini tamen inesse docet deliberatiuam imaginationem. Et probat: quia deliberare, est conferre multa sub vna communi mensura, & quod conuenientius est, ac melius ad finem eligere. sed hoc facere rationis est: vnde reliqua animalia non habẽt talem opinionem, id est, iudicium, quia non syllogizãt, sicut homo. Solus enim homo ex multis phantasmatibus facit vnum, id est, ex multis mediis ad finem propositis eligit vnum, reiicit alia, quæ non sunt apta.

Nota.

Notandum, quòd homo, dum deliberat, vnam mensuram sibi præfigit, scilicet, id, quod magis ad finem consequendum est, & per ipsum media mensurat. Verbi gratia, qui infirmus est, sibi sanitatem acquirendam proponit, ac sumit hoc vt regulam, quæ sanitatem magis faciunt, potenda: & iuxta hoc medicum vocat, & potitorem, & alia huiusmodi consequentia. Hoc facere nulli bruto concessum est.

Vincit autem aliquãdo, & mouet voluntatem.

Qñ aliqñ homo ex rõnali, & aliqñ ex appetitu sensitiuo mouetur.

OStendit, quòd non semper homo secundum appetitum rationis mouetur, sed aliquando sensitiuus vincit rationalem: quod fit in incõtinentibus, vt dictum est. Aliqñ rationalis vincit sensitiuum, & secum fert, sicut superior sphæra fert inferiorem: & iste motus est ordinarius, & secundum naturam, cùm homo ratione mouetur, & vincit appetitum: & tunc fertur tribus lationibus, id est, motibus.

Dubium.

Dices; Quid est, quòd fertur tribus motibus? Alber. vno modo exponit, S. Thom. alio: sed mihi inter omnes Themist. videtur veram attingere expositionem, quæ perfectior fiet adiunctis aliquibus ex nostra expositione. Notandum igitur, quòd quando homo ratione ducitur contra appetitum, tunc sunt tres motus. Primus est rationis, & voluntatis: alter est ipsius appetitus contradicentis. Tertius est corporis obedientis rationi. At cum appetitus vincit, non sunt, nisi duo: nam voluntas decepta acquiescit appetitui, & pro vno motu reputatur. Vt enim supra diximus, appetitus sensitiuus non sufficit ad motum, nisi acquiescente voluntate: voluntas vero sufficit renuente appetitu: ob id cum ratio dominatur, tunc tres lationes fieri solent quamuis non semper: quia aliquando etiam appetitus acquiescit. Et nota expositionem huius loci.

Respõsio.

Scientificum autem nõ mouet. Tex. LVIII.

Qualis cognitio intellectus hominẽ mouear.

QValis cognitio intellectus moueat hominem, docet: dicens, nõ esse speculatiuũ: hic enim in quiete est, nec ad operationem vllam est. Practicus verò duas partes habet. Vna, qua vniuersale cognoscit, scilicet ipsa maior syllogismi practici, talis operatio dicitur ratio: altera, qua minor, & conclusio, quæ singulares sunt, diciturque existimatio. V. g. dicit infirmus, Quod sanitati necessarium est, mihi est faciendum: hanc sumere potionem est necessarium: sumenda ergo est. Dicit Arist. quòd vtraque mouet, sed propinquius, & proximè conclusio, & minor singularis: maior verò nõ ita propinquè: magis enim ad speculationem accedit.

Nota qꝰ oĩs malꝰ dẽ ignorans.

Vnde error in opere procedit ex falsa subsumptione & illatione propter quod omnis malus dicitur ignorãs: quamuis in maioribus vniuersalibus non erret, errat in his particularibus, quę faciẽda sibi proponit. Atque hæc sunt, quæ Arist. docet de motiua potentia.

An appetitus sit potentia animæ. Vti quid, & quotuplex appetitus, ac de eius passionibus. *Quæst. XXVI.*

NOn est difficile sensum huius quęstionis percipere: vt enim Intellectus sensusve sunt potentiæ, quæ non nisi ratione animæ insunt, an talis appetitus sit, quærimus. Videtur autem, quòd non sit potentia animæ. Quæ ineſt etiam anima carentibus, non est animæ potentia: sed appetitus omnibus inest: cuncta enim suam appetunt perfectionem. ergo non est potentia animæ.

Prima rõ ad partẽ negatiuã.

2. Ratio.

Prętera: videtur non distingui à cognoscitiua potentia. Nam quæ habent idem obiectum, non distinguuntur: at sensus, seu Intellectus idem obiectum habent cum appetitu: non ergo distinguuntur. Discursus est notus cum maiore. Probatur minor, quia quod Intellectus seu imaginatio percipit, id prorsus appetitus appetit.

Primum fundam. de appetitu naturali, & sensitiuo, atque virisque officio.

Circa resolutionem huius aliqua aduertenda sunt. Primum est: appetitus sensitiuus est facultas, seu potentia animalis, qua, quæ sibi conuenientia sensu percipit, prosequitur: & quæ inconuenientia, propellit. Quæque enim res in sibi conuenientia inclinatur: taliſq; inclinatio appetitus est. Non tamen quæque res, quod sibi conueniens est, percipit. Vnde appetitus non cogniti conuenientis dicitur naturalis: is verò, qui est conuenientis cogniti per imaginationem, appetitus sensitiuus dicitur, sicut rationalis est boni per Intellectus iudicati. De hoc igitur appetitu sensitiuo, quæ sensualitas à Theologo dicitur, sermo est. Sensualitas enim dicit appetitum, qui cognitionem, & iudicium sensus sequitur: qui appetitus solet rationi contradicere.

De appetitu concupiscibili, & irascibili, & vtriusq; officio de opere.

Nota tamen, quòd natura sapiens, aut potius naturæ Autor, non solum dedit rebus appetitum quo sibi conuenientia prosequerentur, sed etiam quo impedimenta, quæ suam consequi perfectionem prohibent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hibent, arcerent, ac propellerent. Vnde igni leuitatem dedit, qua sursum ferret, & calorem, quo impedimenta arceret. Hoc autem non negauit animalibus: nam appetitum dedit, quo bona prosequerentur, fugerentq; mala, & alium, quo obstantia impedimenta: quæ bonum consequi, vel malum fugere prohibent, arcerent: Prior appetitus concupiscibilis dicitur, posterior irascibilis. hic enim versatur in remouendis obstaculis concupiscibilis. Ob id dicitur habere pro obiecto bonum arduum, vel malum arduum: illud ad obtinendum, hoc ad propellendum.

Exemplo declarat.

Verbi gratia, canis videt cibum, perei pitque sibi conuenientem: at simul percipit difficultatē, quia est custos prohibens: tunc inclinat irascibilis in id bonum, non obstante illa arduitate obtinendi.

Secundū fundam. de ex passionibus concupiscibilis. 2. Amor.

Secundo aduerte, concupiscibilem sex habere passiones: irascibilem vero quinq;. Sunt autem figillatim exponendæ. In primis concupiscibilis versatur circa bonum prosequendum: malum vero fugiendum. Circa bonum sunt tres passiones, amor, desiderium, delectatio, quę dicitur voluptas, seu gaudium, seu lætitia.

Cùm enim imaginatio proponit bonum aliquod seu conueniens, statim in appetitu, fit quædam complacentia in ipso, & quædam inclinatio, quæ amor dicitur.

2. Desiderium.

Quòd si proponat tale bonum absens, & futurum, sequitur in appetitu quædam passio, quę est prosecutio quędam, & velut tendentia in ipsum, & dicitur desiderium.

3. Voluptas, seu delectatio. Nota proportionē totidem quodāmodo reperiūtur in appetitu naturali.

Quòd si vt iam præsens & obtentum proponatur, sequitur quædam quies appetitus in ipso, quæ dicitur voluptas, vel delectatio, quæ finis est amoris. Amor assimilatur connaturalitati & aptitudini, quam res inanimatæ habent ad suum finem: quę metaphoricè dicitur amor in ipsis. Desiderium similatur motui, quo in finem vel in locum mouentur. Voluptas assimilatur quieti ipsarum in fine & loco proprio.

Tres alia contraria passiones Prima odium.

Aliæ tres sunt passiones oppositæ, & contrariæ circa malum. Prima est odium: cum enim imaginatio aliquod sub ratione mali, vel disconuenientis proponit, fit quædam displicentia in appetitu, quæ odium dicitur.

Secunda fuga seu auersio contraria desiderio

Cum autem proponitur vt malum aduentans, est alia passio, quæ dicitur fuga, & auersio quædam appetitus contraria desiderio.

Tertia tristitia.

Cùm verò malum, vt præsens iam, & in actu proponitur, fit passio dicta tristitia, vel mœstitia contraria voluptati. Atque hæ passiones in concupiscibili sunt.

Irascibilis passiones.

In irascibili verò, qui circa ardua versatur tam bona quam mala hæ passiones insunt. Prima est spes circa bonum arduum obtinendum. Spes enim est inclinatio in bonum propositum arduum absens, possibile tamen obtineri.

Prima spes.

Secunda audacia.

Audacia circa malum arduum aggrediendum: dicit enim quandam appetitus eleuationem & motum ad malum superandum arduum.

Nota.

Non est tertia passio, quæ dicat quietē: quia cùm bonum possidetur, non est arduum iam, nec irascibili indiget.

Tres aliæ passiones dictis cōtrariæ.

Circa idem arduum ad fugam sunt tres passiones. Prima est desperatio contraria spei: cum enim bonum impossibile, aut multum difficile proponitur, est displicentia appetitus & abiectio, quæ dicitur desperatio.

Prima de sperario.

Cùm verò proponitur malum arduum, scilicet cum difficultate aliqua cauendi, fit quædam depressio & turbatio appetitus, quæ dicitur timor.

Secunda timor.

Cùm vero malum est præsens, difficile que se animal ab eo liberari posse percipit fit ira, quæ non habet contrarium, vt dixi mus: quia debebat esse bonū præsens: sed iam tunc non est arduum. Vnde ira sequitur ex tristita præcedēti, quæ circa malum est præsens, & in ipsam etiam terminat. Hæ sunt passiones irascibiles.

Tertia ira.

Aduerte tertio, vt ordinem intelligas inter has, quòd in concupiscibili sunt passiones, quæ dicunt quietem, & finem, vt delectatio, & tristitia sunt aliæ, quæ dicunt motū in terminum, vt amor, desiderium, odium, fuga.

Tertium fundam. de passionum ordine ac primo discrimine concupiscibilis ad irascibiles.

Perpendendum est igitur, quòd passiones concupiscibiles, quæ sunt in motu, obtinēt primum locum in executione, secundum locum obtinent pasiones irascibiles si bonum, vel malum sit arduum: tertium concupiscibiles, quæ dicunt quietem. Vnde passio incipit à concupiscibili & terminat in ipsa.

Verbi gratia, circa bonum prima passio est

est amor statim desiderium, pòst, si fit arduum, spes, vel desperatio: quòd si consequitur bonum, fit delectatio. Circa malum prima est, odium, post illum fuga auersionis: deinde, si fit arduum, audacia, vel timor: & tandem ira, cum sit præsens: quòd si non vincit malum, fit consummata tristitia, quæ incipit aliquando ante iram. Hic est ordò executionis.

Ordo passionū, cōcupiscibilis erga bonū, & malum.

Nota tamen, quòd eæ, quæ sunt in concupiscibili circa malum, id est, odium, fuga, tristitia, sunt posteriores ijs, quæ sunt circa bonum: quia enim bonum amamus, inde oppositum odio habemus, & sequuntur omnia alia.

Amor omnis passionū prima est causa.

Amor igitur est omnium prima, & ipsarum parens: ob id aliquando ipsi tribuūtur. Dicimus enim amor iratur, sperat, desperat, gaudet, tristatur.

Zelus effectus amoris.

Amor hic habet vnum effectum, qui dicitur zelus, quo auersamur omnia, quæ bonum amatum impediunt, vel cōtra ipsum sunt.

Quartum fundam. cur dictæ passiones ac de corporali passione quę simul cum eis accidit.

Aduerte quartò. Omnes passiones prædictæ ea de causa passiones dici, non quòd non sit potentiæ actus: sed cum alteratione quadam sensibili fiunt, & cordis motu. Ita enim choleram diffundit, timor sanguinem ad cor trahit, patteſque corporis frigidas, pallentes, ac trementes reliquit, amor spiritus accendit, delectatio sanguinem & spiritus per corpus spargit, membraq; saltitare facit: tristitia spiritus obnubilat, incrassatque sanguinem: & sic etiam in alijs passionibus.

Nota cur cōiter dicuntur dictæ passiones quatuor esse.

Est autem notandum, quòd communiter quatuor animæ passiones ponuntur, scilicet guadium, tristitia, spes, & timor. Duæ primæ ponuntur, quia sunt fines omnium passionum prædictarum: duæ verò vltimæ, quia à concupiscibili statim oriuntur, à desiderio spes, ab odio timor. Hæ igitur ea de causa tanquam principales, sumuntur.

1. Concl. appetitus sensitiuus est potentia alia ab anima solū atalium propria. 1. Ratio. 2 Concl appetitus sensitiuus in corde præcipue, subiectat. 2. Ratio.

His igitur suppositis sit prima conclusio. Appetitus sensitiuus est potentia animæ solum animalibus propria. Hæc facile probatur: quia non inest nisi habentibus sensum: hæc autem tantum sunt animalia: horum igitur est propria.

Secunda cōclusio, Appetitus sensitiuus corde præcipuè subiectatur.

Probatur: quia vbi alterationes, quæ sunt velut materia passionum, fiunt, ibi & passiones, & potentiæ sunt: sed tales motus, & alterationes fiunt in corde, & à corde vt notum est: ergo & potentia talis scilicet appetitus, ibi est.

1. Concl. irascibilis & concupiscibilia sunt duæ potentiæ realiter distinctę. 1. Ratio.

Tertia conclusio. Irascibilis, & concupiscibilis sunt duæ potētiæ realiter distinctæ. Hæc est S. Thom. 1 p. q. 81. ar. 2.

Et probatur primò: quia irascibilis sæpe fertur in obiecta contra concupiscibilem: canis enim fert percussionem per irascibilem, vt recipiat cibum: contra, omittit ex timore quod appetit: & in multis alijs patet, distinguuntur enim inter se.

2. Ratio.

Probatur secundo: quia passiones vnius impediunt passiones alterius aliquando: iratus enim impeditur ab amore.

3. Ratio.

Probatur tertio: quia vna est alterius ministra: differunt ergo inter se.

Ad 1.

Ad primum argumentum respondetur q̄ nō inest omnibus huiusmodi appetitus nisi animalibus, vt dictum est.

Ad 2.

Ad secundum dico, q̄ circa idem obiectum materiale fertur appetitus & sensus: sed diuersum est formaliter. Sensus enim percipit quia sensibile est: appetitus verò, quia conueniens est, appetit: sicut Intellectus percipit rem, vt ens & verum: voluntas vult, vt bona.

An sit alius appetitus præter naturalem, & sensitiuum. Quæst. XXVII.

Occasio quæstionis.

APpetitum naturalem cum superius diximus esse, quo vnum quodq; in id, quod sibi conuenit, fertur ab eo, quod sibi aduersum est, refugit nulla in eo talis conuenientis vel disconuenientis existēte cognitione. Cum autem sensu, quod sibi conuenit, aut nocet: iudicat, iam tunc appetitus sensitiuus dicitur: q̄ si tale iudicium Intellectu fiat, cum appetitus est rationalis, qui dicitur voluntas; dubium autem est, an is à sensitiuo distinguatur.

Primū argumē. ad partē negatiuam. 1. Arg.

Videtur autem, q̄ non. Primò, quia circa idem obiectum versantur: q̄ enim sit Intellectu, vel sensu cognitum, videtur per accidens, cum semper sit appetibile.

Et probatur secundò: quia vterque versatur circa singularia, & particularia bona; non ergo vlla videtur distinctio.

Hæc

Nota.

Hæc quæstio non est inter doctos controuersa. est enim in ea communis consensus. quamobrem statim per conclusiones est resoluenda: quæ quidem sunt valde notandæ.

Prima cõclusio. appetit' rationalis est distinctus a sensitiuo

Sit prima conclusio. Appetitus rationalis est distinctus à sensitiuo.

1. Ratio.

Hæc probatur primò: quia isti duo sunt sæpe inuicem contrarij: non ergo vna potentia specie esse possunt. Antecedens notum est, tam in homine incontinente, in quo prævalet appetitus sensitiuus contra rationalem, quam in continente vbi contrarium fit.

2. Ratio.

Probatur secundò: quia rationalis appetitus non solùm in hoc, vel illud singulare bonum fertur, sed in vniuersale: voluntate enim bonum in communi appetimus, sensitiuo verò non nisi singulare: sunt igitur distincti, sicut sensus, & Intellectus.

3. Ratio.

Probatur tertiò ex subiecto: rationalis enim in sola anima est subiectatus, sensitiuus vero in coniuncto.

Quarta ratio ex octo differẽtijs volũtatis ab appetitu sensitiuo. Prima differẽtia in obiecto.

Probatur quartò ex multis alijs differẽtijs, puta, octo notandis, quæ sunt inter vtrunque appetitum.

Prima est: voluntas est circa bonum vel malum Intellectu iudicatum: sensitius verò circa id, quòd imaginatio iudicat: & ex hoc fit, quòd rationalis sit circa vniuersale, & particulare bonum vel malum, vti diximus: at sensitiuus sit circa singulare.

Secunda differẽtia in libertate.

Secunda est consideranda: voluntas est libera: id est, cùm Intellectus iudicat aliquid bonum & faciendum, potest volũtas velle, & non velle, id est, actum suspendere. Et hęc dicitur libertas contradictionis: quia potest producere actum, & non producere: & non solùm hoc potest facere, sed etiam velle, vel nolle. Nolle enim non dicit actus priuationem, sed actum contrarium: & hunc potest voluntas facere circa bonum aliquod particulare propositũ, quæ dicitur libertas contrarietatis, quamuis respectu boni in communi non possit dicere, Nolo: sed potest manere absq; actu cum libertate contradictionis quam semper habet respectu cuiusq; dum est in corpore.

Nota qd nã libertas sit cõtrarietatis & cõtradictionis.

Restringitur differentia secunda.

Hoc debes intelligere de actu voluntatis, qui præsupponit vsum rationis, & discursum. Aliquãdo enim passiones corporis insurgunt ita vehementes, & celerrimæ, vt antecedant discursum rationis, intellectumque turbent: & tunc voluntas ab lato vsu rationis, vel in primo motu operatur necessariò: & naturaliter talem operationem quæ non ex iudicio & deliberatione rationis procedit in volũtate, vocant Theologi motum primum, in quo non est peccatum, cùm libertate careat: vocant etiam motum subreptitium.

Nota, qd libertas quo ad exercitiũ actus. & quoad specificationem.

Voluntas igitur circa ea, quæ ratio proponit, libera est libertate contrarietatis & contradictionis. Hæc eadem alijs vocabulis offerunt Theologi: nam voluntatem esse liberam libertate cõtradictionis dicunt esse liberam quantum ad exercitium actus, vt possit operari, & non operari: q; verò sit libera in contrarietate, vocant esse liberam quantũ ad specificationem actus, id est, quantum ad actus speciem, vt possit hunc, scilicet volo, vel illum, scilicet nolo producere.

At appetitus sensitiuus est necessarius vtraque necessitate apposita. Circa enim conueniens sibi propositum non potest appetitus bruti non appetere, nec potest repellere, & nolle: sed ad vtrunque astringitur, stante boni & conuenientis imaginatione.

Tertia differentia in actuum multitudine ac diuersitate. Primus actus.

Tertia est differentia in actuum multitudine. Plures enim actus habet atque diuersos voluntas, quàm appetitus. In primis habet amorẽ beneuolentiæ. Est enim duplex amor, alter concupiscentiæ, alter beneuolentiæ seu amicitiæ. Ille, est velle bonum ad se ordinando, quo amore vtilia, & delectabilia amamus. Alter est velle bonum propter se ipsum: quo amore honesta tantum amamus, & in hoc amore fundatur vera amicitia, qua alicui bonum propter se volumus. Talis amor non est in appetitu sensitiuo: ideo bruta non sunt circa honesta, sed tantum circa delectabilia, & vtilia, nec amicitiam vllam habent veram inter se: at talis amor in voluntate est, atque ea ratione homo honestum respicit & amicitiam colit.

Nota qd nã amor amicitiæ. & concupiscẽtiæ.

Secundus voluntatis actus.

Præterea in voluntate est actus, qui dicitur consensus seu electio. Propositum enim bonum ab Intellectu, vti diximus, potest voluntas velle, & non velle: cum autem vult, illa acceptatio dicitur consensus,

sus, & electio: recipit enim voluntas illud medium ab intellectu propositum, alijs reiectis: & ideo voluntas dicitur liberum arbitrium: quatenus enim libere recipit, quod intellectus arbitratur, & deliberat esse faciẽdum, dicitur liberum arbitrium. Multa etiam alia insunt, quæ non competunt appetitui.

Quarta differentia est, quòd voluntas dominatur appetitui per rationẽ. Primo, quia, vt diximus, multos ipsius actus impedit, multos alios ipsum exercere facit.

Quarta differẽtia ex dominio volũtatis sup. appetitũ sensitiuum. & multis alijs.

1.

2.

3.

Secundò, multa alia insunt appetitui à parte rationali, scilicet pudor, qui est dolor dedecoris præsentis, vt sequitur affectus erubescentiæ. Inest etiam commiseratio, vnde planctus: inest etiam risus, & alia quæ brutis non insunt.

Tertiò, appetitui ob voluntatem & rationem insunt virtutes duæ cardinales: in concupiscibili est temperantia, in irascibili fortitudo.

Quinta differentia est: motiua potentia non exercet actum in homine quandiu est rationis compos propter solum appetitum, nisi accedat voluntas: hęc autem sufficit etiam contra appetitum, vt superius declaratum est.

5. Differ. Motiua potentia in homine nõ exercet actũ sine consensu voluntatis.

Sexta differentia: voluntas non subditur influxui cęlesti in suis actibus per se: appetitus verò subditur, quia in corpore est, ac in corporis complexione: vnde voluntas in quacunque complexione libera manet: Deo enim immediate subijcitur, & ab eo mouetur immediate, non à causis naturalibus, nisi per appetitum, qui non infert necessitatem voluntati vllam.

6. Differ. Voluntas nõ subdit influxui cęlesti. appetit' uero sensitiuus subditur.

Septima est, appetitus solus nihil habet meriti, vel demeriti, nisi accedat volũtas, subiectiue enim meritum, in voluntate est primò, & ab ea talem rationem sumit: deficiẽte autem ipsius actu, deficiunt & ista.

7. Differ. Appetit' solus nõ habet meritum, vel demeritũ nisi accedat voluntas.

Octaua est: voluntas mouet appetitum sæpe & mouet intellectum ad operãdum, & supra se ipsam se multipliciter reflectit: vult enim se velle, & desiderat se velle, & se desiderare: quæ appetitui non insunt. Non enim appetitus bruti mouet imaginationem ad imaginandum: sed quæ imaginationi occurrunt, appetit, vel reprimit: nec supra se ipsum reflectit. His igitur omnibus, & alijs differentijs patet voluntatem longe ab appetitu differre.

8. Differẽ. Ex reflexione supra seipsam & alias.

Secunda conclusio. Voluntas non diuiditur in irascibilem, & concupiscibilem tanquam in duas potentias realiter distinctas.

Secunda, conclusio voluntas non diuidit in irascibilẽ & cõcupiscibilem, tãquam in duas potẽtias naturaliter distinctas. Explicat cõclusio.

Sensus huius est: quòd in voluntate sunt alij actus omnes similes illis, qui erant in appetitu sensitiuo, scilicet, spes, amor, odium, &c. tamen in appetitu sensitiuo diximus duas potentias esse realiter distinctas, vnam ad act s esse bonũ, vel malum: alteram ad arduum bonum, vel malum. Modò dicimus, q; vna voluntas sufficit ad omnes actus: nec est opus diuidere duas potentias.

1. Ratio.

Et ratio est: quia voluntas est immaterialior appetitu, idcirco vna existens potest facere ea, quæ plura materialia faciebãt. Sicut sensus communis, quia superior est, vnus percipit sensibilia omnia aliorũ, & vnus intellectus percipit, quę plures sensus percipiebãt; ita vna voluntas facit omnia, quæ duæ potentiæ sensitiui appetitus faciebant.

2. Ratio.

Secunda ratio. Quia à posteriori (vt sæpe diximus) deprehendimus, quòd qui potest voluntatis vnum actum exercere, potest etiam alterum, & omnes actus voluntatis, & circa omnia obiecta cognita: & qui vnum non potest, nec alias potest: & ideo vnam potentiam volũtatem esse meritò dicimus, & omnes actus illos ad vnã spectare voluntatem. At in appetitu sensitiuo non ita est: quòd non solum in animalibus imperfectis videmus, sed etiã in eodem animali & homine ipso aliquando, ex morbo vel alia causa aliquem ad iram esse propensissimum & irasci, vel contra irasci omnino, non posse bene tamen appetere, concupiscere, & contra.

3. Ratio.

Tertia ratio ex obiecto: quia volũtas tendit in bonum vniuersaliter & in communi, atque ita in omne id, quod habet rationem boni, atq; adeò vna sola est potentia. Hoc etiam tenet Sanctus Thomas. 1. p. q. 82. ar. 5.

3. Concl. Voluntatis subiectũ ipsamet est anima. Nota de anima separata.

Tertia conclusio. Voluntas est in sola anima rationali, sicut intellectus, subiecta ta: nam æqua est vtriusque ratio.

Hinc est, quòd anima separata secum fert voluntatem cum intellectu, & habitus, qui in eis erant, qui non dicebant imperfectionem. Isti enim imperfecti nõ manent in beato, vt spes, nec fides, saltem in

Universidad de Deusto
Biblioteca

actu, in purgatorio bene manent: Irascibilis & concupiscibilis, qui erant in coniuncto, deleruuntur, sicut sensus: resurgent tamen cum corpore, quanuis gloriosum corpus non exercebit actus irascibiles, vt nũc ex indigentia, quia tunc nullum erit impedimentum auferens bonum concupiscibili: in qua erit amor cum delectatione.

4. Concl. Volũtatis actus nõ semper præcedit actum intellectus.

Quarta conclusio. Voluntatis actus non semper præcedit actum intellectus.

Nota.

Notandum itaque, quòd voluntas mouet intellectum ad intelligendum, & intellectio sequitur volũtatis imperium: tamen non in omni actu id fit: quia voluntas non mouet, nisi præexistente cognitione intellectus. Scias igitur, intellectus primum actum esse absque voluntate: quia ex sensu, vel ab alio externo principio obijciuntur ei aliqua, quæ necessario apprehendit: & per talem intellectionem voluntas potest applicare intellectum ad discurrendũ, vel ad alia cognoscendum. Quanuis posset dici, quòd voluntas mouetur etiam ab his, quæ sensus sentit: & per hoc applicat intellectum ad intelligendum circa illud, & ita concessit S. Tho. 1. 2. q. 10. ar. 3. ad 3.

Ad 1.

Solutio argumentorum facilis est. Ad primum dico, quòd quanuis voluntas verseturcirca appetibile, non tamen eadem ratione: id enim est, quod apprehenditur intellectu, ob id differt à sensitiuo, sicut sensitiuus differt à naturali: quia naturalis est sine cognitione vlla. Quod autem sit appetibile per sensum vel per intellectum cognitum, & iudicatum, multiplicem facit differentiam, vti diximus in prima conclusione.

Ad 2.

Ad secundum iam solutio est nota ex dictis. Fertur enim volũtas non solum in bonum singulare, sed etiam vniuersale: quia bonum etiam communiter volumus, sicut & intelligimus.

Caput duodecimum.

Nutritiuam igitur animã. Tex. LIX.

Confert Arist. nutritiuam, sensitiuã, & intellectiuam inter se.

ABsolutis animæ partibus quatuor, nunc ipsarum species tres, scilicet nutritiuam, sensitiuam, ac intellectiuam confert. Motiua enim non species, sed potentia animæ est.

Nutritiua necessaria est in omni viuente ab initio vitæ vsq; ad mortem.

Qualiter nutritiua se habeat, nunc primo explicat, dicens, In omnibus viuentibus necesse est animam nutritiuam esse à principio generationis vsque ad mortem. Nunc probat esse: viuens à generatione, aut augetur, aut minuitur, aut in statu est: sed nihil horum fit absque alimento: ergo omne viuens animam nutritiuam habet: absque hac enim non est alimentum, nec alitio. Nota igitur vegetatiuum omnibus inesse animatis.

Sensum autem non est necesse. Tex. LX.

Quòd sẽsus nõ in est cũctis viuentibus. Prima rõ Arist.

NVnc de sensitiua tractat, ac duo docet. Primum est: Sensus non inest cunctis viuentibus: quod dupliciter probat. Primò: Quæ corpus simplex habent, non possunt habere tactum: at viuentia aliqua corpus simplex habent: ergo non possunt habere tactum: ergo nec sensum: nullus enim est sensus sine tactu, vt alibi dictum est.

Nota.

Nota, quòd simplicia vocat, quibus multum dominat elementum aliquid, quales sunt plantæ, abundat enim in ipsis terra: non tantum secundum substantiam, sic enim in animalibus etiam abundat, quæ plus terræ habent, quam alterius elementi: sed secdm qualitates alteratiuas: hæ enim tactum impediunt, vt inferius dicetur.

2. Ratio

Probatur secundò: quia non omnia viuentia susceptiua sunt formarum sine materia, id est, specierum sensibilium, vt species sunt: ob id non sentiunt.

Quòd oĩa aialia sensum hãt.

Alterum, quòd docet, est: Omnia animalia sensum habent. Circa huius probationem supponit duo. Alterum est: naturam nihil frustra facere: Alterum, ꝙ omnia, quæ natura fiunt, propter finem fiunt. Vnde casus & fortuna, in his, quæ propter finem sunt, eueniunt: casus autem circa naturalia contingit.

Deus sup positiones Arist.

Ex his duobus sequitur vnum, quòd naturalia habent sufficientia media à natura, quibus cõsequantur finem: aliter enim frustra essent ordinata in finem.

Prima rõ nectitur.

Ex hoc supposito est ratio, Animalia absque alimento finem suum cõsequi non possunt: sed absque sensuali non possunt: ergo necessario habet sensum. Discursus est notus cum maiori. Probatur minor: qa non sunt sicut plãtæ, quæ vnde nata sunt, & vbi, habent etiam suum alimentum, scilicet ex terra: at animalia non sic, sed motu indigent, vt quærant: opus est ergo discernente.

Nota.

Hæc ratio adducitur ab Arist. pro animalibus progressiuis, à quibus alimentũ distat, ob id sensu indigẽt, quo simul cum motu quærant sibi cibum. Inferius autem ratio cõmunis ponitur etiam pro animalibus affixis: quæ locum non mutant: hæc enim etiam indigent sensu, sed alia causa.

Non est autem possibile, vt corpus. Tex. LXI.

Reiicitur obiectio.

EXcludit quandam obiectionem, in qua explicat, quo modo se habeat intellectum ad nutritiuum. Posset dici, quòd non est necessarius sensus cum nutritiuo ad discernendum alimentum, sed sat est intellectus: vnde erit animal cum nutritiuo, & intellecti uo. Contra hoc dicit fieri non posse, quòd animal progressiuum habeat intellectum sine sensu, non solum si sit generabile, sed etiam quamuis ingenerabile sit.

Quod animal habere intellectũ sine sensu nõ possit.

Si enim intellectus est sine sensu, quæ causa huius esse potest? Nam vel est propter bonum ipsius intellectus, vel propter bonum corporis. Non primum: quia intellectus non melius habet: imò peius, quia intellectus in corpore non intelligit sine phantasmate, quod est sensus ipsius. Nec secundum: quia corpus non conseruabitur melius sine sensu, quàm cum sensu, imò peius: nullum ergo est corpus, quod habeat intellectum sine sensu, & sic omne mobile animatum sensum habet. Hæc est expositio huius loci certissima, vt ex eõ clusione illata patet: est enim vniuersalis complectens animatum corruptibile: & incorruptibile mobile: omne enim sensum habet.

Nota circa textus expositionem.

Alij aliter exponunt. Alex. enim putat, quòd sit sensus, ingenerabile habere Intellectum sine sensu: quia non est bonum illi, nec corpori. Non illi quia obscuratur Intellectio per sensum. Non corpori: quia efficitur corruptibile, si sensum habeat: & per hoc animatum ingenerabile cœlum intelligit.

Secunda expõ Alex.

Sed hæc expositio est manifesta contra tex. vbi dicitur, nec ingenerabile habere Intellectum sine sensu.

Reiicitur hæc secũda compositio. Tertia ẽt Plutar. ex positio reiicitur.

Plutarchus, vt refert Philop. eodem modo exponit, sicut nos; sed putat hic lõqui de cœlo, diciq; sensum habere. Hoc tamen est contra Arist.

Quarta expositio vera.

Idcirco mihi placet expositio S. Thomæ, quòd per hoc ingenerabile animatum intelligat dæmones secundum opinionem Platonis: quę animalia dicebat esse aerea, tempore sempiterna: & de his Arist. dicit, quòd non possint etiam hæc habere Intellectum sine sensu: nõ quòd probet ea esse, sed ex suppositione etiam si essent. Nec de cœlo hoc debet intelligi, quod propriè animatum non est, sed valde propriè.

Nullum ergo corpus non manens. Tex. LXIII.

Quòd oĩa aialia debeant habere sensũ tactus, atq; secũdò mixtũ corpus.

INtendit docere, qualem sensum necessariò habeant animalia, facitque rationem. Si animal sensum habet debet esse corpus mixtum, nõ autem simplex: si enim simplex esset, non haberet tactum, vt inferius probat, ergo cum necessario habeat actum, erit necessario mixtum.

Occurritur obiectioni.

Dices, probandum esse, quòd necessario tactum habeat, hoc enim intenditur. Respondeo id statim probari à fine.

Supponũtur qdã.

Supponit nunc aliqua. Primũ est, ani-

mal omne est corpus: Alterum est, corpus esse tale tangibile est. Tertium est: tangibile est tactu perceptibile.

Prima rō nectitur.

Ex his fit argumentum. Corpus animalis est tangibile: ergo est alterabile à tangibilibus: ergo is aliquem sensum debet habere ad sui conseruationem, is erit tactus, vt sit simul tactiuum. Probatur consequentia: quia omnia alia obiecta per medium externum alterant animal, nec sunt destructiua per se substantiæ nisi per accidens, prout aliquid destructiuum ipsis coniungitur: at tangibilia per se & realiter immutant animal, & sunt destructiua substātiæ, vt notum est: indiget ergo animal, cum tangibile sit, & alterabile, tactu ad sui, conseruationem plus quam alio quouis sensu, quo discernat tangibilia nociua, & conuenientia.

Cōfirmatur ratio ex gustus necessitate.

Vnde gustus necessarius est hac ex parte, qua tangendo sentit, non vt gustus est saporū, necessarius est, sed vt tactum quendam coniunctum habet: si enim non esset cū eo destrueretur à gustabili, quod simul est tangibile: ob id natura cum gustu tactum coniunxit in lingua: est enim omni ex parte necessarius.

Sonus autem, & color, & odor. Tex. LXIIII.

Quòd alij sensus non sint simpliciter necessarij oib' alijs alibus, sed solū motiuis.

SEnsus alios non esse simpliciter necessarios animali docet, nisi quibusdam, scilicet motiuis: debent enim cognoscere eminus. Absolute tamen & generaliter omni animali solus tactus est necessarius, & immobilibus: quia solus tactus est alimenti sensus, non autem alij. Vnde quia gustus est circa alimentum, coniunctus est, vt diximus, tactui: debuit enim gustu immediate alimentum percipere, quod alteratiuum est.

Hoc autem erit, si per medium. Tex. LXV.

Progreditur in eodem.

EXplicat, quomodo obiecta aliorum sensuum per medium externum mutent organum. Dicit in illa mutatione esse tria, sicut in motu locali. Est vnum mouens nō ab alio motum, & hoc est obiectum: Est mouens motum, & hoc est medium, siue vnum sit, siue plura. Est vnum motum tantum, & est organum sensus.

Nota. Nota tamen hanc mutationem magis assimilari alterationi, quam motui locali: nam in locali illa tria locum mutant, & alteratio fit, his tribus quiescētibus in loco. Ignis enim per aerem calefacit aquā nullo mutato loco. Huic simile est, quod circa sensum fit: manens enim obiectum mouet quiescentem sensum.

Quo autē modo id fiat, explicat exemplo. Sigillum aliquando imprimitur corpori, quod non recipit figuram, vt lapidi: aliquando recipienti, sed secundum, superficiem, vt ceræ: aliquando recipienti secundum totum, vt aquæ, & magis aeri. Si enim sigillum per aquam, vel aerem, continuè ducas, per totum illud profundum recipitur figura, quamuis non retineat. Ita fit in præsenti: obiectum est imprimēs sui formam per totum, profundum medium vsque ad organum, sicut sigillum per aquam, vel aerem: hoc vno adempto, quòd non mouet obiectum per medium, dum imprimit, sicut sigillum: id enim alterratione fit, vt dictum est.

Dicit tamen, q̄ forma obiecti imprimitur per aerem medium, dummodo vnius sit, vt cum inter leuia corpora inclusus est: cùm enim diuisus est, non recipit formam integram.

Reprehēsio Platonis de visione extramittēdo, Nota.

Ex hoc excludit Platonem, qui dicebat visum mittere radium in obiectū, & hunc iterum refrangi in visum ad videndum. Melius, inquit, est obiectū ponere, vt mouens, sensum vt motum, vt dictum est.

Nota circa literam, quòd illa comparatio de sigillo est ad explicandum obiectum imprimere sui similitudinem per totum medium continuum, & organum; non tamen comparatio est in eo, quòd sigillum mouetur localiter: non enim alteratio in sensibus similatur in hoc motui locali, sed alterationi sensibili.

Caput

Caput decimumtertium.

Quòd autē impossibile sit simplex. Tex. LXVI.

Qd corpus animalis cō possit esse ex vno elemento.

QVia corpus animalis simplex esse nō posse dixerat, scilicet ex vno elemento, id nunc ostendit. Supponit primo, quòd nullus est sensus sine tactu: omneque habeas sensum, tactiuum est, seu tactum habet: quo supposito facit duas rationes.

1. Ratio. Altera est. Tactus in percipiendis primis qualitatibus non vtitur medio externo simplici: ergo non potest esse in corpore simplici. Antecedens patet: quia per se ipsum sentit sine medio externo, ob id tactus dicitur. Probatur consequentia: quia, si simplex esset, vtique etiam medium haberet simplex, sicut alij sensus simplices sunt: oculus enim in aqua, auditus in aere consistit: ob id simplex medium habent.

Nota. Notat, quòd alij sensus etiam tangunt obiecta, sed mediatē, scilicet per medium, per quod suam multiplicant virtutem, & speciem.

Neq; itaque terrenum. omnium enim.

2. Ratio. ALtera ratio est ad idem probandum, scilicet, quòd nec sit tantum ex terra, vel vllo alio elemento animal. Et est vna suppositio, tactum non solum vnius esse qualitatis perceptiuum scilicet caloris, vel frigiditatis, sed plurium contrarietatum. Est igitur argumentum. Tactus, vt percipiat omnes qualitates tangibiles, debet esse in potentia ad illas: sed non est in potētia, nisi consistat in temperie illarum, ratione cuius temperiei sit in potentia ad excessus illarum, talesque possit percipere. at ista tēperies non est in simplici elementō: ergo nec tactus.

Cōfirmatur ex signo. Id etiam signo patet. Ossa enim, pili, & alia sensu priuantur, quia in eis vnum excedit elemētum: ergo à fortiori ipsum elementum priuatur sensu, libr. 2. ista omnia sufficienter declarauimus.

Manifestū est igitur, quòd necesse est. Tex. LXVII.

Quòd tactu destructoria destruitur, & cōtra.

QVm tactum necessariū animali omni dixisset, aliqua infert. Primum est: Animalia destrui tactu destructo, quia non est animal sine tactu, nec tactus sine animali, vnde mutua est vtriusque corruptio.

Quòd excellentia sensibilia destruant tactū, & animal.

Alterum est, q̄ sensibilia excedentia corrumpentia tactum, etiam corrumpūt animal: alia enim sensibilia sensum corrumpunt, non animal, vt visibilia, audibilia, & alia quia isti sensus nō sunt necessarij animali. Aliquando corrumpunt animal, sed per accidens ratione adiuncti alicuius: at tangibilia per se corrumpunt.

Nota. Hoc debes intelligere de toto tactu, qui est per corpus sparsus: pars enim corrūpi potest viuente animali, vt si manus cōburatur tantum.

Quòd tactus sit necessarius ad vitam omni animali, alij sensus secundum quid.

Omnis enim sēsibiles exuperantia. Tex. LXVIII.

PRobat excedētia tāgibilia corrumpere animal. Omne excedens sensibile corrumpit sensum: ergo excedens tangibile corrumpit tactum: corrupto tactu, corrumpitur animal: ergo excedens tangibile corrumpit animal.

Tertium, quòd infert, est, tactum esse tantum necessarium ad vitam cuiusq; animalis, reliquos omnes secundum quid, & vt melius se animal habeat. Gustum habet, vt in alimēto delectetur: visum, vt eminus percipiant: linguam, vt affectus alis significetur: auditum, vt audiant, & aliorum percipiant affectus: olfactum, vt cibū distantem quærant.

Nota. Nota, gustum dupliciter cōsiderari. Vno modo, vt est saporum perceptiuus, & sic necessarius non est, sed ad delectationem animali datur, vt delectatio ipsum ad alimentum percipiendū alliciat, quod necessarium

neceſſarium eſt. Altero modo conſiderátur ratione tactus ſibi adiuncti, & tunc habet neceſſitatem non ſecundum ſe, ſed ratione tactus adiuncti. Et per hoc tollitur contradictio in Ariſt. modo enim neceſſarius, modo non neceſſarius dicitur.

Atque hic eſt nr̃æ in tres libros de anima enarrationis finis. Quòd ſi in tanta & tam profunda difficultatem & controuerſiarum multitudine minus fortaſſe, quàm par erat, alicubi noſtro muneri ſatis feciſſe non videamur: venia certe nobis dãda erit. Si quid tñ claritatis veritatis, & diſtinctionis attulimus, Deo oĩum bonorum largitori, totum adſcribatur: cui ſit laus, honor, & gloria per infinita ſecula ſeculorum.

Finis expoſitionis librorum de Anima.

Laus Deo, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Virgini Mariæ, eius matri ſacratiſſimæ, Amen.

Hæc Commentaria vnà cum Quæſtionibus in libros Ariſtotelis de Anima, nil continent Fidei Catholicæ, aut bonis moribus contrarium; & ſunt vtilia, quæ ſtudioſis Philoſophiæ prælegantur.

† *D. Ledeſma.* †

† *M. Antonius.* †

REGISTRVM.

†A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Omnes ſunt duerniones.

VENETIIS, M D LXXX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca